C. CORNELII TACITI

OPERA OMNIA

33149

EX EDITIONE OBERLINIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

JUSTI LIPSII EXCURSIBUS

RECENSU CODICUM ET EDITIONUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN TERTIUM.

LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A.M.
1821.

C. CORNELII TACITI

OPERA OMNIA.

VOL. III.

et ad præsentiam Cæsaris vocatum[1] memoravi,[1 m] monente Claudio, in Regnum remeavit, fisus Pharasmanis opibus.[n] Is Rex Iberis,[o] idemque Mithridatis frater, nuntiabat, 'discordare Parthos:[p] summaque Imperii ambigua, minora sine cura haberi.' Nam inter Gotarzis pleraque sæva (qui necem fratri Artabano conjugique ac filio[q] ejus præparaverat,[2] unde

spectum C. Cæsaris advectum esse, suadente principe, regressus est in Armeniam, subnixus copiis Pharasmanis. Is imperabat Iberis, idemque frater Mithridatis, monebat, dissidere Parthos, et præcipua imperii dubia incertaque, leviora negotia negligi. *Quippe inter pleraque atrocia Gotarzis* facinora, *accersivere Bardanem.* (Gotarzes *mortem intulerat fratri Artabano, uxorique, et filio ejus;*

1 Brotier. *vectum memoravi.* Ita et Mss. Bodl. Harl. Jes. Guelf. et Puteolanus. Sic etiam Annal. XII. 21. 'Vectus Romam.' In Ms. Reg. *perductum.* Editio princeps et Ernestus *vinctum.* Brotier.—2 Sic in Mss. et editis libris. Emendandum *properaverat* dudum monuere Muretus et J. Fred. Gronovius; suadentque Latinitas et historiæ series. *Idem.*

NOTÆ

[1] *Ad præsentiam Cæsaris vocatum*] Plerumque legitur *vectum:* nempe vi aut dolo, jussu principis, advectus in urbem erat Mithridates. Sic l. XII. 21. de Mithridate Bosphorano: 'Vectusque Romam per Cilonem procuratorem Ponti.' Partim vi, partim dolo reguli illi Romam advecti: 'Dolus an virtus quis in hoste requirat,' præsertim sub Tiberio?

[m] *Vocatum memoravi*] In libris scilicet, quibus descriptæ res Caii. Dio lib. LX. rem breviter tangit: 'Mithridatem Iberum, quem Caius arcessitum in vinclis habuerat, domum ad recuperandum regnum remisit.' Quod hic in Tacito est, *vectum;* manuss. *vinctum.* Legerim, *ad præsentiam Cæsaris vectum vinctumque memoravi.*

Quanquam Seneca non vinctum modo, sed et in exilium missum fuisse, significat; de Tranquillit. cap. 11. 'Ptolemæum Africæ regem, Armeniæ Mithridatem, inter Caianas custodias vidimus. Alter in exilium missus est, (Mithridates scilicet:) alter ut meliore fide mitteretur optabat.' *Lipsius.* Τὸ *vectum* sufficit, innuitque sic Tacitus, vi advectum regem, et in custodia habitum.

[n] *Opibus*] Per *opes* intelligit Tacitus cujuscumque generis copias viresque, exercitus, legiones, classes, &c. non pecuniam solum, divitias, aut copiam commeatuum.

[o] *Iberis*] Vide notas VI. 32.

[p] *Parthos*] Parthi populi Parthiæ, quæ tribus modis est consideranda. Primo *Persarum sive Parthorum imperium* regio est Asiæ ad Oceanum Indicum.

Hodie regnum *Persiæ* integrum, pars Orientalis imperii *Turcici Asiatici*, major pars regionis *Mauvaralnahræ* in magna Tartaria, et aliquid imperii *Magni Mogolis* ad Septentrionem et Occidentem.

Secundo modo, *Parthia* est regio imperii Parthorum jam dicti, ad Septentrionem et ad mare Caspium: hodie provincia *Tabristan* integra, et partes provinciarum *Erak-Atzen*, et *Chorasan* in regno Persiæ hodierno; necnon pars regionis *Mauvaralnahræ* in magna Tartaria.

Tertio denique modo *Parthia*, proprie dicta, fuit regnum vel provincia imperii Parthorum: hodie hic sunt

metus ejus in ceteros) accivere Bardanen. Ille, ut erat magnis ausis promtus, biduo tria millia[r] stadiorum invadit, ignarumque et exterritum Gotarzen proturbat: neque cunctatur, quin proximas Præfecturas[s] corripiat, solis Seleucensibus[t] dominationem ejus abnuentibus. In quos, ut patris sui quoque defectores,[u] ira magis, quam ex usu præsenti, accensus, implicatur obsidione urbis validæ, et munimentis objecti amnis, muroque, et commeatibus firmatæ. Interim Gotarzes, Daharum[v] Hyrcanorumque[w] opibus auctus, bellum renovat: coactusque Bardanes omittere Seleuciam, Bactrianos[x] apud campos castra contulit.[y]

unde formido illius in ceteros nobiles.) *Bardanes, ut erat magnis cœptis audax, intra biduum tria millia stadiorum pervolitat, incautumque, et pavidum Gotarzem profligat: neque moratur, quin vicinas provincias invadat, solis Seleuciæ incolis imperium ejus detrectantibus; adversus quos ut genitoris sui etiam rebelles,* impetu et *ira magis quam rebus suis tunc conduceret concitus, impeditur attineturque circumsidendo oppido firmo, et mole oppositi fluminis, mœnibusque ac cibariis admodum munito. Interea Gotarzes firmatus copiis Daharum, et Hyrcanorum, instaurat bellum; adactusque Bardanes discedere Seleucia,* haud procul fratre *castra posuit in campis Bactrianis.*

NOTÆ

Partes provinciarum *Erak-Atzen*, *Tabristan*, et *Chorasan* in Persia hodierna. Ex Tabulis et Chartis Nicolai et Gulielmi Sanson. *Tillemonius.*

[q] *Ac filio*] Orodi nempe; nam Arsaces, vetustissimus filius, in Armenia veneno interceptus erat, teste Tacit. lib. VI.

[r] *Tria millia*] Est ingens cursus in biduo: sed noctes etiam haud dubie assumtæ. Faciunt *trecenta et septuaginta quinque* milliaria Romana: est idem cursus, quem Annibal confecit, a Scipione victus: et vide me, si voles, centuria Epist. ad Italos, epist. 59. *Lipsius.* Sunt 125. leucæ Gallicæ, tria milliaria leucam faciunt apud Tac.

Tria millia stadiorum] Sunt 375. milliaria: si pro 3. milliaribus unam leucam ponis, sunt 125. leucæ Gallicæ.

[s] *Præfecturas*] Provinciæ Parthorum sic vocantur *præfecturæ*, vel Satrapiæ; apud Ægyptios νομοί.

[t] *Seleucensibus*] Vide notas, VI. 42.

[u] *Defectores*] In eos, licet olim bis iterumque rebelles, non tamen irasci princeps debuit, nisi ex usu suo, et pro tempore atque occasione.

[v] *Daharum*] Dahæ, vel Daæ, populi Margianæ regni, in Parthia imperii Parthorum regione: hodie positio est in parte septentrionali provinciæ *Chorasan*, versus urbes *Thus*, *Iermob*, &c. in regno Persiæ hodierno. Ex Chartis Ptolemæi et Sansonis. *Tillemonius.*

[w] *Hyrcanorumque*] Vide notas, VI. 36.

[x] *Bactrianos*] Bactriana, regio imperii Persarum sive Parthorum ad mare Caspium: hodie pars provinciæ *Chorasan*, in regno Persiæ hodierno, parsque regionis *Mauvaralnahræ* in Magna Tartaria. Ex Chartis Gulielmi Sansonis. *Tillemonius.*

[y] *Castra contulit*] Id est, castra castris contulit; obviam factus Gotarzi

9. Tunc, distractis Orientis[2] viribus, et, quonam inclinarent, incertis, casus Mithridati datus est occupandi Armeniam, vi militis Romani ad excidenda castellorum ardua,[a] simul[1] Ibero exercitu campos persultante. Nec enim resistere † Armenii, fuso, qui prælium ausus erat, Demonacte, Præfecto.[b] Paululum cunctationis attulit Rex minoris Armeniæ,[c] Cotys, versis illuc quibusdam procerum; dein literis Cæsaris coërcitus, et cuncta in Mithridaten fluxere, atrociorem quam novo regno conduceret. At Parthi Impe-

Tunc divisis opibus Parthorum, et quo verterent ambiguis, oblata est Mithridati occasio invadendi Armeniam, vi exercitus Rom. ad expugnanda montium propugnacula, simulque Ibero milite plana camporum pervolitante. Nec enim reluctati sunt Armenii, fugato Demonacte legato, qui certamen ausus fuerat. Cotys Rex Armeniæ minoris paulum moræ injecit, inclinantibus illuc nonnullis megistanum Armeniæ; *postea epistolis Claudii compressus* est, *et omnia inclinavere in Mithridatem, immaniorem quam novo principatui expediret. Sed Parthi principes, cum in pro-*

1 Brotierus et Homerus habent *simulque*.—† Sic ed. pr. Puteol. et e cod. Bud. Rhenanus, Aldus. Alii *restitere*. Ernestus.—2 Sic Ms. meus: quod con-

NOTÆ

fratri, apud campos Bactrianos, haud procul ab illo castra metatus est; quo loco et fœdus mox iniere.

[2] *Orientis*] Oriens fuit ut plurimum Romani imperii pars Asiatica, ubi *Asia Minor*, *Syria* et *Armenia;* regiones late sumtæ.

Hodie in eo tractu sunt *Georgia*, *Natolia*, *Turcomania*, sive *Armenia* recentior, et *Souria*, vel *Soristan*, regiones imperii Turcici Asiatici. Franci vocant *le Levant* totum hunc tractum, cum vicinis regionibus. *Tillemonius.*

[a] *Castellorum ardua*] Iberi saltibus etiam montibusque assueti. Supra l. VI. 'Iberi Albanique saltuosos locos incolentes, duritiæ patientiæque magis assuevere.'

Sed illi barbari rudes, quod spectat ad 'machinamenta et astus oppugnationum,' qua parte belli præpollebant Romani: ideoque hic 'castellorum ardua' exscindunt illi; Iberi plana camporum pervolitant.

Castellorum ardua] Videtur sic innuere Tacitus, non tantum difficilia captu propugnacula, sed etiam ardua locorum seu montium, quibus sita erant castella, vim artis et naturæ demonstrat.

[b] *Præfecto*] Qui præfecturam Armeniæ obtinebat pro Rege Parthorum, olim impositus ab Artabano.

[c] *Rex minoris Armeniæ*] Nempe vicinus rex æmulabatur, nitebaturque augere imperium suum possessione majoris Armeniæ vel partis; vel certe illam habere, relicta minori. Sed hoc majori æmulatu prohibuit Cæsar. Neque e Repub. fuit, reges potestate et vi augeri; immo spargi et dividi opes debuerunt, ut isti reges inservirent modestius, et ipsi 'inter instrumenta servitutis' essent, ut ait Tacitus.

Minoris Armeniæ] Armenia Minor, provincia Asiæ Minoris peninsulæ ad orientem, et aliquando pars Cappadociæ late sumtæ.

Hodie præfecturæ *Marasch*, seu

ratores, cum pugnam pararent, fœdus repente[d] iciunt,[2] cognitis popularium insidiis,[e] quas Gotarzes fratri patefecerat,[3f] congressique[g] primo cunctantur,[4] deinde complexi dextras,[h]

cinctu ad prælium essent, subito pacem ineunt, compertis Parthorum suorum fraudibus, quas Gotarzes aperuerat fratri; et primo dubitanter inter se collocuti sunt,

firmatur a corrupta Flor. et Reg. lectione, *jaciunt*. Annal. XII. 62. 'A fœdere, quod nobiscum icerant.' *Ryckius*.—3 Brotierus habet *fratris F. patefecit*, et sic rem explicat: 'Perperam in recentioribus editionibus *fratri patefecerat*. Bardanes non erat frater Gotarzis, sed filius fratris ejus, nempe Artabani, teste Josepho, Antiq. Jud. XX. 3. ipsoque Tacito, cap. sup. In Mss. et veteribus editionibus *patefecit*.'—4 Sic Ms. Reg. et editio princeps, probatque Ernestus. Non ita bene Puteolanus et Mss. Bodl. et Jes. *cunc-*

NOTÆ

Kulkadriæ, et *Erzerun*, in Natolia et Turcomania, regionibus imperii Turcici Asiatici. *Tillemonius*.

[d] *Fœdus repente iciunt*] An hic *Bardanes* sit, quem in eo tractu regem a se visum et conventum Apollonius apud Philostratum dicit, nescio. Ætas patiatur: sed et ibi notatur, 'pulsum eum regno fuisse, et tertium tunc annum iterum regnasse.' Lib. I. *Lipsius*.

[e] *Cognitis popularium insidiis*] Parthorum, qui nempe utrique dolum exitiumque struerent, et forte tertium quempiam ad principatum eveherent. Eo sunt ingenio multi inter bella civilia, ut neutras proprie et ex animo foveant partes, ut nec Reipub. sed suas res agant, et exitio publico discordiisque civium increscant; aut quandoque etiam sua mala exitio publico involvant ac sepeliant.

[f] *Quas Gotarzes fratri patefecerat*] Sic quandoque contingit, ut hostis ipse patefaciat principi, licet ante hosti, insidias popularium, etiam domesticorum et administrorum.

Hoc contigit Caio Cæsari, Augusti filio in Oriente. Nam ipsi rex Parthorum fraudem et avaritiam Lollii et pædagogorum in colloquio ad Euphratem aperuit. Unde exitium Lollii, et aliorum qui jussu Cæsaris aqua submersi sunt. Ipse Lollius venenum sumsit. Plinius.

[g] *Congressique*] Ne capias de primo aspectu principum, sed de colloquio ipso, quod sæpe ad plures horas extenditur, in quo multa exagitantur, vel etiam exprobrantur vicissim, et aliquando non sine jurgio et acri contentione partium.

Dein cum res convenere, tum panditur animus in lætitiam et epulas: neque enim fœdus sine convivio; multaque initio difficilia, semel apertis animis facile transiguntur. Sed quod mirum hic, fratres sibi invicem principatu cedunt, ne ambo cedant proditoribus utriusque.

[h] *Complexi dextras*] Reges Persarum *dextra data* fidem suam obstringebant, eratque hoc sanctissimum fidei pignus. Dio l. XVIII. 'Fides hæc firmissima apud Persas.' Dextra etiam per internuntium mittebatur, ut narrat Diodorus de Artaxerxe et Mentore. Xenophon de Agesilao: 'Cotys, qui Paphlagonibus imperabat, Regi mittenti dextram, seu fidem, non paruit.' Cornel. Nepos in Datame: 'Namque hic pollicitatus est Regi, se eum interfecturum, si ei Rex promitteret, ut quodcunque vellet, licc-

apud altaria Deum pepigere, 'fraudem inimicorum ulcisci, atque ipsi inter se concedere.'[5] Potiorque Bardanes visus retinendo regno: at Gotarzes, ne quid æmulationis existeret, penitus in Hyrcaniam abiit: regressoque Bardani deditur Seleucia, septimo post defectionem anno; non sine dedecore Parthorum, quos una civitas tamdiu eluserat.

10. Exin validissimas Præfecturas invasit; et recuperare Armeniam avebat,[1] ni a Vibio Marso Syriæ[1] Legato, bellum minitante, cohibitus foret. Atque interim Gotarzes, pœnitentia concessi Regni, et, revocante nobilitate, cui in pace durius servitium est, contrahit copias: et huic contra itum ad amnem Erinden:[2] in cujus transgressu multum certato, pervicit Bardanes, prosperisque præliis medias nationes

dein datis invicem dextris, apud aras Deorum fœdus sanxere, quo, *nempe*, perfidiam infensorum vindicarent, et sibi invicem principatu cederent. *Aptiorque visus* est *Bardanes habendo imperio: sed Gotarzes, ne qua invidia oriretur, procul in interiora Hyrcaniæ abscessit, reversoque Bardani Seleucia traditur, septimo post rebellionem anno, non sine flagitio probroque Parthorum, quos una urbs tamdiu despexerat.*

Deinde Bardanes occupavit opulentissimas provincias, et recuperare Armeniam parabat, nisi coërcitus foret a Vibio Marso Syriæ præfecto, qui bellum minitabatur. Atque interea Gotarzes tædio et ægritudine relicti imperii, et revocantibus proceribus, quibus in otio arctior servitus est, cogit exercitum: et illi obviam itum est *ad fluvium Erinden; in cujus trajectu cum diu dimicatum esset, superior fuit Bardanes, secundisque certaminibus interjectas nationes domuit*, usque *ad amnem*

tanter. Brotier. Gronovius et Ryckius habent *cunctanter*.—5 Sic emendavit Puteolanus, quem omnes sunt secuti. In Ms. Reg. et editione principe *concesserunt*. Ms. Harl. *concessere*. Brotier.

1 Bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et Beroaldus *parabat*. Sic Annal. II. 10. 'Trans Albim concedere parabant.' In Ms. Reg. et editione principe *habebat*. Miror verbum in recentioribus editionibus penitus excidisse. *Brotier*. Homerus *parabat:* Gronovius et Ryckius omnino omisere; et hic ita rem notat: 'Ed. Beroaldi: *et recuperare Armeniam parabat*. Sed Rhenanus testatur habere Cod. Bud. *et recuperare Armeniam, ni Vibio:* quod positum pro *recuperabat* cum non observassent nonnulli, alii explere aggressi sunt: alii asteriscum appinxerunt.'—2 Mss. *Erindem*, vel *Erinden*. Editio princeps *Eriden*. Mallet Ryckius *Charindam*, Ammiano Marcellino, XXIII. 9.

NOTÆ

ret impune facere, fidemque de ea re, more Persarum, dextra dedisset. Hanc ut accepit, simulat se suscepisse cum Rege inimicitias,' &c.

Complexi dextras] Apud Persas et Parthos, qui fere iisdem moribus, *dextra* pro fide et sacramento fœderis fuit. *Dextra* nihil sanctius apud illos Reges: *osculo* etiam finitum colloquium, infra ubi de Tiridate.

[1] *Syriæ*] Vide notas VI. 31.

subegit ad flumen Sinden,[3 j] quod Dahas[k] Ariosque[l] disterminat. Ibi modus rebus secundis positus: nam Parthi, quanquam victores, longinquam militiam[m] aspernabantur.

Ginden, qui dividit Dahas, Ariosque. Ibi finis rebus illius *prosperis impositus est: quippe Parthi licet victores longiorem expeditionem detrectabant. Igitur erectis*

memoratum. At nihil juvat in tanta obscuritate divinare. *Brotier.*—3 Ita Mss. et editio princeps, vel *Syndem.* Puteolanus, quem ceteri sunt secuti, emendavit *Gynden.* Verum cum Gyndes, et Herodoto, I. 189. et Senecæ de ira, III. 21. laudatus, sit omnino diversus, nec constet de situ Gyndis, de quo Ammianus Marcellinus, loc. cit. veterem scripturam hic mutare nefas.

NOTÆ

[j] *Ginden*] Gindes, *Gyndes*, Γύνδης, Asiæ fluvius, qui in Mantienis montibus oritur, et per Dardaneos vel Darneos in Tigrim influit, et Opin urbem præterlabitur. Herodotus in Clio. Juxta Babylonem describit eum Seneca, sed per iota, *Gindes.* Secundæ magnitudinis post Euphratem facit eum Orosius II. 6. Ammianus hujus quoque meminit; etiam Tibullus l. IV. 'Profluit aut rapidus Cyri dementia Gyndes.' At non est ille Gindes Taciti. Ex Thesauro Geographico Abrahami Ortelii. *Tillemonius.*

Ad flumen Ginden] Gindes fluvius nominatur etiam Senecæ lib. III. de Ira: 'Cyrus cum Babylonem oppugnaturus festinaret ad bellum, Ginden late fusum amnem vado transire tentavit,' et quæ sequuntur: e quibus hauris sententiam Tibulliani versus, 'aut rapidus Cyri dementia Gyndes.' Etiam Herodoto Gindes. *Lipsius.*

Ginden] Sen. de Ira, III. 2. 'Hic iratus fuit genti et ignotæ et immeritæ, sensuræ tamen; Cyrus flumini. Nam cum Babylonem oppugnaturus festinaret ad bellum, cujus maxima momenta in occasionibus sunt, Ginden late fusum amnem vado transire tentavit: quod vix tutum est, etiam cum sensit æstatem, et ad minimum deductus est. Ibi unus ex his equis, qui trahere regium currum albi solebant, abreptus, vehementer commovit Regem. Juravit itaque amnem illum regiis equis meatum auferentem, eo se redacturum, ut transiri, calcarique etiam a fœminis posset. Huc deinde omnem transtulit belli apparatum, et tamdiu assedit operi, donec CXX. et LXXX. cuniculis divisum alveum in CCC. et LX. rivos dispergeret, et siccum relinqueret, in diversum fluentibus aquis. Periit itaque et tempus, magna in vanis rebus jactura; et militum ardor, quem inutilis labor fregit, et occasio aggrediendi imparatos, dum ille bellum indictum hosti cum flumine gerit.'

[k] *Dahas*] Vide notas supra c. 8.

[l] *Arios*] Aria, regio imperii Persarum, sive Parthorum ad Orientem. Hodie provinciæ *Sablustan*, *Sitsistan*, et *Send*, et pars quædam provinciæ *Chorasan* in regno Persiæ; necnon provinciæ *Cabul*, *Candahar* et *Hajacan*, in Magni Mogolis imperio. *Tillemonius.*

[m] *Longinquam militiam*] Quia nempe ad certum tempus anni, pro more suo, militant, nec ultra certum loci aut temporis spatium expedire coguntur, et sæpe tantum sic imperii sui fines tuentur. Hi solo equite pollent et facile rapiunt victoriam, aut relinquunt.

Igitur exstructis monumentis,[n] quibus opes suas testabatur, nec cuiquam ante Arsacidarum tributa illis de gentibus parta, regreditur; ingens gloria, atque eo ferocior et subjectis intoleratior: qui, dolo ante composito, incautum, venationique intentum, interfecere, primam intra juventam, sed claritudine paucos inter senum Regum, si perinde amorem inter populares, quam metum, apud hostes quæsivisset. Nece Bardanis turbatæ Parthorum res, inter ambiguos, quis in Regnum acciperetur. Multi ad Gotarzen inclinabant; quidam ad Meherdaten, prolem Phrahatis, obsidio nobis datum: dein[4] prævaluit Gotarzes; potitusque regiam, per sævitiam[5] ac luxum adegit Parthos, mittere ad Principem

trophæis, quibus potentiam suam ostentabat, nec ulli ante se Arsacidarum vectigalia his de populis exacta esse, jactabat; *revertitur magno decore insignis, atque eo impotentior, et subditis intolerabilior, qui structis ante insidiis, ignarum eum, et venationi operam dantem necavere*, et quidem *intra primam juventutem; sed* is *gloria paucis seniorum regum* inferior, *si perinde caritatem cupiisset inter suos, ac formidinem apud hostes. Cæde Bardanis commotæ Parthorum res, inter incertos, quis in imperium assumeretur. Plerique in Gotarzen propendebant, nonnulli in Meherdatem nepotem Phrahatis, obsidem Romanis datum. Mox Gotarzes præpolluit, et cum occupasset regiam, per immanitatem ac luxuriem coëgit Parthos scri-*

Brotier. Gronovius et Ryckius habent *Gyndem.*—4 *deinde* Brotier. et Homer. —5 *sævitiem* Ryckius et Homer.

NOTÆ

[n] *Monumentis*] Quid essent innuit Solin. c. 52. 'Ultra hos Panda oppidum Sogdianorum, in quorum finibus Alexander Magnus tertiam Alexandriam condidit, ad contestandos itineris sui terminos. Hic enim locus est, in quo primum a Libero patre, post ab Hercule, deinde a Semiramide, postremo etiam a Cyro aræ sunt constitutæ; quod proximum gloriæ omnes duxerunt, illo usque promovisse itineris sui metas.' Et infra de quodam duce Seleuci: 'Ob cujus gloriæ insigne, dedit nomini suo, ut altaria ibi statueret Apollini Didymæo; hoc est Colliminium, in quo limes Persicus Scythis jungitur,' &c.

Monumentis] Qualia et erant, ut puto, quæ describit Plinius VI. 16. 'In ultimis Sogdianorum finibus Alexandria oppidum ab Alexandro Magno conditum. Aræ ibi sunt ab Hercule ac Libero Patre constitutæ, item Cyro et Semiramide, atque Alexandro, finis omnium eorum ductus ab illa parte terrarum, includente flumine Iaxarte, quod Scythæ Silyn vocant, Alexander militesque ejus Tanain putavere esse. Transcendit eum amnem Demonax, Seleuci et Antiochi Regum dux, quem maxime sequimur in iis, arasque Apollini Didymæo statuit.' Et infra idem Plin. c. 17. 'Ad Hypasim (fluvium) non ignobiliorem, qui fuit Alexandri itinerum terminus, exsuperato tamen amne, arisque in adversa ripa dicatis.'

Romanum occultas preces, quis, ‘ permitti Meherdaten[o] patrium ad fastigium,’ orabant.

11. Iisdem Consulibus[p] ludi sæculares octingentesimo[q]

bere ad Imperatorem Rom. secretas literas, quibus precabantur, sibi concedi Meherdatem paternum ad imperium.

Iisdem consulibus editi sunt Romæ *ludi sæculares anno octingentesimo post Ur-*

NOTÆ

[o] *Meherdaten*] Quem infra spreverunt ac prodiderunt XII. 14.

[p] *Iisdem Consulibus*] Excidit initium Annalis hujus, ex quo sine dubitatione sciri possit, Claudium Cæsarem IV. et L. Vitellium III. an alios consules Tacitus intelligat. Plinius VII. 48. scribit a Claudio IV. Cos. *sæculares* editos LXIII. anno, postea quam illos ediderat Augustus. Sic vero dicti ludi fuere, quia apud Rom. post 100. annos fiebant, ait Pompeius, quia *sæculum* annorum spatium 100. vocarunt. Sed fecit Claudius ludos sæculares Apollini et Dianæ, ‘ quasi anticipatos ab Augusto, nec legitimo tempori reservatos: quamvis ipse Claudius in historiis suis prodat intermissos eos, Augustum multo post, diligentissime annorum ratione subducta, in ordinem redegisse.’ Sueton.

Illos sane Augustus perfecerat C. Furnio, C. Silano Coss. quintaque Dioni sæcularium illa celebratio fuit, vel ad rationem sæculi quinti inita, post 500. annos quam a Valerio Publicola, exactis regibus instituti ludi, et primum celebrati fuerant. Aliud vero Claudius in animum induxit, ordinatos sæculares in quosque centenos annos urbis conditæ, et cum octingentesimus venisset, maluit institutionis, quam computationis ab Augusto factæ, rationem habere.

Quare teste Sueton. ‘ Vox præconis irrisa est, invitantis more solenni ad ludos, quos nec spectasset quisquam, nec spectaturus esset: cum superessent adhuc qui spectaverant, et quidam histrionum producti olim,’ ut Stephanio, ‘ tunc quoque producerentur.’

Similisque risus excitandi causa fuit sub Domitiano, qui fecit et ludos sæculares, computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat. Horum auctor in Claudio et Domit. Suetonius. *Vertranius.*

[q] *Ludi sæculares octingentesimo*]Nempe Claudio quartum et L. Vitellio tertium consulibus: sic dicti, quod, post centum annos fierent, sæculum in centum annos extendebant. Instantibus ludis, tota Italia præcones mittebantur, qui convocarent ad ludos, qui nec ‘ spectati, nec spectandi iterum forent.’

Tum paucis, antequam spectacula ederentur, diebus, Quindecimviri sacris faciundis, in Capitolio et Palatino templo, pro suggestu considentes, piamina dividebant populo, quæ erant tæda, sulphur et bitumen. Nec tamen ad ea accipienda servis jus ullum fuit.

Coibat autem populus, cum in ea quæ diximus loca, tum præterea in Dianæ templum, quod erat in Aventino; et cui triticum, faba, hordeumque dari mos erat. Tum ad instar mysteriorum Cereris pervigilia fiebant.

Ubi vero jam advenerat festus dies, triduum, trinoctiumque sacris intenti, in ripa ipsa Tiberis agitabant: sacrificia vero Jovi, Junoni, Apollini, Latonæ, Dianæ, prætereaque Parcis, et quas vocant Ilithyas, tum Cereri et Diti et Proserpinæ suscipiebantur.

post Romam conditam, quarto et sexagesimo[r] quam Au-

bam conditam, et quarto et sexagesimo postquam illos *celebrasset Augustus. Præter-*

NOTÆ

Igitur secunda primæ noctis hora, Princeps ipse, tribus aris ad ripam fluminis exstructis, totidem agnos et una Quindecimviri immolabant, et sanguine imbutis aris, cæsa victimarum corpora concremabant.

Constructa autem scena in theatri morem, lumina et ignes accendi, et hymni concini, ad hunc usum tum maxime compositi, et item spectacula edi solenniter solita, data celebrantibus hac mercede, tritico, faba, hordeo, quæ supra inter universum populum dividi, ostendimus.

Mane vero Capitolium ascendere, sacra ibi de more agitare, tum in theatrum convenire, ad ludos in honorem Apollinis et Dianæ faciundos consueverunt.

Sequenti die, nobiles matronas, qua *hora præcipitur ab oraculo Sibyllæ*, quod adhuc extat, convenire in Capitolium, supplicare Deo, frequentare lectisternia, canere hymnos ex *ritu* mos erat.

Tertio denique die, in templo Apollinis Palatini, ter noveni pueri prætextati, totidemque virgines, patrimi omnes matrimique, Græca Romanaque voce, Carmina et Pæanas concinebant, quibus imperium suum et incolumitatem populi Diis immortalibus commendabant.

Interim ludi omne genus, omnibus theatris, et sacrificia omnibus templis, interdiu noctuque celebrabantur.

Primi ludi sæculares instituti a P. Valerio Publicola, qui primus consul post exactos reges: dein abolitos et intermissos instauravit Augustus; sextos fecit Claudius nunc, septimos Domitianus, computata ratione temporum ad annum, quo olim Augustus hos ludos ediderat.

Dein centesimo et decimo post Domitiani ludos anno, eosdem instauravit imperator Severus.

Post Severum, negat instauratos Zozimus, quoniam sequens annus centesimus decimus incurrit in consulatum Constantini principis Christiani.

At constat ex Eusebio, et Eutropio, Philippo imperante, millesimum annum Romanæ urbis, ingenti ludorum et spectaculorum apparatu, fuisse celebratum, bestiasque in circo innumerabiles fuisse interfectas, ludos in campo Martio theatrales, tribus diebus ac noctibus, pervigilante populo, concelebratos.

Sed hic finem habuere, præpollentibus Christianis principibus, qui talia abolevere.

De his ludis Claudii Sueton. 21. 'Fecit et sæculares quasi anticipatos ab Augusto, nec legitimo tempori *reservatos*: quamvis ipse in historiis suis prodat, intermissos eos Augustum multo post, diligentissima annorum ratione subducta, in ordinem redegisse. Quare vox præconis irrisa est, invitantis more solenni ad ludos, quos nec spectasset quisquam, nec spectaturus esset: cum superessent adhuc qui spectaverant, et quidam histrionum producti olim, tunc quoque producerentur.'

[r] *Quarto et sexagesimo*] Plinius: 'Eo minus miror, Stephanionem, qui primus togatas saltare instituit, utrisque sæcularibus ludis saltasse, et Divi Augusti, et quos Claudius consulatu suo quarto fecit: quando et sexaginta tres, non amplius, interfuere anni.'

Quarto et sexagesimo] A ludis Au-

gustus ediderat, spectati sunt. Utriusque Principis rationes prætermitto,[s] satis narratas libris, quibus res Imperatoris Domitiani composui: nam is quoque edidit ludos sæculares;[t] iisque intentius[u] affui Sacerdotio[v] Quindecimvirali præditus, ac tum Prætor: quod non jactantia refero, sed quia collegio Quindecimvirum[w] antiquitus ea cura, et ma-

eo rationes utriusque imperatoris, satis memoratas in libris, quibus res principis Domitiani conscripsi; nam ille etiam exhibuit ludos sæculares; iisque impensius affui, quia *tum sacerdotio Quindecimvirali ornatus, et prætor* eram. *Quod non ostentatione commemoro, sed quia olim id munus collegii Quindecimvirorum* fuit, *et*

NOTÆ

gusti elapsi erant tantum sexaginta tres anni, et sexagesimo quarto ludos suos celebravit Claudius. Sic Plin.

[s] *Rationes prætermitto*] Quæ tamen claræ sunt. Augustus enim priscam institutionem secutus est, et edidit quintos ludos sæculares, anno centesimo et nono (decimo debuisset, si paruisset arctæ legi) exacto. Claudius ita rationem instituit, ut centesimo quoque anno censuerit celebrandos, quasi sæculum rotundo centum annorum numero definiens.

Itaque insuper habita computatione Augusti et prisca, retulit nunc octingentesimo urbis anno, se IV. et L. Vitellio III. Coss. Plura si cupis, consule Onufrium Panvinium.

[t] *Ludos sæculares*] Hi 110. vel 100. anno celebrati per triduum, omni genere tum ludorum, tum sacrificiorum. Novies facti sunt. Primum anno U. C. 52. Dein sub Valerio Publicola, 3. et 4. sub Consulibus, 5. sub Augusto, 6. sub Claudio, 7. sub Severo, 9. sub Philippo, anno U. C. 1000. alii tamen citius, alii serius celebrati pro libito imperitantium.

Sacrificia ludis sæcularibus celebrata. Censorinus c. 5. de die natali, scribit ex libris Sibyllinis renuntiatum fuisse: 'Uti Diti patri et Proserpinæ ludi Terentini in campo Martio fierent tribus noctibus, et hostiæ furvæ immolarentur, utique ludi centesimo quoque anno fierent.' Zozimus: 'Prima nocte spectaculorum ad horam secundam, tribus aris in ripa fluminis exstructis, Imperator cum Quindecimviris tres agnos cædit, et aris sanguine respersis, solidas victimas adolet.'

Ludi sæculares] Anno 3. Olympiadis 206. Romæ conditæ 800. Jesu Christi 47. Claudii imperii 7. Vide notas VI. 50. *Tillemonius.*

[u] *Iisque intentius*] De quibus sic diserte pro suo jure loqui potuit Tacitus.

Utinam libros haberemus, quibus hæc tradiderat.

[v] *Sacerdotio*] Quatuor collegia sacerdotum solennes ludos celebrabant, Actiacos, et alios.

[w] *Collegio Quindecimvirum*] Ideo Horatius in carmine sæculari: 'Quindecim Diana preces virorum Curet.'

Et in nummis Augusti: IMP. CÆS. AVG. LVD. SÆC. XV. S. F. id est, *Quindecimviri sacris faciundis.* Quanquam ad eos et aliorum ludorum curam pertinuisse, alibi mihi dictum. *Lipsius.*

Collegio Quindecimvirum] Primo creati duumviri sacris faciundis a Tarquinio superbo rege, usque ad annum 388. Postea sub Sylla fuere Quindecimviri. Cooptabantur a collegis, dein, lata lege Domitia, fuerunt creati populi suffragiis.

Munus horum sacerdotum fuit custodire libros Sibyllinos, et cum ex

gistratus potissimum[x] exequebantur officia cærimoniarum. Sedente Claudio, circensibus ludis,[y] cum pueri nobiles equis ludicrum Trojæ[z] inirent, interque eos Britannicus, Impera-

magistratus præcipue exercebant munia religionum. Præsidente Claudio ludis Circensibus, cum pueri illustres in equis Trojæ decursionem celebrarent; et inter illos

NOTÆ

Senatusconsulto adeundi essent hi libri, eos adire, et quæ legissent, Senatui renuntiare, et quæ senatusconsulto decreta fuissent, procurare; ludos sæculares celebrare; et denique omnia peragere, quæ Sibyllinorum carminum jussu facienda erant.

Mansit illud sacerdotium usque ad tempora Theodosii.

[x] *Magistratus potissimum*] Hoc ad id spectat, quod Prætorem se tunc præmisit: eoque, inquit, se gnarum hujus rei et permixtum. *Lipsius.*

Magistratus] Præcipue *prætores* intelligit Tac. non semel.

[y] *Circensibus ludis*] Circenses dicti, quod exhiberentur in circuitu, ensibus positis. Olim enim in littore fluminis agebantur, in altero latere positis gladiis, ut ab utraque parte esset ignavis præsens periculum. Alii a circumeundo sic dictos putant; alii a Circo, in quo exhibebantur.

Hos ludos primum exhibuere Reges, dein consules et prætores, et ad prætoris urbani officium pertinuit, signum dare mappa, mittendis quadrigis; quapropter absente prætore, creatus dictator, qui vice prætoris id munus obiret.

Plures erant species, seu formæ præliorum, quæ in ludis Circensibus exhibebantur.

Prima erat pugna cum pugnis, cæstibus, gladiis, fustibus, hastis, pilis, &c. Huc spectat gladiatura, certamen cum bestiis, lucta, qua alter alterum dejicere conabatur.

Altera species, est *cursus* quem agebant, percurrendo certa stadia in Campo usque ad metam.

Tertia species, erat *saltatio* in æquo campo, aut sursum, aut deorsum; aut in equos, vel currus insiliebant armati.

Quarta fuit, *jaculatio* discorum, sagittarum, pilorum, telorum, &c.

Quinta species fuit *decursio equestris*, qualem describit Virg. Æn. v. et quam inibant hic apud Tac. pueri nobiles.

Sexta fuit *aurigatio*, id est, certamen bigarum vel quadrigarum.

Septima fuit *naumachia*, cum nempe in mari, fluvio, stagno, lacu, forma navalis pugnæ repræsentabatur.

Factiones aurigantium in ludis Circensibus quatuor, quæ appellatæ a coloribus panni viridis, cœrulei, coccini, et albi, *Prasinæ*, *Venetæ*, *Rufatæ*, *Albatæ*, dein duæ additæ a Domitiano, *aurati*, *purpureique* panni.

Postea sub Justiniano, seditione exorta inter illas factiones, quadraginta hominum millia periere Byzantii; et hinc abolita nomina factionum illarum.

Circensibus] De Circo maximo diximus in notis VI. 45.

[z] *Equis ludicrum Trojæ*] Ut scripsit Suetonius, ludus ipse quem vulgo *Pyrricham* appellant, *Troja* vocatur: cujus originem expressit in libro de lusibus puerorum: adhucque superest descriptio Virgilii Æn. v.

Peditum tamen proprie *Pyrricha* saltatio est, apud Athenæum XIV. 12. *Troja* vero ludus puerorum, qui turmatim se invicem ex equis peterent: unde formatum vulgare *Torniamentum*, quasi *Trojamentum*. Vertranius.

Trojæ] Troja vel Ilium, urbs Troa-

tore genitus, et L. Domitius, adoptione mox in Imperium et cognomentum Neronis ascitus, favor plebis acrior in Domitium, loco præsagii[a] acceptus est: vulgabaturque, ‘affuisse infantiæ dracones[b] in modum custodum;’ fabulosa

Britannicus principis filius, et L. Domitius qui mox, adoptante Claudio, in principatum et cognomen Neronis assumtus est, amorem populi vehementiorem in Domitium, veluti præsagium futuri principatus interpretabantur: multi ferebant, astitisse infantiæ ejus serpentes, velut excubitores, quæ *inania, et Græcorum*

NOTÆ

dis provinciæ, et aliquando Trojani regni caput, in Asia minore.

Hodie in ruinis jacet, reliquias vocamus *Troie:* sunt in parte septentrionali et occidentali præfecturæ Natoliæ, sub Turcico imperio Asiatico. *Tillemonius.*

[a] *Præsagii*] Nempe ipsum imperaturum, non Britannicum.

[b] *Affuisse infantiæ dracones*] Hoc prodigium seu præsagium futuræ magnitudinis, ut qui jam infans curæ Diis esset, et hi dracones velut genii, et quasi satellites ejus custodiæ appositi; sive fuerint veri serpentes, sive tantum exuviæ serpentum visæ; tamen certum est in iis maximam spem suæ dignitatis et etiam salutis reposuisse.

Certe dum eas habuit et gestavit, felix visus est, et in extremis etiam eas requisivit, sed frustra, teste Suet. Ner. 6. ‘Gratia quidem et potentia revocatæ restitutæque matris usque eo floruit, ut emanaret in vulgus, missos a Messallina uxore Claudii, qui eum meridiantem, quasi Britannici æmulum, strangularent. Additum fabulæ est, eosdem, dracone e pulvino se proferente, conterritos refugisse. Quæ fabula exorta est, deprehensis in lecto ejus, circum cervicalia, serpentis exuviis: quas tamen, aureæ armillæ ex voluntate matris inclusas, dextro brachio gestavit aliquamdiu, ac tædio tandem maternæ memoriæ abjecit: rursusque, extremis suis rebus, frustra requisivit.’

Forte aliquod sortilegium his exuviis serpentinis annexum, quo Agrippina usa, vel ad imperium obtinendum, vel ad retinendum in obsequio et amore Neronem, quo amoto, tandem mutatus est Nero; ipsa Agrippina aula et rebus amota, et ipse tandem Nero vita et imperio exutus est. Sive tali fabulæ de facto crediderint Nero et Agrippina; sive ei credi in vulgus voluerint; ut sæpe fieri solet.

Dracones] Livius de Scipione simile quid narrat apud Romanos. Ad hoc jam inde ab initio præparans animos, ex quo togam virilem sumsit, nullo die prius ullam publicam privatamque rem egit, quam in Capitolium iret, ingressusque ædem consideret: et plerumque tempus solus in secreto ibi tereret. Hic mos qui per omnem vitam servabatur, seu consulto, seu temere, vulgatæ opinioni fidem apud quosdam fecit, stirpis eum divinæ virum esse; retulitque famam in Alexandro Magno prius vulgatam, et vanitate et fabula parem, anguis immanis concubitu conceptum, et in cubiculo matris ejus persæpe visam prodigii ejus speciem, interventuque hominum evolutam repente, atque ex oculis elapsam. His miraculis nunquam ab ipso elusa fides est: quin potius aucta arte quadam, nec abnuendi tale quicquam, nec palam affirmandi. Hæc Livius.

Dracones] Sic Caio, Aug. filio, adulatur Ovidius l. 1. de arte amandi:

et externis miraculis[c] assimulata:[1] nam ipse, haudquaquam sui detractor, 'unam omnino anguem[d] in cubiculo visam,' narrare solitus est.

12. Verum inclinatio populi supererat, ex memoria Germanici, cujus illa reliqua soboles virilis:[e] et matri Agrippinæ miseratio augebatur, ob sævitiam Messallinæ: quæ

fabulis similia sunt. *Quippe ipse* Nero *neutiquam sui obtrectator*, mox *referre solebat*, unum tantum draconem in cubiculo suo conspectum esse.

Sed favor plebis durabat ex memoria Germanici, cujus stirpis ille unus superstes virilis sexus; *et Agrippinæ parenti illius accrescebat misericordia, ob immanitatem*

1 Mss. Reg. Agr. et Puteolanus, *assimulata*. Haud ita bene in aliis, *assimilata*, vel *adsimilata*. Brotier.

NOTÆ

'Parcite natales timidi numerare Deorum; Cæsaribus virtus contigit ante diem. Ingenium cœleste suis velocius annis Surgit, et ignavæ fert male damna moræ. Parvus erat, manibusque duos Tirynthius angues Pressit: et in cunis jam Jove dignus erat.'

Dracones] In hoc animali magna mysteria, seu potius superstitio et furor. In cista servabant serpentem, in orgiis Bacchi. Justin. orat. ad Antonin.: 'Apud quemque eorum, qui a vobis Dii censentur, serpentem veluti symbolum magnum atque mysterium pingitis.'

Arnob. l. v. 'Bacchanalia etiam prætermittimus immania, quibus nomen Omophagiis Græcum est: in quibus furore mentito, et sequestrata pectoris sanitate, circumplicatis vos anguibus, atque ut vos plenos Dei numine ac majestate doceatis, caprorum reclamantia viscera oribus cruentatis dissipatis.'

[c] *Externis miraculis*] Præcipue Græcos intelligit, ut sic nempe assimilaretur priscis heroibus Nero, et inprimis Herculi, qui in cunis elisisse puer monstra fertur.

Miraculis] Liv. v. 21. 'Sed in rebus tam antiquis, si, quæ similia veri sunt, pro veris accipiantur, satis habeam. Hæc ad ostentationem scenæ gaudentis miraculis aptiora, quam ad fidem; neque affirmare, neque refellere operæ pretium est.'

[d] *Unam omnino anguem*] Paulo aliter Xiphilinus, qui exuvias duntaxat serpentis ad caput Neronis pueri inventas ait: idque vates ita interpretatos, magnam potentiam ab homine sene capturum, quia serpentes, positis exuviis, senectutem exuerent. En vanitatem! *Lipsius.* Audiendi potius scriptores Latini, qui longe doctiores in rebus Romanis et fideliores Græcis.

Anguem] Sic Plutar. in Crasso de Spartaco: 'Cum primum Romam venalis advectus est, dicunt huic dormienti circumplicatum serpentem visum esse circa faciem. Uxor vero ejus, quæ conterranea Spartaci erat, fatidica, arreptaque, et obnoxia Dionysii seu Bacchi sacris, prædixit, signum illud esse, magnæ et formidolosæ potestatis fausto exitu circa ipsum eventuræ,' &c.

[e] *Cujus illa reliqua soboles virilis*] Agrippina enim, Neronis mater, Germanici filia erat. *Pichena.*

semper infesta,[f] et tunc commotior, quo minus strueret crimina et accusatores, novo et furori proximo amore detinebatur.[1] Nam in C. Silium, juventutis Romanæ pulcherrimum, ita exarserat, ut Juniam Silanam, nobilem fœminam, matrimonio ejus exturbaret, vacuoque adultero potiretur.[2] Neque Silius flagitii aut periculi nescius erat: sed certo, si abnueret, exitio, et nonnulla fallendi spe,[g] simul magnis præmiis, opperiri futura et præsentibus frui, pro solatio habebat: illa non furtim, sed multo comitatu ventitare domum, egressibus adhærescere;[h] largiri opes, honores: postremo, velut translata[i] jam fortuna, servi, liberti, paratus Principis[j] apud adulterum visebantur.

Messallinæ, quæ semper infensa, et tunc violentior, tamen *impediebatur nova et furori simili cupidine, quin pararet molireturque crimina et delatores. Nam adeo flagrabat amore Silii juvenum Rom. formosissimi, ut conjugio ejus pelleret Juniam Silanam illustrem matronam, et vacuo mœcho frueretur. Neque Silius inscius erat sceleris, aut discriminis; sed præter evidentem perniciem,* si *fœminam* aspernaretur, *et aliquam latendi spem, etiam levamini erat, magnis ornatum opibus, expectare quæ evenirent,* et interim *præsentibus potiri. Illa non clam, sed magno stipatorum agmine, ititare domum* Silii; *egredienti in publicum assidua comes esse, tribuere divitias, dignitates: demum quasi translato jam imperio, videbantur apud amasium muncipia, liberti, splendor et magnificentia fortunæ principalis.*

1 Recte Cl. Ernestus ex editione principe. Perperam Mss. aliique libri editi *distinebatur.* Brotier.—2 Videtur scribendum: *vacuo quo adultero potiretur.* Hæc enim causa superioris exturbationis: ut quod Sejanus pepulerit domo Apicatam, 'ne pellici suspectaretur,' IV. 3. *Ryckius.*

NOTÆ

[f] *Semper infesta*] Præsertim Agrippinæ, et *commotior* indistincte in omnes. Libido ceteras cupiditates incitat acrius incenditque. Duas Julias occidit Messallina, Juliam filiam Germanici, et alteram Druso, Tiberii filio, genitam.

[g] *Nonnulla fallendi spe*] Hoc est, latendi, ne res videlicet deprehenderetur. Nam *fallere* pro latere, sæpius reperias apud hunc scriptorem, quæ est elegantissima verbi hujus significatio. Lib. XIII. 'Quæ mutatio neque Neronem fefellit.' Lib. II. 'Non fallebat duces impetus militum,' hoc est, non latebat. *Rhenanus.*

Nonnulla fallendi spe] Fallendi nempe senem facilem, stupidum, et uxori suæ obnoxium.

[h] *Egressibus adhærescere*] Qui mos Romæ colendi potentiores. *Lipsius.* Etiam amicos, seu amasios, ut hic, et omnes quibus adulatum vellent, ipsos etiam histriones. Ipsi equites Rom. socios reges in provinciis sic stipabant, teste Sallustio in Jugurtha.

[i] *Velut translata*] Velut jam translato imperio ad Silium adulterum.

[j] *Paratus Principis*] Utroque modo intelligi debent et *paratus principis* in genere et indistincte, et etiam *principis* Claudii paratus fuisse: nam sic

13. At Claudius, matrimonii sui ignarus, et munia Censoria[k] usurpans, 'theatralem populi lasciviam' severis edictis increpuit, 'quod in P. Pomponium, Consularem,'[l] (is

At Claudius conjugii sui inscius, et munus Censoris exercens, acerrimis edictis objurgavit theatralem plebis licentiam, quippe populus conviciis incesserat P.

NOTÆ

revera erant translati ex ipsius domo. Itaque erant *paratus* illi *principales*, et vere Regiam magnificentiam exhibentes; et simul erant *Claudii*, quia ex illo tum imperante rapti translatique erant ad Silium.

[k] *Munia Censoria*] Vera narrat Tac. et tamen non sine ironia et irrisu. *Ridendo dicere verum Nil vetat.* Præcipuum *munus* fuit *Censorum* ordinare et coërcere matrimonia; et hac formula usi, *habes uxorem ex animi tui sententia?* Sed iste censor dum in alios maritos inquirit, sui matrimonii ignarus erat. *Matrimonium* et *uxor* pro eodem est.

[l] *In P. Pomponium Consularem*] Qui consul fuit anno 782. iterum sub Caio, anno 794. Sed de prænomine illustris viri et poëtæ, quæro. Hic *Publius* dicitur et infra Lucius: 'Deinde L. Pomponius legatus auxiliares Vangiones ac Nemetas,' &c. Loqui enim eum de hoc poëta, docent quæ subjunxit: 'Decretusque Pomponio triumphalis honos, modica pars famæ ejus apud posteros, in quis carminum gloria præcellit.' At Dioni est Quintus: 'Deinde omnes qui in carcere attinebantur dimisit, quorum unus fuit Quintus Pomponius, per septem annos a consulatu suo in carcere detentus.' Quæ ipsa de hoc vate accipienda, clarum ex iis quæ Tacitus l. VI. ubi cum descripsisset custodiam hujus Pomponii apud fratrem, addit: 'At Pomponius multa morum elegantia, et ingenio illustri, dum fortunam æquus tolerat, Tiberio superstes fuit.'

Et sunt ab eo tempore ad liberationem e custodia, anni septem. Hanc nominis litem dabam secundum Dionem, (quippe integre perscriptum apud eum prænomen est:) nisi submonuisset Tacitus, fratrem poëtæ fuisse Quintum, l. VI. 'Sanciæ aqua et igni interdictum, accusante Q. Pomponio. Is moribus, inquies, hæc et hujusmodi a se factitari prætendebat, ut parta apud principem gratia, periculis Pomponii Secundi fratris mederetur.' Itaque nihil constituo. Est autem hic, non Atellanarum scriptor, (qui L. Pomponius Bononiensis dictus, Ciceroni, Senecæ, Macrobio, Nonio, Festo laudatus;) sed tragœdiarum.

Quintil. 'Eorum, quos viderim, longe princeps Pomponius Secundus, quem senes parum tragicum putabant, eruditione ac nitore præstare confitebantur.' Plinius in epist. 'Pomponius Secundus scriptor tragœdiarum, si quid forte familiarior amicus tolleret, dum ipse retinendum arbitraretur, dicere solebat, Ad populum provoco.'

Hic est quem tanti fecit Plinius alter, ut vitam ejus miserit in scripta: l. XIV. 'Nobili exemplo docuimus, referentes vitam Pomponii Secundi vatis, cœnamque quam principi dedit.' Et alibi: 'Ita sunt longinquâ monumenta Tiberii Caiique Gracchorum manus, quæ apud Pomponium Secundum vatem civemque clarissimum vidi, annos fere post ducentos.' *Lipsius.*

carmina scenæ[m] dabat) ‘ inque fœminas illustres,[n] probra jecerat.’ Et lege lata sævitiam creditorum coërcuit,[o] ‘ ne in mortem parentum[p] pecunias filiisfamiliarum fœnori darent.’

Pomponium consularem, *qui versus theatro componebat;* probrisque et ipsas matronas insignes insectatus erat. *Etiam lege condita cohibuit immanitatem fœneratorum,* ne crederent pecuniam filiisfamiliarum exigendam post patrum

NOTÆ

[m] *Is carmina scenæ*] Forte fabulam ipsam quæ tum edebatur, composuerat Pomponius, vel generatim et indistincte theatro versus suppeditabat.

[n] *Inque fœminas illustres*] Vertunt *in aliquas.* Certe non omnes lacessitæ probris fœminæ illustres; attamen cum id publice fiat, propter aliquas vulgati flagitii infames, forte sic et in omnes splendidas probra jecit lasciviens vulgus: simulque splendori nobilitatique et opibus obtrectabant, non tam forte invidentes culpam, quam fortunam.

[o] *Sævitiam creditorum coërcuit*] Dabatur olim fœnori pecunia adolescentibus, collata solutione in mortem patrum: quod vel fœnoris magnitudine, vel ob turpitudinem faciebant fœneratores. Claudius autem interdixit, ne quisquam filiisfamilias fœneraret in mortem parentum; quod deinde Senatusconsulto confirmatum fuit Vespasiano imperante.

Tranquillus: ‘ Auctor senatui fuit decernendi, ne filiorumfamilias fœneratoribus exigendi crediti jus unquam esset: hoc est, ne post patrum quidem mortem.’ Id Senatusconsultum *Macedonianum* appellatum est. *Ferrettus.*

[p] *Ne in mortem parentum*] Quæ circumscriptio juventutis jam ante vetita Lætoria lege. Sed paulo aliter. Nam, Lætoria lex solum caverat iis, qui intra XXV. annos, alios insuper habuerat.

Claudius universe constituit de omnibus filiisfamiliarum, etiam supra legitimam ætatem. Lætoria etiam lex, fœnoris aut pecuniæ nulla mentione, simpliciter vetabat, ‘ minorem viginti quinque annis stipulari,’ id est, ἐπερωτᾶσθαι, ait Priscianus, sive *stipulanti respondere.* De ea non dubie Plautus sensit: ‘ Perii, an non tum me lex perdit quina-vicenaria? Metunt credere omnes.’ Et alibi: ‘ Ni dolo malo instipulatus sies, nive etiamdum siem Quinque et viginti natus annos.’ Asperius eandem Claudii legem retulit Vespasianus, ‘ ne filiorum familias fœneratoribus exigendi crediti jus unquam esset, ne post patrum quidem mortem.’ Satis multa JCti ad Sc. Macedonianum. *Lipsius.*

Ne in mortem parentum] Simile quid Suet. Vesp. 11. ‘ Neve filiorumfamilias fœneratoribus exigendi crediti jus unquam esset, ne post patrum quidem mortem.’ Meminit Cic. l. III. de Off. *Lætoriæ* legis circumscriptionem juvenum vindicantis.

Et Plaut. Psend. legem *quina-vicenariam* commemorat, quæ vetaret, adolescentibus pecuniam dari mutuo, quæ lex Quina-vicenaria dicta forte fuit Plauto ab ætate intra quam non liceret fœnori dare juvenibus. Sic fœnebre malum Reipub. exitiale, semper prohibitum, et semper retentum.

Ne in mortem parentum] Falluntur maxime qui vertunt: *ad necem inferendam parentibus, ut sic creditorum sævitiam effugerent, ac redimerent.* Potius est, ne juvenibus pecuniam crederent, post mortem parentum sol-

Fontesque[q] aquarum, ab Simbruinis[1] collibus[r] deductos, urbi intulit. Ac novas literarum formas addidit vulgavit-

mortem. *Et civitati invexit fontes undarum, e Simbruinis collibus scaturientes. Etiam novos literarum typos adjecit publicavitque, cum constaret, Græcas etiam*

1 Ita scripsi pro *sub Imbruinis*, quod hactenus præferebant Editiones, præter Rhenani, quæ pro nobis stat; primo ut Auctor sibi esset concors: sic enim legitur XIV. 22. etiam in Mss. præterea apud Celsum l. IV. c. 5. saltem in quibusdam exemplaribus: 'Consistere in frigidis medicatisque fontibus, quales Cutiliarum Simbruinarumque sunt, salutare est:' denique secutus auctoritatem Cluverii atque Holstenii. Quorum ultimus *Simbruinos* montes dictos docet, qui *Sublaqueo*, quod oppidum fuit in dextra Anienis ripa in Sabinis, a tergo imminent, in quibus nunc *Cervara* vicus: *colles* vero *Simbruinos*, qui ad radices dictorum montium juxta Sublacensem viam porriguntur, in quibus *Augusta* sita est: quoniam ex imis horum collium radicibus aquarum istarum fontes nascuntur, quas Marcius, Augustus et Claudius Romam perduxere. *Ryckius.* Gronovius habet *Imbruinis.*

NOTÆ

vendam. Fuitne opus decreto, quo caveretur, ne pecunia daretur ad patrem occidendum? quis hoc putet?

In mortem parentum] Veteri senatusconsulto sanctum: 'Placere, ne cui, qui filio-familias mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortem parentis, cujus in potestate fuisset, actio petitioque daretur.' Hinc apud Terent. patri monenti filium, ut pecuniam sumeret filius mutuo, sic respondet: 'Hui dixti pulchre, si quidem quisquam crederet, Te vivo.'

[q] *Fontesque*] Quæ opera inchoata erant a C. Cæsare.

[r] *Simbruinis collibus*] Lego, *sub Imbrivinis.* Prorsum addi eam voculam placet. Non enim ex ipsis collibus deductam aquam vult: sed fontes aquarum, qui sub collibus, Romam perductos.

Apud Celsum tamen Simbruinas item aquas legas, l. IV. c. 5. 'Consistere in frigidis medicatisque fontibus, quales Cutiliarum Simbruinarumque sunt, salutare est.' Locus ipse *imbrivium* vocatur Livio et Silio. *Lipsius.*

Sub Imbruinis collibus] Scribit Tacitus l. XIV. Neronis, apud *Simbruina stagna* discumbentis, ictas fulgure dapes, mensamque fuisse disjectam. In codice Florentino, *sub Imbruinis collibus;* utraque lectio tolerari queat. Sic Sublaqueum l. XIV. 22. *Pichena.*

Sub Imbruinis] Lege *Simbruinis.* Simbrivius, vel Simbruvius, et Simbrivii lacus, aut Simbruvia, sive Simbruina Stagna, prope Anienem fluvium, et Sublaqueum, oppidum Æquorum populorum in Latio.

Hodie lacus isti, vel stagna, non amplius extant. Montes his imminentes dicti sunt *Simbrivini*, vel *Simbruini* colles; nunc vocantur *la Montagna della Cervara.* Sunt prope oppidum *Subjaco*, et amnem *Teverone*, in Campania Romana, provincia status Ecclesiastici. Ex Cluverio l. II. c. 10. p. 713. et 714. Italiæ antiquæ et Geograph. Baudrand. Fuit etiam *Imbrinium* locus Samnii, apud Titum Livium l. VIII. c. 30: sed hic nihil ad rem, et graviter erravit Lipsius ad hunc Taciti locum, qui loca diversissima confundit, ut recte monuit Cluverius, loco citato. *Tillemon.*

que; comperto,[s] Græcam quoque literaturam non simul cœptam absolutamque.

14. Primi per figuras animalium[t] Ægyptii[u] sensus mentis effingebant; (ea[1] antiquissima monumenta[v] memoriæ humanæ impressa saxis cernuntur) et 'literarum semet inventores' perhibent; 'inde Phœnicas,[w] quia mari præpollebant, intu-

literas, non simul inceptas perfectasque fuisse.

Primi Ægyptii sensa animi exprimebant per formas animantium, et vetustissima vestigia memoriæ humanæ incisa lapidibus spectantur; ii etiam seipsos repertores literarum *affirmant;* dein Phœnicas, quia pelago prævalebant, eas invexisse

1 Gronovius et Ryckius *et.*

NOTÆ

[s] *Comperto*] Cum ipse sciret, Græcas literas non simul inceptas et perfectas esse.

[t] *Primi per figuras animalium*] Non animalium solum, sed et rerum mutarum: quæ *Hieroglyphicæ* notæ dictæ. Literas tamen postea Ægyptiis, sive Isis regina tradidit, sive Mercurius: sed ita, ut priscas illas notas, quas ἱερὰς dicebant, sacerdotes retinerent: alias, quas πανδήμους, vulgus. *Lipsius.*

Figuras animalium] Et etiam aliarum rerum figuras adhibebant. *Ævum* significabant per *solem* ac *lunam*, quia æterna sunt; vel per *serpentem*, cujus cauda reliquo corpore tegeretur. *Mundum* etiam per serpentem, qui suam caudam rodebat.

Animum aut *iram*, per *leonem*. *Vigilantiam*, per *leonis caput*, quia dormit apertis oculis. *Nili exundationem*, per *leonem*, quia sub hoc sidere crescit; et per *tres hydrias*, quia tres sunt causæ, cur exundet, *terra* ipsa *Ægyptia*, *Oceanus* exæstuans, et *imbres*. *Ægyptum* per *conflagrantem acerram;* quia hæc immodice calet. *Silentium* per numerum 1095. *dierum* qui triennii tempus, intra quod debet loqui puellus. *Peregre redeuntem*, per *Phœnicem*, quæ 500. anno redit. *Scientiam*, per *cœlum rorem fundens*. *Magistratum et judicem*, per *Canem* et *Regiam vestem*, et *nudam figuram* appositam. Quia vigilare debent illi, et nudum regem olim inspiciebant magistratus. *Mathematicum*, seu *Astrologum*, per *hominem horis vescentem*. *Pudicitiam*, per *ignem* et *aquam;* quia his fit expiatio. *Regem*, per *Anguem vigilantem*. *Plebem* regi subditum, per *apem;* et sic multa alia.

[u] *Ægyptii*] Vide notas l. VI. c. 28.

[v] *Et antiquissima monumenta*] Lego, *ea antiquissima*. Lipsius. Non forte *antiquissima* omnium. Quis enim ingenia et artes omnium toto orbe mortalium adhuc exploraverat? sed perantiqua, et forte omnium, quæ noscerentur tunc, vetustissima ea erant, aut censebantur.

Monumenta] Intelligunt, monumenta literarum, seu sculpturarum ea antiquissima esse; sed ea, non solum *literarum*, sed et quarumcumque rerum monumenta antiquissima fuerunt, ut tum res erant, aut sciebantur. Hæc prima literarum initia et veluti rudimenta, quæ literis reperiendis tandem excitavere ingenia.

[w] *Phœnicas*] Phœnicia vel Phœnice, provincia Syriæ regionis, ad mare Phœnicium, partem maris Mediterranei: hodie pars præfecturarum

lisse Græciæ,[x] gloriamque adeptos, tanquam repererint, quæ acceperant.' Quippe fama est, 'Cadmum,[y] classe Phœnicum vectum, rudibus adhuc[z] Græcorum populis artis ejus auctorem fuisse.' Quidam 'Cecropem Atheniensem, vel Linum[a] Thebanum,[b] et temporibus Trojanis Palamedem,[c]

Græciæ, famamque habuisse illos, velut invenerint, quæ ab aliis didicerant. *Nam ferunt* Cadmum Phœnicum navibus delatum, artis istius inventorem fuisse, cum imperitæ adhuc Græcorum nationes essent. *Nonnulli tradunt*, Cecropem Atheniensem, vel Linum Thebanum, et obsidione Trojana Pala-

NOTÆ

Tripoli et *Scham*, vel *Damas*, in Souria, regione imperii Turcici Asiatici. *Tillemonius.*

[x] *Græciæ*] Græcia, regio Europæ veteris, in latere meridionali: hodie pars est major præfecturæ *Romeliæ*, vulgo *Beglerbeglic de Romelie*, cum insulis adjacentibus, sub præfecto *Maris* vel *Insularum*, in Turcico imperio Europæo.

Hæc regio fere tota est sub dominio Turcarum. Quod superest, Reipublicæ Venetæ paret. Ex Chartis et Tabulis Geographicis Nicolai et Gulielmi Sanson. *Tillemon.*

[y] *Fama est, Cadmum*] Atque ita creditum plerisque scriptoribus, ut Clementi Alexandrino, Strom. I. 'Cadmus Phœnix natione, fuit primus inventor literarum, ut ait Ephorus; unde vocatas esse literas Phœnicias, scribit Herodotus.' Q. Curtius: 'Si famæ libet credere, hæc gens (Phœnices) literas prima aut docuit aut didicit.'

Isidorus: 'Græcarum literarum usum primi Phœnices repererunt. Hinc est quod Phœniceo colore librorum capita describuntur, quia ab ipsis literæ initium habuerunt.' Quod ait de colore capitum, sive titulorum in libris, verum et vetus est. Ovidius: 'Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.' Causa tamen inepta, et ex pectore Isidori. De Cadmo inventore, Agenoris F. vide et Plinium lib. VII. et Suidam in Φοινικήϊα. *Lipsius.*

[z] *Rudibus adhuc*] Vertunt, quasi adhuc *rudes* essent *ingenio* Græci: non certe *rudes ingenio*, immo forte jam acuti, et aliis populis subtiliores, sed *rudes arte* erant.

Non *rudes ingenio* majores nostri olim, licet militiam nostram et tormenta bellica hujusce ævi ignoraverint, ut neque, qui typos, novam artem literarum nescierint, artes adhuc rudes et imperfectæ, sed non ideo pinguia et crassa ingenia erant. Attamen possint dici *rudes* secundum quid, quia nondum artes illi satis callerent; artes quippe, ut cetera, sensim adolescunt, et tandem florent, et cum iis animi.

[a] *Cecropem Atheniensem, vel Linum*] Cecropem tamen plerique Ægypto ortum fatentur, et illinc intulisse literas. Linus est Apollinis et Terpsichoræ filius, de quo Suidas: 'dicitur primus ille ex Phœnicia literas Græcis attulisse.'

Ita vides, in diversitate sententiarum, consentire tamen omnes de Phœnice, aut Ægypto: et bene Plinius nunquam dubitasse ait, quin literæ ab Assyriis essent. *Lipsius.*

Atheniensem] Athenæ, urbs Atticæ regionis minoris, in Achaia provincia Græciæ: hodie vocatur *Athina* a Græcis recentioribus et Turcis. Gallice dicimus, *Athenes;* urbs est A-

Argivum,'[d] memorant, 'sexdecim[e] literarum[f] formas; mox

medem Argivum, *invenisse* sexdecim figuras literarum; dein alios, et inprimis

NOTÆ

chaiæ hodiernæ, et præfecturæ Romeliæ, sub Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

[b] *Thebanum*] Thebæ, urbs Bœotiæ regionis minoris, et ad Ismenium fluvium, in Achaia provincia Græciæ: hodie a Græcis recentioribus vocatur *Thiva*, urbs est Stramulippæ regiunculæ, in Achaia provincia Turcici imperii Europæi. *Tillemon.*

[c] *Temporibus Trojanis Palamedem*] Videamus. Trojanis temporibus repertæ primum literæ? Immo, sive Cadmus, sive Cecrops eas reperit, trecentis prope modum ante id bellum annis. Quin et Orpheus Poëta vixit scripsitque major illo ævo. At quidam ita memorant de Palamede.

Sed vix tamen aliqui veterum: et ad fidem rerum emendes: *Quidam Cecropem Atheniensem, vel Linum Thebanum, sexdecim literarum formas, et Trojanis temporibus, Palamedem Argivum tres, memorant, mox alios, ac præcipue Simonidem, ceteras reperisse.*

Ita res habet. Sexdecim literæ primo: Palamedes tres addidit, ut Isidorus censet; sive quatuor, ut Plinius, Suidas; (et per me quidem in Tacito etiam legeris, Palamedem Argivum quatuor memorant: nam ex notis omissis confusisque hic error;) alias Simonides Pythagorasque.

Possit etiam verbis non trajectis scribere: 'Quidam Cecropem Atheniensem, vel Linum Thebanum. Et temporibus Trojanis Palamedem Argivum memorant quatuor literarum formas,' &c.

Etsi fateor tamen, in Gorgiæ declamatione, pro Palamede, eum dici auctorem literarum, ἁπλῶς et indefinite. Itaque non nimis pertendo, etsi pro mea sententia; licet Irenæum etiam addas, lib. I. advers. Hæres. cap. 12. *Lipsius.*

Et temporibus Trojanis Palamedem] Non hic sigillatim Cornelius persequitur, quot quisque literas invenerit, sed generatim quæ sibi potior videretur, eam opinionem secutus, ait, Cecropem sive Linum, et Palamedem (diverso tamen tempore) vulgasse sexdecim literarum formas.

Idem facit, recensendo auctores reliquarum: 'mox alios, ac præcipuum Simonidem reperisse.' Evanidæ igitur sint temporum absurditates, quas hic vir doctissimus inducit, indeque suas res sibi habere castigationibus dicamus. *Saliner.*

Plin. VII. 56. 'Literas semper arbitror Assyrias fuisse: sed alii apud Ægyptios a Mercurio, ut Gellius; alii apud Syros repertas volunt. Utique in Græciam intulisse e Phœnice Cadmum, sexdecim numero. Quibus Trojano bello Palamedem, adjecisse quatuor, hac figura, Θ Ξ Φ X. Totidem post eum, Simonidem Melicum, Z H Ψ Ω: quarum omnium vis in nostris recognoscitur. Aristoteles X. et VIII. priscas fuisse A B Γ Δ E Z I K Λ M N O Π P Σ T Υ Φ: et duas ab Epicharmo additas, Θ X, quam a Palamede mavult. Anticlides in Ægypto invenisse quendam nomine Menona tradit, XV. annis ante Phoroneum antiquissimum Græciæ regem: idque monumentis approbare conatur.'

[d] *Argivum*] Argivi, populi Græciæ regionis.

[e] *Sexdecim*] Sunt variæ opiniones auctorum, ut in re vetusta. Sed correctiones illæ interpretum, incertæ, suspectæ, et sæpius falsæ. Si corrigitur Tacitus per alios auctores, vicissim alii auctores corrigi possunt

alios, ac præcipuum Simonidem, ceteras reperisse.' At in Italia Etrusci[g] ab Corinthio[h] Damarato, Aborigines[i] Arcade[j]

Simonidem, ceteras literas excogitasse. *At in Italia Tusci acceperunt literas a Damarato Corinthio, Aborigines ab Evandro Arcade. Et figura* eadem *literis*

NOTÆ

per Tacitum: et sic nullus erit miseræ Criticæ modus.

At satius est intelligere auctorem, quam corrigere. Quid mirum, si non sentiat idem Tacitus cum Plinio et aliis? Ex illo certamine sæpe elicitur veritas, dum auctores alii supra alios nituntur. Nec est omnis cognitio unius cervicis, nec omnia certe ad eandem formam exigenda sunt.

Ex Tacito, *quidam* memorant, Cecropem, Linum, et Palamedem sexdecim literarum formas reperisse, mox alios ceteras. At Plinius primo *sexdecim literas* inventas, dein Palamedem adjecisse *quatuor*, mox et Simonidem *quatuor* alias, sic alphabetum Græcum quatuor et viginti literarum absolutum fuerit; quod forte verius.

Sed tamen inviolatus maneat Tacitus. Quod mirum est, qui vertunt, malunt sequi interpretem conjecturis utentem et sæpe errantem, quam Tacitum, vera, et recte pro sua sententia narrantem.

[f] *Literarum*] Si Hieroglyphicorum scriptoribus credere fas est, habuere apud se Ægyptii quoddam genus animalium, quos *Cynocephalos* appellabant: hi sciebant literas, quasi sibi impressæ aut inditæ a natura essent. Itaque *Cynocephalum* pingebant, cum *literas* demonstrarent.

'Quia est,' inquiunt, 'apud Ægyptios, natio quædam et genus Cynocephalorum, qui literas norunt. Quare ubi primum in sacram ædem ductus fuerit Cynocephalus, tabellam ei sacerdos apponit, una cum scirpeo stylo atque atramento, nimirum ut periculum faciat, sitne ex eo Cynocephalorum genere, qui literarum gnari sunt, et an literas pingat. Itaque pingit in ea tabella literas.'

[g] *Etrusci*] Etruria vel Hetruria, et Tuscia, provincia Italiæ regionis ad mare Tyrrhenum: hodie in eo tractu sunt, Magnus ducatus *Toscanæ*, fere omnis, et *Massæ* ducatus, *Lucæ* respublica.

Pars etiam plurima marchionatus *Malespinæ*, et integri comitatus *Ronciglione* et *Pitigliano*, atque ducatus *Bracciano*, necnon provinciæ vulgo dictæ ab Italis, *Patrimonio di San Pietro*, *Stato di Castro*, et *Orvietino*.

Pars major provinciæ *Perugino*, aliquid provinciæ *Bolognese* et Reipublicæ *Genvensis*, quæ omnes regiones aut provinciæ parent variis principibus, veluti summo Pontifici seu Papæ, Magno Duci Toscanæ, et aliis. Ex Chartis et Tabulis utriusque Sansonis. *Tillemon.*

[h] *Corinthio*] Corinthus, urbs Corinthiacæ regiunculæ, in Peloponneso: hodie vocatur *Coranto*, et a Turcis dicitur *Germen*, urbecula Clarenzæ regionis minoris, in Morea, provincia Turcici imperii Europæi. *Tillemon.*

[i] *Aborigines*] Populi, ubi postea fuerunt *Latini* populi, in Latio provincia Italiæ. Ex Plinio. *Tillemon.*

[j] *Arcade*] Arcadia regio minor Peloponnesi provinciæ: hodie pars regiuncularum *Tzaconiæ* et *Belvedere* in Morea, provincia imperii Turcici Europæi. *Tillemon.*

ab Evandro[k] didicerunt: et forma[2] [1] literis Latinis, quæ veterrimis Græcorum. Sed nobis quoque paucæ[m] primum fuere: deinde additæ sunt. Quo exemplo Claudius tres literas adjecit,[n] quæ usui, imperitante eo, post obliteratæ,

Latinis, quæ vetustissimis Græcorum erant. *Sed nobis* Romanis *etiam initio paucæ fuerunt* literæ, *postea* aliæ *adjunctæ sunt. Quo instituto Claudius addidit tres literas, quarum usus invaluit eo dominante, dein abolitæ* sunt. *Cernuntur*

2 Brotierus et Homerus *formæ.*

NOTÆ

[k] *Evandro*] Sive a Carmenta ejus matre, ut visum aliis. *Lipsius.*

[l] *Et forma*] Plin. VII. 58. 'Veteres Græcas fuisse easdem pæne, quæ nunc Latinæ, indicio erit Delphica tabula antiqui æris, quæ est hodie in Palatio, dono principum, Minervæ dicata in Bibliotheca, cum inscriptione tali: Ναυσικράτης Τισαμενοῦ Ἀθηναῖος ἀνέθηκεν.'

[m] *Sed nobis quoque paucæ*] Latinis primo non nisi sexdecim literæ. Kappa, seu C. Sallustius ludimagister invenit; Gamma, Spurius Carvilius; literam X ætas Augusti. *Lipsius.*

[n] *Claudius tres literas adjecit*] Suetonius: 'Novas etiam commentus est literas tres, ac numero veterum, quasi maxime necessarias, addidit.' Claudius tres reperit. Æolicum Digamma, cujus facies literæ ⅃. inversæ. Quintilianus: 'Nec inutiliter Claudius Æolicam illam ⅃. ad hos usus literarum adjecerat.'

Et iterum: 'Æolicæ quoque literæ, qua cervum servumque dicimus, etiam si forma a nobis repudiata est, vis tamen manet.' Hanc non Claudius solus inter literas habendam censuit, sed et Varro; si credimus Annæo Cornuto: 'hanc literam,' inquit in Orthographia, 'Terentius Varro dum vult demonstrare, ita præscribit, VA. Qui ergo in hac syllaba sonus est, idem literæ erit.'

Hoc digamma etiam hodie in lapidibus Claudianis: TERMINA⅃IT AMPLIA⅃ITQVE, et, DI⅃I AVGVSTI. De hac ergo clarum. Secundam eruo e Prisciano l. I. Antisigma. Ait; 'S. et P. loco Græcæ ψ. fungitur. Pro quo Claudius Cæsar antisigma ⋊ hac figura scribi voluit: sed nulli ausi sunt antiquam scripturam mutare.'

Antisigma ideo, quia duo sigma obverso dorso ɔɔ. Hac enim semilunæ figura prisci Græci sigma formabant. In tertia litera hæremus, nec auxilio est Grammaticorum manus. Non ille, qui AI. seu Æ. diphthongum fuisse censet, quia Claudii ævo in lapidibus, ANTONIAI DI⅃AI; et similia scripta.

Constat enim, antiquitus creberrime usurpatam hanc diphthongum. Non etiam ille, qui literam nescio quam inventam a Claudio, leniendo R. putat, ex corruptis Velii Longi verbis; in quibus prioribus de Æolico digamma saltem egisse Velium scio.

Sed nec Martianus Capella qui sic scribit: 'Huic literæ S. Divus Claudius P. adjecit aut C. propter ψ. et ξ. Græcas, Psalterium, Saxa.' Censet enim ille a Claudio novum X. repertum.

Quod vanum puto, quia X. in usu temporibus jam Augusti, ut diserte monet Isidorus. Sed et X. inter eas a Varrone et Quintiliano censetur,

aspiciuntur etiam nunc in ære publicandis plebiscitis[3] [o] per fora ac templa fixo.

etiam nunc in ære, quod fixum est per fora et delubra vulgandis plebiscitis.

3 Ita libri omnes editi. Lipsius tamen emendabat *publicandis scitis*, hac ratione ductus, quod nulla fuerint sub Imperatoribus plebis scita, aut jussa. Eandem ob causam corrigebat Grotius *publicandis plebi Sctis*, id est, *senatusconsultis*. Ingeniose quidem; at durum videtur *publicare plebi senatusconsulta*. Nec verum est nulla fuisse sub Imperatoribus plebis scita, seu jussa. Aliud enim suadet ipse Tacitus Annal. XII. 41. 'Sperni adoptionem, quæque censuerint patres, jusserit populus, intra penates abrogari.' Et in lege Regia, de qua nos plura infra Hist. IV. 6. memorantur LEGES. ROGATIONES. PLEBISVE. SCITA. SENATVSVE. CONSVLTA. Monuerim quoque legi in Ms. Reg. *Aspiciuntur etiam nunc in ære publico plebiscitis per fora ac templa fixo.* Quod minime spernendum. Sic enim infra Annal. XII. 53. 'Fixum est ære publico senatusconsultum.' Hic recte faciunt, qui emendant *plebi SCtis*, cum eo tempore plebiscita nulla fuerint, quos inter est et Hoeschelius, quem jure hic laudamus. *Brotier.*

NOTÆ

quæ non necessariæ.

Varro in fragmento quopiam, ex libro de Grammatica: 'Literarum partim sunt, et dicuntur, ut A. B. partim dicuntur, et non sunt, ut H. et X. partim sunt, neque dicuntur, ut φ. ψ.' Ex quibus verbis non absurde collegeris, duabus his literis, quæ necessariæ, Varrone teste, novam formam induisse Claudium nomenque.

Et de ψ. quidem clarum, cui Antisigma respondit: de φ. Claudiano neglexerunt tradere Grammatici, et ego non divino. Phi quidem litera non dubie necessaria, et alius ejus sonus quam F. uti monuit etiam Quintilianus.

Hæc in re Grammatica nugamur: et omittere licuisset, si Claudii liber extaret; quem de ratione harum literarum edidit. *Lipsius.* Librum hunc ediderat nondum princeps, Suetonio teste.

Sexdecim literarum formas] Melius est legere textum Taciti, ut habemus. Ex aliis auctoribus patet, primum fuisse tantum repertas undecim literas; et sic tantum *quatuor* addidisset Palamedes Trojanis temporibus; dein ceteri, ac præcipue Simonides, reliquas literas reperisse potuerunt.

Et si primo inventæ sunt sexdecim literæ, si dein Palamedes quatuor invenit, erunt jam viginti. Quid alii? quid Simonides?

Præterea istiusmodi minutias non exequitur Tacitus, ut vult Lipsius. Non eo descendit, ut distinguat, quot repererit Palamedes, quot Simonides, contentus rem aliunde notam generaliter expressisse.

Literas tres] Suet. Claud. 41. 'Novas etiam commentus est literas tres, ac numero veterum, quasi maxime necessarias addidit. De quarum ratione cum privatus adhuc volumen edidisset, mox princeps non difficulter obtinuit, ut in usu quoque promiscuo essent. Extat talis scriptura in plerisque libris, ac diurnis, titulisque operum.'

[o] *In ære publicandis plebiscitis*] Sub Cæsaribus tollo hæc *plebiscita*. Legerim *publicandis scitis*. *Sciti* nomen generale est, et ad decreta omnia pertinet ac jussa. *Lipsius.*

15. Retulit deinde ad Senatum, super collegio Haruspicum, ' ne vetustissima[p] Italiæ disciplina per desidiam exolesceret :[q] sæpe adversis Reip. temporibus accitos, quorum

Exin retulit apud Patres de collegio haruspicum, ne antiquissima Italiæ scientia per inertiam senesceret: sæpe infaustis Reip. temporibus accersitos

NOTÆ

In ære publicandis plebiscitis] Fuit *publicandis plebi Sctis*, id est, Senatusconsultis. *Grotius.*

Plebiscitis] Τὸ *plebiscitis publicandis*, non debet præcise referri ad vocem *ære*, sed ad istas voces, *per fora ac templa:* ita ut novæ illæ Claudii literæ aspicerentur, non *in ære* præcise, quo incisa plebiscita, sed eo loco quo olim *plebiscita.*

Nempe *per fora ac templa* proponebantur, vel aspiciebantur illæ literæ *in ære*, et eodem loco quo olim *plebiscita:* vel quod verius est, per *plebiscita* intellige indistincte cujuscumque generis *decreta.*

Plebiscita] Non videntur statim abolita omnia sub Cæsaribus: in tabula Capitolii, nunc in basilica Lateranensi scriptum: ' Utique quibus legibus plebeivescitis scriptum fuit, ne Divus Aug. Tiberiusve, &c. tenerentur, iis legibus plebisque scitis Imp. Cæsar Vespasianus solutus sit.' Et infra: ' Utique quæcumque ante hanc legem rogatam acta, gesta, decreta, imperata ab Imperatore Cæsare Vespasiano Aug. jussu, mandatuve ejus a quocumque sunt, ea perinde justa, rataque sint, ac si populi plebisve jussu acta essent.'

Publicandis plebiscitis] Neque bene Lipsius, *scitis*, neque Grotius, *plebi Sctis.* Certe jam olim fixum erat æs per fora ac templa publicandis plebiscitis, dum regeret populus. Et quamvis res mutentur, tamen idem modus loquendi manet.

Constat enim æs illud, seu tabulas illas æreas, vel similes, fuisse destinatas plebiscitis publicandis. At postea etiam eodem ære vel simili, publicata Scita et Edicta principis; sed manet tamen, primo fuisse æs fixum plebiscitis; et sic mansit vetus mos loquendi.

Sic igitur potuit vere loqui Tacitus. Nec ullo Mss. fundatur talis emendatio. Et vulgo solemus uti appellationibus, vel quæ sunt antiquiores, vel generaliores, quod *plebiscitis* convenit.

Attamen infra, ubi de Pallante liberto: ' Fixum ære senatusconsultum quo,' &c. Nempe quia speciale illud fuit; sic *Prætorium* ex veteri more translatum, significat *palatium*, et *tabernaculum* principis, et *ipsas villas* Cæsarum; sic fere prisca vocabula ad res novas transferimus.

[p] *Vetustissima*] Quam ipsi Romani liberos suos discere volebant, ac publice mittebantur. Vide Valerium l. I. de Relig. et Ciceronem II. de Divinat. *Lipsius.*

[q] *Exolesceret*] Dionys. l. III. ' Ancus Marcius cum animadvertisset, negligi multa sacrificia, quæ avus suus maternus Numa Pompilius instituisset, et plerosque Romanos, animis ad bella et lucri studium conversis, pristinam agriculturæ curam abjecisse, advocato in concilium populo, adhortabatur, ut sicut Numæ temporibus factitassent, Deorum numina rursum colerent, docens, a contemtis numinibus morbos, pestilentias, aliasque calamitates innumeras

monitu[r] redintegratas cærimonias, et in posterum rectius habitas: primoresque Etruriæ[s] sponte, aut Patrum Romanorum impulsu, retinuisse scientiam, et in familias propagasse: quod nunc segnius[t] fieri, publica circa bonas artes socordia, et quia externæ superstitiones[u] valescant: et læta

haruspices, quorum consilio instaurati ritus, et postea in melius ordinati essent: et proceres Tusciæ ultro, aut patrum Rom. hortatu, conservasse disciplinam, et in familias per successionem extendisse: quod nunc negligentius usurpabatur, manifesta erga optimas artes negligentia, et quia externæ religiones præpollent; et prospera quidem *fluere* cuncta nuncce temporis;

NOTÆ

Urbi immissas, quibus magna populi pars absumta sit.'

[r] *Quorum monitu*] Erant tamen ii haruspices minoris notæ homines, et parum spectabiles, nec inter sacerdotia Romana asciti illi; ideoque ne fallerentur Romani a talibus hominibus, insignes juvenes Romani in Etruriam missi, qui ea disciplina erudirentur.

Attamen haruspices *in senatum lecti*, teste Tullio; sed per Cæsarem et eversa Repub. et forte illi inter *Orcinos* patres, de quibus Suetonius in Julio: quia post orcum, seu mortem D. Julii, in curiam allecti erant, ipsius testamento.

[s] *Etruriæ*] Vide notas supra c. 14.

[t] *In familias propagasse; quod nunc segnius*] Plutarch. in Sylla: 'Certe dicunt haruspicinam accipere interdum magnas novitates, commutatione familiarum seu generationum; et quidem aliquando divinationem fama et honore extolli, et visa in quibusdam dictis haruspicum pura et manifesta ostenta, velut afflantis et certo immittentis talia numinis. At rursus ipsam in alia gente seu generatione vilem, abjectam, sæpe et neglectam videri, quasi per exilia, obscura, et ambigua organa futurum attingat. Hæc certe narrabant eloquentissimi Etruscorum, et qui præ ceteris eminere doctrina videbantur.'

[u] *Externæ superstitiones*] Præcipue Ægyptia, Judaica et Christiana intelliguntur hic. Nam teste Sueton. Claud. 25. 'Judæos impulsore Chresto tumultuantes Roma expulit.'

Etiam forte et Gallica religio Druidarum. Nam ibidem Sueton. 'Druidarum religionem apud Gallos diræ immanitatis, et tantum civibus sub Augusto interdictam, penitus abolevit.' Quantum in ipso fuit *aboleveit*. Nam invitis dominantibus, subinde diuque invalescebat.

Non tamen invalescebat religio Druidarum in Urbe, ut verisimile est. Sed *cives* Romani multi erant, qui Urbem non habitarent, ut Gallorum Germanorumque proceres, v. c. et alii provincialium potentissimi.

Externæ] Judaica, et tum sub nomine Judæorum Christiana pietas.

Superstitiones externæ] Liv. IV. 31. 'Sed animos quoque multiplex religio, et pleraque externa, invasit: novos ritus, sacrificando, vaticinando, inferentibus in domos, quibus quæstui sunt capti superstitione animi; donec publicus jam pudor ad primores civitatis pervenit; cernentes in omnibus vicis sacellisque peregrina atque insolita piacula pacis Deum exposcendæ.' Jam olim id cavebant.

quidem in præsens omnia; sed benignitati[v] Deum gratiam referendam,[w] ne ritus sacrorum, inter ambigua[x] culti, per prospera obliterarentur.' Factum ex eo SC.: 'viderent Pontifices, quæ retinenda firmandaque[y] Haruspicum.'

16. Eodem anno Cheruscorum[z] gens Regem[a] Roma petivit, amissis per interna bella nobilibus,[b] et uno reliquo stirpis Regiæ, qui apud urbem habebatur, nomine *Italicus*.[1]

sed clementiæ Deorum gratias agendas, ne cærimoniæ numinum, inter res adversas celebratæ, rebus secundis abolerentur. *Hinc factum est decretum*, ut adverterent pontifices ea quæ servanda et stabilienda essent in haruspicina disciplina.

Eodem anno natio Cheruscorum postulavit regem Roma, cum principes intestinis bellis periissent; et unus superstes esset regii sanguinis, vocabulo Italus, *qui Romæ*

1 Bene Cl. Ernestus ex Ms. Agr. *Italicus*. Hic Mss. et editi libri habent

NOTÆ

[v] *Benignitati*] Bonitati Deorum referendam esse gratiam, nec tali illorum benignitate abutendum; ita ut ritus sacrorum inter adversa culti, *obliterarentur* inter prospera, quæ maxime tali bonitati numinum debentur.

[w] *Deum gratiam referendam*] *Gratia*, quam Diis referri debere censet, hæc est una, ut cærimoniæ, rebus Romanis multo minoribus, aut in arcto servatæ diligenter, temporibus secundis ne negligantur. Intelligimus enim *gratiam*, non quæ verbis haberetur, aut aliis suppliciis; sed si id fieret tum, ex quo appareret, in hoc genere cultus gratos esse erga Deos. Ut l. II. milites promittunt Germanico se *gratiam in acie* relaturos. Deinde τὸ *gratiam* accipiendum, quasi dixisset, *eam gratiam*, vel *hanc gratiam*. Gronovius.

Gratiam] Id est, Deos colendos, ritus observandos, rebus his prosperis, ut et in ambiguis.

Gratiam] Id est, gratitudinem: *honorem* Tacitus vocat sæpe.

[x] *Inter ambigua*] Non decet id intelligi de minoribus et arctioribus rebus prisci populi Rom. præcise. *Ambigua, dubia, improspera, adversa*, pro eodem sunt apud Tacitum.

[y] *Firmanda*] Quæ retinenda haruspicum, quæ spernenda atque abolenda essent.

[z] *Cheruscorum*] Cherusci, populi Germaniæ ad Visurgim fluvium: hodie Ducatus *Brunswick*, Episcopatus *Hildesheim*, et pars Archiepiscopatus vel Ducatus *Magdebourg*, in circulo Saxoniæ inferioris. *Tillemon.*

[a] *Regem*] Hic mirari subit, quod Cherusci acerrimi libertatis Germanicæ vindices regem postularint, ipsi iidem qui Arminium ideo occiderant, quia regnum affectabat; nisi forte, ut discordias sic compescerent, et ut pro libito tamen suo tales reges tolerarent.

Neque enim despotice regnabatur apud Germanos. Tac. lib. de mor. Germ. 43. 'Gothones regnantur paulo jam adductius, quam ceteræ Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem:' et ibid. 37. 'Regno Arsacis acrior est Germanorum libertas.' Vide etiam Tac. II. 44.

[b] *Nobilibus*] Per *nobiles* intelligit

Paternum huic genus[c] e Flavio, fratre Arminii, mater ex Cattumero,[a d] Principe Cattorum[e] erat: ipse forma decorus, et armis equisque, in patrium nostrumque morem, exercitus. Igitur Cæsar auctum pecunia, additis stipatoribus, hortatur ' gentile decus magno animo capessere. Illum primum, Romæ ortum,[f] nec obsidem,[g] sed civem, ire externum

degebat. Huic paterna origo ex Flavio fratre Arminii; mater illius orta *erat ex Catumero principe Cattorum. Ipse* Italus *specie insignis, et armis et equis institutus more Germano Romanoque. Itaque Claudius ornatum* eum *opibus, adjectisque custodibus, monet,* ut paternam gloriam fastigiumque avitum magna virtute suscipiat. Illum primum in Urbe natum, nec obsidio datum, sed civem

Italus. Sed postea *Italicus.* Brotier. Gronovius habet *Italus,* et alibi; et sic Ryckius: sed in margine *Italicus.*—2 Ita Puteolanus et recentiores. In editione principe, *Actumero.* Ms. Bodl. *Cactumero.* Ms. Jes. *Cacumero.*—

NOTÆ

Tacitus stirpe regia ortos; sic alibi Tigranes dicitur *Cappadocum ex nobilitate,* quod idem est, ac stirpe regum Cappadociæ oriundus.

[c] *Paternum huic genus*] Vertunt, fuisse filium Flavii, quod non plane constat ex hoc loco: potuit nepos esse.

Ut ut sit, gratus fuit Romanis propter Flavium, qui semper fidus Romanis, contra nitente Arminio fratre, per æmulationem oppidanam, ut fit. Postea vocatur Flavii progenies: nihil tamen affirmo.

[d] *Ex Cattumero*] In Vatic. est, *Actumero:* Strabone, Οὐκρόμερος ἡγεμὼν Κάττων, id est, *Ucromerus,* vel ad etymon Germanicum verius, *Acromerus.* Lipsius.

[e] *Cattorum*] Catti vel Chatti, populi Germaniæ ad Visurgim fluvium: hodie Comitatus *Waldeck,* pars Landgraviatus *Hassiæ,* nec non Abbatiæ *Hirschfeld* et *Fuld* in circulo Rheni superioris. *Tillemonius.*

[f] *Romæ ortum*] Haud dubie Flavius diu socius et stipendia meritus in castris Rom. cum uxore translatus in Italiam, et in Urbem et cum patriam sedem recuperare nequiret aut nollet, ibi susceperat filium Italum.

Tales principes sociorum civitate donabant, et equestri ordini ascribebant. Immo prætoria et consularia decora tribuebant quandoque et ipsis regibus externis, sed inservientibus.

[g] *Nec obsidem*] Obsides sæpe spreti apud Tacitum, quasi captivi, velut inservirent, et vera mancipia essent Cæsaris; quasi etiam corrupti stupris aut libidinibus Italicis forent.

Puto, *iste Italus* sic dictus, quia in Italia forte, et in Urbe educatus. Cum pater illius Flavius partes Romanorum fovisset; et Arminius infensus ipsi apud Cheruscos præpolleret, haud dubie patrio solo ejectus, et in urbe educatus est, dum fortuna reditui occasionem patefaceret.

Sic juvenes regios non sine prætextu, Romæ asservabant, ut iis pro suo commodo uterentur ad reprimendos Parthos, Germanos, et alios populos.

Sic et filium Arminii diu retinuerunt in Italia, et multos *nobiles* Parthorum obsides, etiam et Britannorum et Regulorum Orientalium eodem consilio, et ostentui metuique rebellantium.

ad Imperium.' Ac primo lætus Germanis[h] adventus, atque eo magis, quod, nullis discordiis imbutus, pari in omnes studio ageret: celebrari, coli, modo comitatem et temperantiam nulli invisam, sæpius vinolentiam ac libidines, grata barbaris, usurpans. Jamque apud[3] proximos, jam longius clarescere, cum potentiam ejus suspectantes, qui factionibus floruerant, discedunt ad conterminos populos,[i] ac testificantur, 'adimi veterem Germaniæ libertatem, et Romanas opes insurgere:[j] adeo neminem, iisdem in terris ortum, qui principem[4] locum impleat, nisi exploratoris Flavii progenies

Rom. se conferre ad principatum externum. *Atque initio gratus Germanis* Itali *adventus* fuit, *et tanto magis, quod nullis dissensionibus implicitus, æquali cunctos benevolentia complecteretur; jam multis comitibus frequentari, honorari, nunc urbanitatem præ se ferens, nunc temperantiam nemini ingratam; et sæpius indulgens compotationibus et voluptatibus, quæ Germanis placent. Jamque notescere fama illius* cœperat *apud vicinos, jam* etiam *longius, cum auctoritatem ejus suspectam habentes, qui factionibus præpolluerant, abeunt ad finitimas gentes, testanturque,* auferri priscam Germanis libertatem, et vires Romanas invalescere: adeo neminem natum *esse* in iisdem regionibus, qui regere imperio populos possit; nisi supra omnes evehatur proles transfugæ Flavii? Frustra

3 Brotierus et Homerus *ad.*—4 Brotierus et Homerus *Principis.*

NOTÆ

[h] *Germanis*] Germania regio Europæ veteris ad Oceanum: hodie pars imperii *Allemaniæ*, ut plurimum inter Rhenum et Danubium fluvios; omne regnum Daniæ, vulgo *Dannemarck.*

Pars occidentalis status *Poloniæ*, circa Vistulam fluvium, et aliquid regni *Hungariæ.*

His omnibus quidam addunt regna Sueciæ, *Suede*, et *Norwegiæ.* Ex Chartis et Tabulis Geographicis Sansonis. *Tillemon.*

[i] *Ad conterminos populos*] De principibus istis loquitur Tac. lib. de mor. Germ. 13. 'Nec solum in sua gente cuique, sed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat; expetuntur enim legationibus, et muneribus ornantur, et ipsa plerumque bella fama profligant.'

Et infra, 14. 'Si civitas, in qua orti sunt, longa pace et otio torpeat, plerique nobilium adolescentium petunt ultro eas nationes quæ tum bellum aliquod gerunt; quia et ingrata genti quies, et facilius inter ancipitia clarescunt, magnumque comitatum, non nisi vi belloque tueare.'

[j] *Romanas opes insurgere*] Infractæ et contusæ his terris vires Romanæ per Arminium, cæsis Vari legionibus; et dein post Arminium spretæ. Invaluerant mox Romani duce Druso, et Tiberio nondum principe.

Sed postea, Tiberio imperante, insaniente Caio, et delirante Claudio, sub ignavis illis principibus, irrisæ sunt minæ Romanorum a Germanis.

Nihil mirum igitur, si missum Roma regem, veluti clientem servumque Cæsaris nunc aspernentur.

supra cunctos attollatur? Frustra Arminium præscribi:[k] cujus si filius,[l] hostili in solo adultus, in Regnum venisset, posse extimesci, infectum alimonio, servitio, cultu, omnibus externis: at,[5] si paterna Italico mens esset, non alium infensius arma contra patriam ac Deos Penates,[m] quam parentem ejus, exercuisse.'

obtendi nomen Arminii, cujus filius possit etiam formidari, si in terra hostili educatus, ad imperium venisset, utpote qui corruptus esset educatione, servitute, ornatu, habituque, et cunctis exterorum institutis: at si paternus animus Italo esset, neminem alium infestius arma capessisse contra Germaniam et Deos Penates, quam parentes illius.

5 In vulgatis libris *At*. Restitui *Ac*, Mss. Reg. Guelf. et editionem principem secutus. Ill. Huetius jam viderat *At* mendosum esse. *Parentem* quoque habet editio princeps, ut et Cll. Ernestus et Lallemand. In Mss. ceterisque editionibus *Parentes*. Brotier.

NOTÆ.

[k] *Frustra Arminium præscribi*] Frustra Arminii nomen obtendi, prætextui haberi.

Arminium præscribi] Frustra, inquit, jactamus, Italum esse ex Arminii stirpe, Germaniæ liberatoris. Sic l. IV. 'Frustra Pulchram præscribi.' *Pichena*.

Frustra Arminium præscribi] Qui illi patruus: et tanquam in ejus gratiam honoremque, principatu ornatus esset. *Lipsius*.

[l] *Cujus si filius*] Filius Arminii in Italia educatus cum captiva matre, quæ ducta in triumphum a Germanico, et forte ille adhuc vivebat, qua fortuna conflictatus esset, memoraturum se promisit Tacitus. Sed hæc cum libris periere.

Et si viveret ille filius, certe filium hostis sui infensissimi Arminii in Germaniam non remitterent Romani, potius occiderent: nisi forte in occasionem et metum adversæ factionis Germanicæ, eum retinuissent et ostentui haberent.

[m] *Ac Deos Penates*] Forte, quia cum mereret in castris Rom. Flavius, templum *Tanfanæ*, fama ingens apud Germanos everterat Germanicus; vel *penates*, idem fere hic ac *patrias sedes*, cum respectu tamen ad Deos, qui hic coluntur. Qui infestus est *patriæ*, simul et infestus esse *Diis Penatibus* censebatur.

Apud Florum dicitur Marius 'Diis hominibusque infestus,' cum ab exilio rediret, id est, *iratus*. Hoc idem est, quod Flavio exprobrabat Arminius, supra II. 10. 'Ille (Arminius) fas patriæ, libertatem avitam, penetrales Germaniæ Deos:' supple, memorat.

In eo perfidia major et atrocior videtur, cum quis Deos Penates, Deos patrios prodit ac deserit. His verbis in majus augetur crimen. Nam reipsa qui patriam prodit, simul et Deos Penates prodere censetur: in re hic idem scelus est.

Deos Penates] Intelligit hic Tac. sacra patriæ, Deos Germaniæ custodes ac præsides, et forte *penetrales Germaniæ Deos*, ut alibi dixit.

Nulli Dii *Penates* privatarum ædium apud veteres Germanos, quod sciam; sed publice in lucis et sacris sylvis Deos adorabant.

17. His atque talibus magnas copias coëgere: nec pauciores Italicum sequebantur: 'non enim irrupisse ad invitos, sed accitum,' memorabant: 'quando nobilitate ceteros anteiret, virtutem experirentur, an dignum se patruo Arminio, avo Cattumero præberet: nec patrem rubori,[1] quod fidem adversus Romanos, volentibus Germanis,[n] sumtam, nunquam omisisset: falso libertatis vocabulum obtendi ab iis, qui privatim degeneres,[o] in publicum exitiosi, nihil spei, nisi per discordias, habeant.' Astrepebat huic[p] alacre vulgus; et magno, inter barbaros, prælio victor Rex; dein[2]

His atque similibus dictis *ingentes copias contraxere. Nec minores Italum sectabantur, quippe jactabant;* non eum irruisse ad invitos, sed accersitum ultro ab ipsis: quandoquidem claritudine stirpis alios antecelleret, probarent fortitudinem, an se dignum exhiberet patruo Arminio, *et* avo Catumero; nec parentem illi dedecori esse, quod nunquam exuisset fidem, quam semel erga Romanos susceperat, Germanis consentientibus: subdole et perperam nomen libertatis præscribi ab iis, qui privatim degeneres et publice exitiabiles, nullam spem habeant, nisi inter dissensiones. *Huic læta plebs applaudebat, et ingenti, ut inter Germanos, certamine, rex superior: exin rebus prosperis in fastum*

1 Sic Mss. Flor. Agr. et editio princeps aliæque optimæ. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *nec patrem illi rubori esse,* quam lectionem Gronovius servat, et *Ryckius.*—2 Mss. Bodl. et Puteol. *dehinc,* quibus consentit Gronovius et Ryckius. Ceteri et optimi *dein.* Brotier.

NOTÆ

Velleda et Aurinia virgines in editis turribus reddebant oracula, sed non ipsas Deas faciebant Germani; quamvis ipsis aliquid divinum inesse crederent. Itaque Dii illi *Penates* publici Germanorum, ut et publice *Penates* etiam Romanis colebantur.

[n] *Fidem adversus Romanos, volentibus Germanis*] Publice fœdus icerant Germani cum Romanis, datis acceptisque certis conditionibus; inter quas, ut socii essent Germani illi, et auxilia, nempe viros et arma præberent.

Hinc factum, ut, consensu Germanorum, diu in castris Romanis meruerint ambo fratres, Cheruscorum principes, Flavius et Arminius, duces popularium suorum. Flavius mansit in fide semel suscepta, volentibus popularibus Germanis; at rebellavit Arminius, cum Varum occidit.

Fidem adversus Romanos, volentibus Germanis] Haud dubie, per fœdus publicum; et inita societate cum Romanis, fidem non exuerat Flavius; et diu meruerat in castris Rom. ut et ipsemet Arminius; quamvis iste postea Germanicæ libertatis assertor fuerit, et legiones Vari deleverit.

[o] *Privatim degeneres*] Ab avita nobilitate degeneres, et per factiones ac discordias, Germaniæ suæ exitiabiles; vel quia ipsi fidei violatores, in quo maxime degeneres a prisca simplicitate et fide Germanica. Legati sub Nerone Romam missi, 'Nullos mortalium armis aut fide ante Germanos esse,' prædicant apud Tacitum l. XIII. circa finem.

[p] *Astrepebat huic*] Nempe his et talibus dictis auditisque, Italo applaudebat vulgus alacre.

secunda fortuna ad superbiam prolapsus pulsusque, ac rursus Langobardorum[3] [q] opibus refectus, per læta, per adversa, res Cheruscas[r] afflictabat.

18. Per idem tempus Chauci,[s] nulla dissensione domi, et morte Sanquinii[t] alacres, dum Corbulo adventat,[u] inferiorem Germaniam[v] incursavere, duce Gannasco: qui natione

conversus, profligatusque, ac rursus Langobardorum viribus restitutus, secundis adversisque rebus Cheruscorum opes subvertebat.

Eadem tempestate Chauci, quia *nulla discordia domestica* fuit, *et læti* erant *obitu Sanquinii, dum Corbulo advenit, infestavere latrociniis Germaniam inferiorem, imperitante Gannasco; qui gente Caninefas, et olim socius in castris Rom.*

3 Mss. Harl. Bodl. et Jes. *Langobardorum.*

NOTÆ

Astrepebat huic] Huic, nempe, *Italo*, de quo talia dicebantur.

[q] *Langobardorum*] Langobardi cognominati *Suevi*, populi Germaniæ ad Albim fluvium.

Hodie pars occidentalis Marchionatus *Brandebourg*, in circulo Saxoniæ superioris. *Tillemonius.*

[r] *Cheruscas*] Vide notas supra c. 16.

[s] *Chauci*] Populi Germaniæ ad Oceanum Germanicum, dividuntur in *Majores* et *Minores*.

Hodie Ducatus *Bremen* in circulo Saxoniæ inferioris, nec non Comitatus *Embden* et *Oldenbourg*, in circulo Westphaliæ. *Tillemonius.*

Chauci] Tac. lib. de mor. Germ. 'Populus inter Germanos nobilissimus, quique magnitudinem suam malit justitia tueri, sine cupiditate, sine impotentia; quieti secretique nulla provocant bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur. Idque præcipunm virtutis ac virium argumentum est, qnod, ut superiores agant, non per injurias assequuntur: promta tamen omnibus arma, &c. et quiescentibus eadem fama.'

[t] *Sanquinii*] Qui supra inter accusatores Arruntii sanctissimi viri. Usque adeo summa imperia et provinciæ fere, non nisi pessimis et sceleratissimis permittebantur, velut flagitiorum præmium, seu potius præda; et quia nullus metus ex talium hominum fama vitaque dominantibus erat.

Alacres] Non quod ipsis imperaret Sanquinius, sed quia metu armorum Rom. ipsos finibus suis continebat, ne pacem Rom. turbarent.

[u] *Dum Corbulo adventat*] Forte filius illius, qui l. III. *Domitius Corbulo* appellatur. Certe non idem: ille enim senex: 'pro Corbulone ætas:' at de hoc paulo infra ait, 'cui principium illa militia fuit.' *Pichena.*

[v] *Inferiorem Germaniam... Gallorum maxime oram*] Intellige Galliam Belgicam, Bataviam, &c.

Inferiorem Germaniam] Germania inferior, provincia Belgicæ regionis, in Gallia: hodie pars Archiepiscopatuum Ultrajectensis et Coloniensis: vulgo *Utrecht et Cologne*, Diœceses Episcopatuum Leodiensis, *Lyege*, et Namurcensis, *Namur*, Diœcesis Archiepiscopatus Mechliniensis, *Malines*, Episcopatus Antuerpiensis, *Anvers*.

Etiam pars Episcopatus Gandavensis, *Gand*, et integri Episcopatus

Canninefas,[w] auxiliaris et[1] diu meritus,[2 x] post transfuga, levibus navigiis prædabundus. Gallorum[y] maxime oram vastabat, non ignarus, dites[z] et imbelles[a] esse. At Cor-

diu meruerat, exin desertor, modicis navigiis populabundus, præcipue oram Gallorum agebat et ferebat, haud inscius, opulentos illos, et belli expertes esse.

1 *et* omisit Gronovius.—2 Ita Puteolanus; nec male. In Mss. Harl. et Jes. *Auxiliaris et ex diu meritus.* In Mss. Bodl. Bud. et Agr. *Auxiliaris ex diu meritis;* quod Ryckio placet. In Ms. Flor. *Auxiliare ex diu meritis.* Editio princeps *Auxiliare esd in meritis;* unde tentavere Mercerus et Gronovius,

NOTÆ

Middelburgensis, *Middelbourg*, Boscoducensis, *Bos-le Duc*, et Ruremondensis, *Ruremonde*, vel pars meridionalis Belgii Fœderati, *les Provinces Uniés*, omnis Ducatus Cliviæ, *Cleves*.

Pars dominii temporalis Archiepiscopatus et Electoratus Coloniensis, *Cologne*, integri Ducatus Juliacensis et Limburgensis, *Juliers et Limbourg*, dominium temporale Episcopatus Leodiensis, *Lyege*, pars Ducatus Luxemburgi, *Luxembourg*, et Comitatus Hannoniæ, *Haynaut*, omnis Comitatus Namurcensis, *Namur*.

Pars Ducatuum Brabantii et Geldriæ, *Brabant et Gueldre*, et aliquid Comitatus Flandriæ, *Flandre*, in circulis Burgundiæ, Westphaliæ, et Rheni inferioris. Ex Geographia Sansonis. De *Germania superiore* dictum est in notis l. VI. c. 30. *Tillem.*

[w] *Canninefas*] Canninefates, populi Batavorum populorum, in Germania inferiore, provincia Belgicæ regionis, in Gallia.

Hodie pars Archiepiscopatus Ultrajectensis, vulgo *Utrecht*, vel dominium Ultrajectense sive Trajectense, *la Seigneurie d'Utrecht*, una ex Provinciis Unitis, in Belgio Fœderato. *Tillemonius.*

[x] *Diu meritus*] Ne intelligas, quasi pecuniam seu stipendium a Romanis acciperet; id est, plures annos meruerat seu militaverat in castris Rom. socius seu auxiliaris, quod idem est: frumentum accipiebant socii, non pecuniam; sumtu provincialium, a quibus missi erant, alebantur.

[y] *Gallorum*] Gallia, regio Europæ ad Oceanum occidentalem et ad mare Mediterraneum: hodie regnum *Franciæ*, cum regionibus *Allemaniæ*, citra et ad Rhenum fluvium positis, et parte *Italiæ*, citra et ultra Alpes montes.

His adde Comitatum Ruscinonensem *Roussillon*, in Catalaunia provincia Hispaniæ recentioris.

Divisiones Geographicas Galliæ et Franciæ, pete ex tabulis, descriptionibus, et Chartis doctissimi viri Nicolai Sanson, Geographi Regii. *Tillemonius.*

[z] *Non ignarus, dites*] Plin. XXXIV. 17. ubi de Stanno: 'Album incoquitur æreis operibus, Galliarum invento, ita ut vix discerni queat ab argento, eaque incoctilia vocant. Deinde et argentum incoquere simili modo cœpere, equorum maxime ornamentis, jumentorumque jugis in Alexia oppido: reliqua gloria Biturigum fuit. Cœpere deinde et esseda et vehicula et petorita exornare: similique modo ad aurea quoque, non modo argentea staticula inanis luxuria pervenit; quæque in scyphis cerni prodigium erat; hæc in vehiculis atteri, cultus vocatur.'

bulo provinciam ingressus, magna cum cura, et mox gloria, cui principium illa militia[b] fuit, triremes[c] alveo Rheni,[d] ceteras navium, ut quæque habiles, per æstuaria et fossas[e] adegit: lintribusque[f] hostium depressis, et exturbato Gannasco, ubi præsentia satis composita sunt, legiones, operum et laboris ignaras,[3] populationibus lætantes, veterem ad

Sed Corbulo, ubi provinciam intravit, summa diligentia, et mox fama, cui initium illa expeditio fuit, invexit triremes alveo Rheni, et ceteras naves, ut quæque idoneæ erant, *per lacus et fossas: et navigiis hostium demersis, pulsoque Gannasco, postquam præsentia satis ordinata sunt, ad pristinam disciplinam retraxit legiones, inscias operum ac laboris, et prædationibus gestientes;* statuit, *ne quis*

Auxiliare æs diu meritus. Alii aliter et infelicius. *Brotier.*—3 Puteolanus

NOTÆ

[a] *Imbelles*] Galli obliti arma erant, ut longa pace desides, nempe a Divi Julii temporibus; et in hoc præcipua cura Romanorum, ut qui *bello* antea promti et *faciles* erant, *quieti et otio per voluptates assuescerent:* Tac. de Britannis; nempe, ut arma simul et libertatem dediscerent.

Nec potuit succurri *oræ Gallicæ*, nisi per legiones apud Rhenum excubantes, aut cohortes quæ Lugduni præsidium agitabant: quod auxilium præveniebat Gannascus, per latrocinia vagus, et *levibus navigiis.*

[b] *Et mox gloria, cui principium illa militia*] Capiunt, quasi tum primum merere seu militare cœperit Corbulo. Immo non nisi post multa stipendia, et non nisi diu militia probatus, talem provinciam obtinere potuit, quæ inter summa imperia.

Sed ea *militia* Germanica, principium fuit gloriæ maximæ, quam retulit Corbulo in Oriente, Armenia reciperata, quæ a decessore Pæto non sine flagitio amissa erat; et adacto Tiridate, regis Parthorum fratre, ut signa Rom. et imagines principis adoraret, poneretque diadema, quod in Urbe ab ipso Nerone acciperet, eoque jubente Armeniæ imperaret.

[c] *Triremes*] Habuerunt Romani classem ad Rhenum, vel in proximo, et ad Danubium, quandoque et ad Euphratem. Sed Batavi et Germani tum rudes talium. Lintres tantum et modica navigia habuere.

Tac. l. v. hist. 23. de Civili Batavo: 'Civilem cupido incessit navalem aciem ostentandi,' *quasi per miraculum.* 'Complet, quod biremium, quæque simplici ordine agebantur. Adjecta ingens lintrium vis, tricenos quadragenosque ferentium: armamenta Liburnicis *solita*: et simul aptæ lintres sagulis versicoloribus haud indecore utebantur, &c. Causa instruendæ classis, super insitam genti vanitatem,' &c.

Triremes] Ex Britannia, nunc *Anglia* potissimum invectæ. Nam et classis in ea parte excubabat, quam per Oceanum Rheno flumini invehebant.

[d] *Rheni*] Rhenus fluvius Illyrici late sumti, Germaniæ et Galliæ regionum: hodie vocamus *Rhein.* Est in imperio Allemaniæ, &c. *Tillemon.*

[e] *Æstuaria et fossas*] Per Drusianam fossam, et lacus, qui plures tunc, in unum Meridionalem coiverunt. *Lipsius.*

[f] *Lintribusque*] Plin. l. xvi. 40.

morem reduxit; ne quis agmine decederet, nec pugnam, nisi jussus, iniret: stationes, vigiliæ, diurna nocturnaque munia, in armis agitabantur. Feruntque ' militem, quia vallum[4] non accinctus,[g] atque alium, quia pugione tantum

statione discederet, nec prælium nisi imperatus capesseret; excubiæ, custodiæ, diurna nocturnaque officia armatus miles obibat. Traduntque militem, quia aggerem, *seu fossam,* non ferro cinctus *strueret,* atque alium, quia solo pugione cinctus, operi

ceterique omnes *ignaras.* Restitui *ignavas,* secutus Mss. Vatic. 1863. et 1864. Medic. Reg. Guelf. et editionem principem. Ignavæ enim legiones, non ignaræ. Præterea hæc dicendi ratio Tacito perfamiliaris passim occurrit. In Ms. Jes. *laboribus ignavas.* In Ms. Vatic. 1958. scriptum quidem *ignaras,* sed superscriptum *ignavas.* Sic infra cap. 19. in Ms. Harl. scriptum *ignaro Principi,* pro *ignavo.* Brotier.—4 Perperam hic locus solicitatur a Freinshemio, quasi *vallum,* genere neutro, pro terra

NOTÆ

' Germaniæ prædones singulis arboribus cavatis navigant, quarum quædam et triginta homines ferunt.'

g *Feruntque militem, quia vallum non accinctus*] Maurus Servius exponens illud Æneid. 1. ' Illi se prædæ accingunt,' notat, *accinctos,* industrios vocari, et contra negligentes *discinctos,* ut,' discinctos Mulciber Afros.'

Omnes vero, qui militant, cincti sunt. Nam mos militaris fuit, ut milites cingulo cincti semper essent, ut paratum ensem haberent ad omnia pericula, et erat ignominiosum discinctum esse militem.

T. Livius l. VII. belli Punici: ' Districtis gladiis discinctos destituit.' Persius: ' Non pudet ad morem discincti vivere Natæ?' Ita Corbulo, qui disciplinam militarem observabat, non accinctum militem morte punivit.

Nam posteaquam juraverant milites, cingebantur zona militari; quod erat equo merentium insigne. Unde a Marcello *cinctus* dicitur, pro eo qui eques militat. Et apud JCtos sæpius reperias *Cingulum* et *Cingere.*

Inde illæ loquendi formæ, ' accingi ferro,' quod infra a Tacito dicitur, et ' procinctus exercitus,' et ' procinctum testamentum,' quod illud pugnandi spe vel timore milites faciebant, de quo, Justiniano plura. Vulcatius Gallicanus in Avidio Cassio: ' Nam statim et ad signa edici jussit, et programma in parietibus fixit, ut si quis cinctus inveniretur apud Daphnem, discinctus rediret.' *Lupanus.*

Vallum non accinctus] Aliud est, ac si dixisset, discinctus. *Non accinctum fodere,* est, sine gladio fodere: *discinctum fodere,* est, soluta fluxaque tunica in morem muliebrem. At ex disciplina erat, cum gladio opus facere. Vegetius III. ' Milites gladio cincti fossam aperiunt.' *Lipsius.*

Vallum] Frontin. IV. 1. ' Castra antiquitus Romani ceteræque gentes passim per corpora cohortium, velut mapalia, constituere soliti erant, cum solos urbium muros nosset antiquitas. Pyrrhus, Epirotarum Rex, primus totum exercitum sub eodem vallo continere instituit. Romani deinde, victo eo in Campis Arusinis, circa urbem Statuentum castris ejus potiti: et ordinatione notata, paulatim ad hanc usque metationem, quæ nunc effecta est, pervenerunt.'

Quia vallum] Veget. l. III. 8. ' Stativa autem castra, æstate vel hyeme,

accinctus foderet, morte punitos:' quæ nimia, et incertum an falso jacta,[5] originem tamen e severitate Ducis traxere: intentumque et magnis delictis inexorabilem scias, cui tantum asperitatis etiam adversus levia credebatur.

19. Ceterum is terror milites hostesque in diversum affecit: nos virtutem auximus: barbari[h] ferociam infregere. Et natio Frisiorum[i] post rebellionem, clade L. Apronii[j] cœptam, infensa,[k] aut male fida, datis obsidibus consedit apud agros,[l] a Corbulone descriptos. Idem Senatum, ma-

incumberet, capite damnatos. *Quæ immodica, et dubium est an falso sparsa sint in majus, attamen originem sumsere ex asperitate Corbulonis: ut sedulum* hunc *et enormibus flagitiis implacabilem scias, qui tantæ severitatis esse putabatur etiam adversus minora delicta.*

Ceterum is metus diversimode affecit Romanos barbarosque: nos fortitudinem intendimus, Germani violentiam cohibuere. Et gens Frisiorum post defectionem inchoatam, clade L. Apronii infesta, aut parum fidelis, datis obsidibus, sedem accepit in terris a Corbulone definitis. Idem ipsis *senatum, magistratus, et leges præscrip-*

aggesta et fossa non æque Latinum quam *vallus*, pro palo vel stipite. *Ryckius.* —5 Puteolanus *jacta, vel aucta.* Redundant *vel aucta.* In Mss. et editione principe *falso acta.* Ms. Bodl. *falso aucta.* Margini additum *acta.* Recte emendatum *jacta.* Haud enim aliter supra Annal. IV. 7. 'Neque raro, neque apud paucos talia jaciebat.' *Brotier.* Gronovius et Ryckius edunt *jacta, vel aucta.*

NOTÆ

hoste vicino, majore cura ac labore firmantur: nam singulæ Centuriæ, dividentibus Campiductoribus et principiis, accipiunt pedaturas, et scutis ac sarcinis suis in orbem, circa propria signa, depositis, cincti gladio, fossam aperiunt, latam aut novem, aut undecim, aut tredecim pedibus,' &c.

Non accinctus] Gladio, nempe, et pugione. Utrumque gestare debuit miles, non ensem, non pugionem tantum.

[h] *Barbari*] Nempe Germani contermini omnes, Chauci, Cherusci, et præcipue Frisii, de quibus statim addit, accepisse leges et agros, pro jussu et libito Corbulonis.

[i] *Frisiorum*] Frisii populi Germaniæ regionis, ad Oceanum Germanicum: hodie pars septentrionalis comitatus *Hollandiæ*, et dominia *Ouest-Frise* et *Groningue*, in Provinciis Unitis, seu Belgio Fœderato. *Tillemonius.*

[j] *Clade L. Apronii*] De qua l. IV. 73. Nempe ob coria boum, quæ ad formam tergi Urorum exigerentur, ipsis tributi loco imperata, rebellarant Frisii.

[k] *Infensa*] Infensa palam, aut dissimulando male fida.

[l] *Consedit apud agros*] Pro more Germanico, terras alias, aliasque in sua regione, quotannis Frisii mutabant arabantque; vel terras vicinorum invadebant, et iis considebant, pro more hujus ævi: ideoque iis definiendi limites fuerunt, et pacis intererat: ideoque certis agris sedem figere eos jussit.

Corbulo etiam, ne terras militi Rom. et armentis militaribus exceptas irrumperent Frisii, pacemque Rom. turbarent, *præsidium immunivit*, Senatumque et magistratus imposuit,

gistratus, leges imposuit: ac, ne jussa exuerent, præsidium[m] immunivit;[l] missis, qui majores Chaucos ad deditionem pellicerent, simul Gannascum dolo aggrederentur:[n] nec irritæ aut degeneres insidiæ[o] fuere adversus transfugam et

sit: et ne obsequium detrectarent, propugnaculum ibi munivit, missis qui impellerent majores Chaucos ad se permittendum fidei Rom. *simul et Gannasco insidias struerent. Nec vana fraus, aut indecora fuit contra desertorem et infractorem fidei.*

1 Mss. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres, *inde munivit*. Tentabat Acidalius *inibi munivit*. Recte Chiffletius, Lipsius, *immunivit*, quod eandem vim habet ac *ibidem munivit*, probatque Gronovius ex Suetonio in Tiber. 39. 'incœnante eo,' id est, ibidem cœnante. Dictum hic *immunivit*, ut supra Annal. VI. 32. 'Instituta Parthorum insumit.' *Brotier*. J. F. Gronovius locum hunc ab omni vitiositatis, qua apud plerosque laborabat Interpretes, suspicione liberavit, docendo *immunivit* esse, ibidem munivit, ut apud Suetonium 'incœnante eo,' Tib. cap. 39. 'instans in medio triclinio,' ib. cap. 72. Ceterum inter Historicos vernaculos reperiuntur qui existiment *Veronam* intelligi, nobilem quondam in minoribus Frisiis urbem paulo infra Alcmariam ad Rhenum sitam, quæ diu potens tandem a Joanne Hannonio juxta Annales excisa funditus. Verum hæc sententia ab ipso Tacito refellitur, qui apud

NOTÆ

idque *ex usu* Romanæ rei. 'Nam populi imperium juxta libertatem (Germanicam), paucorum dominatio regiæ (seu Cæsarum) libidini propior est,' supra l. VI.

[m] *Præsidium*] Vertunt, quasi immunivisset multa castella seu præsidia, quod falsum puto: eos enim socios, non subditos voluit. Sufficiebat castellum, unde præsidium ex proximo peti posset in rebelles.

Sic Drusus unum castellum ad Alisonum constituerat. Barbari illi rudes oppugnationum, et facile continebantur, modo annuis copiis talia præsidia firmarentur.

[n] *Simul Gannascum dolo aggrederentur*] Sic Cæsar, seu Hirtius l. VIII. de bell. Gall. ubi de Commio Atrebatum principe: 'Nam superiore anno T. Labienus, Cæsare in Gallia citeriore jus dicente, cum Commium comperisset solicitare civitates, et conjurationem contra Cæsarem facere, infidelitatem ejus sine ulla perfidia judicavit comprimi posse; quem quia non arbitrabatur vocatum in castra venturum, ne tentando cautiorem faceret, C. Volusenum Quadratum misit, qui eum, per simulationem colloquii, curaret interficiendum. ....Centurio, vel ut insueta re permotus, vel celeriter a familiaribus prohibitus Commii, conficere hominem non potuit; graviter tamen primo ictu gladio caput percussit.' Quo facto, Galli et Romani, districtis gladiis, utrimque in fugam se recepere.

Eadem et fere causa Dumnorigem Æduorum principem interfici jussit Cæsar; et forte multi alii eodem prætextu peremti, inter tot bella.

Nec meliori fide olim usi erant adversus Bituitum Regem Arvernorum. Flor. epito. 61. 'Ex Bituiti exercitu cæsa millia hominum centum viginti. Et cum ipse ad satisfaciendum senatui Romam profectus esset, Albæ custodiendus datus est, quia contra pacem videbatur ut in Galliam remitteretur.'

[o] *Degeneres insidiæ*] Non indignæ nomine Romano, aut ipso Corbulone: quia nempe in transfugam, et militiæ desertorem. Hoc enim est, quod *fidei violatorem* dicit: id est, sacra-

violatorem fidei. Sed cæde ejus motæ Chaucorum mentes, et Corbulo semina rebellionis[p] præbebat; ut læta apud plerosque, ita apud quosdam sinistra fama: 'Cur hostem conciret? adversa in Rempublicam casura: sin[2] prospere egisset, formidolosum paci[q] virum insignem, et ignavo Principi prægravem.' Igitur Claudius adeo novam in Germanias vim prohibuit, ut 'referri præsidia[r] cis Rhenum' juberet.

20. Jam castra in hostili solo molienti Corbuloni hæ literæ redduntur. Ille, re subita, quanquam multa simul offunderentur, metus ex Imperatore, contemtio ex barbaris, ludibrium apud socios,[s] nihil aliud prolocutus,

At nece illius conciti Chaucorum animi, et Corbulo discordiæ semina jaciebat: quæ, *ut grata plerisque, sic apud nonnullos male audiebant:* Cur barbaros incitaret? adversa ejus in Remp. lapsura; sin rem ille feliciter gessisset, metuendum paci virum eximium, et imbelli principi invisum ac molestum *fore. Propterea Claudius usque adeo novum in Germanos bellum vetuit, ut* castella legionum retrahi citra Rhenum *præciperet.*

Hæ literæ afferuntur Corbuloni, cum jam castra metaretur in regione hostili. Ille, ut in re improvisa, quamvis multa simul animo obversarentur, timor ex principe, contumelia ex barbaris, irrisio apud auxiliares, nihil tamen

Transrhenanos Frisios seu majores hæc gesta docet. *Ryckius.*—2 Brotierus et Homerus *cum* vice *sin.*

NOTÆ

menti. *Lipsius.*

[p] *Semina rebellionis*] Nempe rebellionis adversus Romanos, ut ipsi fœdus infringerent; ut scilicet exhinc occasionem gloriamque belli captaret, triumphique insignia adipisci posset Corbulo; quæ tamen ei concessa sunt, ne bellum, ne belli gloriam haberet: tum majus decus, si otium, si pacem duces continuavissent.

[q] *Formidolosum paci*] Qui magna, nempe, armorum et virtutis fama, pacem principis et imperii turbare facile posset: et postea contigit, non ut pacem turbaret, immo stabiliret, sed ut *principi* Neroni *gravis* esset, reciperata Armenia, et parta ingenti gloria; ideoque eum occidit mox sævissimus ille Cæsarum.

Formidolosum] Τὸ *formidolosum* dupliciter sumitur, pro eo qui timidus est, et qui terret, aut terrere potest. Sic Gell.

Ut *ignarus* sumitur pro eo qui nescit et nescitur, pro ignoto et ignorante; ut et *gnarus* pro noscente et noto.

[r] *Præsidia*] Intelligi possunt quæcumque *præsidia*, sive vetusta, et a superioribus imperatoribus exstructa, sive quæ immunivisset ipse Corbulo in regione hostili: etiam stationes et stativa castra.

[s] *Ludibrium apud socios*] In castris Rom. par robur sociorum. Puto, imperabat tum Corbulo quatuor legi-

quam 'beatos quondam Duces[t] Romanos!' signum receptui dedit. Ut[1] tamen miles[u] otium exueret,[o] inter Mosam

aliud profatus, quam felices olim Romanos imperatores fuisse, *receptui cecinit. Ne tamen legiones* præ otio *pacem turbarent, fossam deduxit lon-*

1 Ita bene Ms. Reg. et editio princeps. Corrupte in Ms. Flor. *vi.* Perperam Mss. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus *ne tamen.* Brotier.

NOTÆ

onibus, et etiam par numerus auxiliarium aderat, Gallorum, Britannorum, Germanorum; quibus evocatis, et e solo patrio excitis ad bellum, jussus, ut statim abscederet ex solo hostili, irrisui erat Corbulo, resque Romana.

[t] *Beatos quondam Duces*] Supple *fuisse*, quamvis forte expresserit Corbulo per admirationem, 'O beatos quondam duces Romanos!' ut habet Dio: non sic tamen Tacitus qui narrat: sed parum refert.

Beatos quondam Duces] Forte respiciebat Corbulo ad ea quæ Plutarchus tradit in Marcello, ubi de Flaminio, vel ad similia: 'Statim igitur misit senatus literas in castra, quibus vocabat accibatque Consules, ut reversi quamprimum magistratum abdicarent, nihilque ante prorsus gererent adversus hostes. Has literas cum accepisset Flaminius, non eas prius aperuit, quam prælio commisso fudisset barbaros, et agros ipsorum vastasset.'

[u] *Ut tamen miles*] Veteres interpretes errarunt hic, quia opponunt *otium* tantum labori et operi; cum opponi hic debeat seditioni et bello, tum interno, cum externo; id est, ne miles pacem et quietem per lasciviam exueret. Pro *ut* multis legitur *ne;* sed legunt *ut tamen miles otium exueret*, Lipsius, Pichena, Gruterus, et alii.

Attamen vere Tac. scripsit: *ne tamen miles*, et sic fuit in veteribus libris. Et provoco ad ipsum Tacitum, qui perpetuo sic loquitur. Nempe hoc l. XI. 19. Ubi de Frisiis, 'ne jussa exuerent, præsidium immunivit,' nempe Corbulo. Sic l. XIII. 'Ne tamen segnem militem attinerent, ille inchoatum ante tres et sexaginta annos a Druso aggerem coërcendo Rheno absolvit.'

Et l. II. hist. 34. 'Ac ne ipsorum miles segne otium tereret.' Sensus autem hujus loci, *ne miles otium exueret*, est, ne pacem excuteret turbaretve; et idcirco, quia non bello tum licuit, saltem labore distringendus miles fuit, ne per lasciviam, *otium* seu pacem excuteret, exueret; ne arma sumeret, seu adversus Rempub. seu adversus hostem externum.

Ratio est, quia tum temporis, sub ignavis principibus, duces et legati longe facilius in otio insignia triumphi adipiscebantur, quam bello. Hinc epistola ad Claudium tum composita est, nomine exercituum precantium, ut prius ornamenta triumphalia daret legatis, quam in provinciam illos mitteret, et illi etiam 'majus decus sperabant, si pacem continuavissent.'

Et infra XIII. 54. 'Continuo exercituum otio fama incessit, ereptum jus legatis ducendi in hostem.' Igitur metus unus ducum, ne miles otium seu pacem exueret; quod haud dubie contigisset, nisi labore aliquo distentus et exercitus foret.

Sic igitur Tac. XIII. 54. 'Quietæ

Rhenumque[v] trium et viginti millium[w] spatio fossam[x] per-

gitudine trium et viginti millium, inter Mosam et Rhenum; qua brevia seu æstua-

NOTÆ

ad id tempus res *in* Germania fuerant, ingenio ducum, qui pervulgatis triumphi insignibus, majus ex eo decus sperabant, si pacem continuavissent; et *ipsimet Corbuloni* insignia tamen triumphi indulsit Cæsar, quamvis bellum negavisset.'

Etiam Tac. XII. 25. 'Otium foris, fœda domi lascivia;' et apud Liv. 'Quietem exuere.' Igitur majus decus sperabant, si miles non exueret otium. Idem Tac. IV. 72. 'Eodem anno Frisii, Transrhenanus populus, pacem exuere, nostra magis avaritia,' &c. Et Agric. 16. 'Sed discordia laboratum, cum assuetus expeditionibus miles otio lasciviret.'

Igitur præ otio lasciviebat miles, et ex lascivia in seditionem, ex seditione in bellum civile proruebat; et sic præ nimio otio, *otium* seu pacem miles exuebat. Igitur aliquo opere et labore exercendus et fatigandus fuit miles, et certe fere toto imperio Claudii metalla foderunt legiones.

Tac. Quibus laboribus 'subactus miles, et quia plures per provincias similia tolerabantur, componit occultas literas, nomine exercituum, precantium Imperatorem,' &c.

Et Dio, qui hanc historiam ex Tacito hausit et invertit, *otium* illud de pace intellexit, l. LX. de Corbulone: καὶ ἐπειδή γε εἰρήνουν, διετάφρευσε δι' αὐτῶν πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ τε Ῥήνου καὶ τοῦ Μόσου, σταδίους ἑβδομήκοντα καὶ ἕκατον, &c. 'Quia pacem habebant, fossam duxit,' &c. Quasi diceret, ne pacem quam habebant, turbarent per lasciviam et seditionem.

Igitur hic, ne miles otium et obsequium exueret, exercebatur labore. Sic etiam Suet. Claud. 94. 'Triumphalia tam multis tamque facile dedit, ut epistola communi legionum nomine extiterit, petentium, ut legatis consularibus, simul cum exercitu, et triumphalia darentur, ne causam belli quoquomodo quærerent;' quod idem est, ac, ne *otium* seu pacem *exuerent*.

[o] *Ne otium exueret*] Explicat Tacitus quid sit *otium*, l. I. 'Propriis nominibus incusant vallum, fossas, pabuli, materiæ, lignorum aggestus, et si qua alia ex necessitate, aut adversus otium castrorum quæruntur.' Metuebat Corbulo, ne milites otium castrorum exuerent: timebat, nempe, ne nimio otio, *otium* seu quietem exuerent, ne præ otio et lascivia pacem imperii turbarent.

[v] *Inter Mosam Rhenumque*] Dio consentit: 'Fossam duxit ex regione, quæ est inter Rhenum et Mosam, per centum et septuaginta stadia.' Nam stadia centum et septuaginta milliaria conficiunt tria et viginti, duobus stadiis et semi minus: ita ut septem stadia cum dimidio pro milliari capias; quod Plutarch. Suidas, aliique monuerunt.

Interpres tamen Dionis 'milliaria XXI.' vertit: et addit, non convenire illi cum Corneliana ratione. *Lipsius.* Sunt septem leucæ Gallicæ, si ponas tria milliaria pro leuca Gallica, si duo, fuerint decem leucæ; et sic supputari debere apud Tac. aliunde colligi possit.

Inter Mosam Rhenumque] Ter ea tentata res est, quantum me legisse memini, sed non iisdem locis: causa tamen semper eadem manente. Primum a Corbulone, qui tantum cogitavit ut incerta Oceani vetarentur

duxit,[y] qua incerta Oceani vetarentur.[2 z] Insignia tamen

ria *Oceani prohiberentur*. Ipsi *tamen Cæsar concessit ornamenta triumphi, licet*

2 Sic Codd. Reg. Flor. et meus: nisi quod in Regio *invecta*, pro *incerta;*

NOTÆ

Rheno, ad ea loca quæ Mosellam contingebant.

Deinde a L. Vetere, qui conjungere instituit Mosellam atque Ararim: ut mari copiæ primum, inde Rhodano, et Arari, et Mosella, et Rheno in occidentem veherentur.

De L. Vetere idem Cornelius XIII. 53. Sed Ælii Gracilis Belgicæ legati invidia factum est, ne id efficeret Vetus.

Postremo Carolus Magnus, Rex Francorum, duo flumina, Radantiam et Alemoram, inter se conjungere tentavit, inter quæ brevissimum dicitur esse intervallum: quorum fluminum Radantia in Rhenum exit, Alemora vero in Danubium. Quamobrem constat, idem cogitasse Carolum et Corbulonem.

Sed producta olim fossa a Corbulone, necesse est illam, aut incuria temporibusque, aut aliquorum operis et labore, redisse ad priorem soliditatem, vel longe diverso loco Carolum et Corbulonem id tentasse.

Constat tamen ex annalibus Francorum, processisse opus Carolo ad trium milliarium longitudinem: deinde inventum fuisse limum palustrem, qui nullis operis exhauriri potuit: noctu enim excrescebat abundantius, quam die multo labore fuisset exhaustus. Itaque rem Carolus omisit. *Ferretus.*

Mosam] Mosa fluvius Belgicæ regionis in Gallia, exonerat se in Oceanum Germanicum: hodie *la Meuse*, vel *la vieille Meuse* et *Maes* dicitur.

Labitur per Lotharingiam, *Lorraine*, Campaniæ præfecturam, *Champaigne*, Belgicam hodiernam, *les Pays Bas*, &c. in mare Allemaniæ effunditur. *Tillemon.*

[w] *Trium et viginti millium*] Si ponas unam leucam pro tribus millibus, sunt septem leucæ Gall. et duo milliaria.

[x] *Trium et viginti millium spatio fossam*] Est fossa, quæ ab urbe Leida *Delftum* defertur, atque inde ad vicum *Maeseland* deducta, tandem ad propinquum vicum *Sluys* Mosæ jungitur. Hanc esse Corbulonis fossam, quatuor potissimum rationibus arguo: primum, quia inter Mosam Rhenumque acta est: dein, quia proxima Oceano, ut qua incerta ejus, id est, affluxus, qui crebri in his locis fieri consuerunt, ne ultra in superiorem insulæ partem, agris detrimentosi, transirent vetare potuerit. Tertio, quia spatium 23,000. pass. sive 170. stadiorum quam maxime congruit, utique si alveum ejus, non intervallum in *Leidam* et *Sluys*, sequaris. Postremo, quia fossa hæc vulgari nomine vocatur *Fliet*, hoc est, æstuarium. *Cluverius.*

Fossam] Corbulonis fossa fuit in Batavis populis Germaniæ inferioris, et inter urbem Lugdunum Batavorum et oppida Forum Adriani et Flenium.

Hodie varia sortitur nomina: inter urbem *Leyden* et burgum *Woorburch* dicitur *Oost Vliet;* inter *Woorburch* et oppidulum *Vlaerdingen* vocatur *Vliet Wech*, *Haechse Waert*, atque *Bree Waert*, in parte meridionali comitatus Hollandiæ. Ex Chartis Sansonis et Florentii a Berekenrode, &c. *Tillemon.*

[y] *Produxit*] Anno Romæ conditæ

triumphi indulsit Cæsar, quamvis bellum negavisset. Nec multo post Curtius Rufus eundem honorem adipiscitur, qui in agro Mattiaco[3a] recluserat specus quærendis venis ar-

bellum vetuisset. Et paulo post Curtius Rufus idem decus assequitur, qui in regione Mattiaca aperuerat fodinas investigandis venis argenti; unde modicum lucrum,

corrupte: id est, arcerentur, prohiberentur, ne restagnando terris nocerent, ut jam explicavit J. F. Gronovius l. I. Observ. c. 5. aut ut Diod. l. Ἵνα μὴ οἱ ποταμοὶ ἐν τῇ τοῦ Ὠκεανοῦ πλημμυρίδι ἀναῤῥέοντες πελαγίζωσιν· *ne ii fluvii æstuante Oceano refluentes stagnarent.*—3 Ms. Reg. *Matiaco.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus *Machiaco.* Recte emendatum *Mattiaco.* In eodem agro fontes erant, de quibus Plinius XXXI. 2. 'Sunt et Mattiaci in Germania fontes calidi trans Rhenum.' Hæc cum ita sint, mirum sane videbitur Tacitum scripsisse in libello de Moribus German. v. se nescire utrum ulla Germaniæ vena argentum aurumve gignat. *Quis enim scrutatus est?* Sed vel de Germanis Tacitus hic loquitur, vel cum hæc scriberet, ad Curtium Rufum non attendit. Certe non emendandum *Maciaco*, ut vult Lipsius, qui de Africa intelligit. Patet ex cap. seq. Rufum tunc non fuisse in Africa. *Brotier.*

NOTÆ

800.; Christi 47.: ut notatum supra c. 11. *Tillemonius.*

[z] *Qua incerta Oceani vetarentur*] Dio interpretatur: ne fluvii in Oceani æstu refluentes superstagnarent. Fuisse ergo necessum est fossam eam in inferioris Bataviæ parte, inter Rhenum veterem Mosamque: ubi fere ubique inter duos fluvios trium et viginti milliarium intervallum.

Supra agrum Batavum, inter Mosam et adhuc integrum Rhenum, esse non potuit: quoniam illic certe periculum nullum ab æstu.

Vertranius, cui legi placet, *vitarentur*, (hoc sensu, ut fossam eam perduxerit, qua commeari a Mosa ad Rhenum posset, ne Oceani pericula necessum esset subire), non placet. Multo minus Ferrettus: qui μετέωρος certe fuit, cum Mosam hic cum Mosella confudit, et ea scripsit quæ rideant Batavorum pueri. *Lipsius.*

Ut incerta] Ut inundationes maris arcerentur, et damna quæ contingebant regioni ac terris prohiberentur.

Incerta] Qua fossa retinerentur æstus et inundationes Oceani.

Oceani] Oceanus Germanicus alluit oram Germaniæ regionis, et Galliæ partem. Hodie vocamus *Mer d'Allemagne*, vel *Noord Zee.* Tillemonius.

[a] *In agro Mattiaco*] Suspectus locus Lipsio, qui *Maciaco*, vel *Mazyaco*, legendum putat; qui populi Africæ sunt.

Ex verbis Taciti c. 21. extremo satis clare perspicitur, Curtium Rufum jam antea consulare imperium et triumphi insignia consecutum, quam Africam obtinuerit.

Non igitur Africæ ager iste: sed de Germaniæ aliquo loco auctorem loqui patet ex eo, quod Curtii insignia triumphi Corbulonis insignibus continuo subjicit.

Nec tamen singulatim monet, qua in provincia ager iste fuerit: scilicet quia eandem Germaniarum provinciam intelligebat, quam paulo ante Corbulo obtinuerat, cujus pars, *Mattiaci*, Chattorum pars, Weteravia tota, cum portiuncula Hassiæ, qua oppidum Marpurgum, socii Pop. Rom. Literas Curtium occultas composuisse

genti;[b] unde tenuis fructus, nec in longum fuit: at legio-

nec diu duravit: at legionibus cum detrimento labor, rivulos venasque effodere,

NOTÆ

narrat auctor, nomine exercituum.

Quinam igitur illi exercitus, an uno plures, in una provincia Africa? quam duabus tantum legionibus custoditam, ipse ex quarto Annal. ostendit Lipsius. At Rhenum Germaniasque octo legionibus, in duos æquales exercitus dispertitis, quibus unus præfuit consularis præfectus, fuisse possessas, jamdudum satis superque ostensum est. Horum igitur nomine literas ad Claudium Cæsarem composuerat Rufus.

Nam quod venas argenti quenquam in Germania quæsivisse negat, in libro de moribus Germanorum, credibile est, hunc librum scriptum ante Annales; et cum postea meliori cura longiorique inquisitione invenisset, quondam a Curtio Rufo, Germaniarum præfecto, quæsitas repertasque esse, eam rem Annalibus his inseri, dignum judicasse. *Cluverius.*

De literis per Curtium nomine exercituum compositis plane fallitur. Vide quæ diximus de Pec. Vet. IV. 9. *Gronovius.*

Non ita vecors aut amens Curtius, ut tales literas scriberet principi, quocumque nomine. Sed aliquis e vulgo militum talia composuit, securus fortunæ suæ et salutis, securus latendi propter ignobilitatem.

[a] *Qui in agro Mattiaco*] Puto *Mattiacos* eum innuere, qui tametsi alteram Rheni ripam incolerent, tamen provinciales erant, et Romanis parebant. *Rhenanus.*

In agro Mattiaco] Parum compertum est, quod ait Cluverius, Curtium paulo ante Corbulonem obtinuisse Germaniam. Nam morte Sanquinii provinciam habuit Corbulo: sed forte præerat Curtius legionibus superioris Germaniæ, eo ipso tempore, quo Corbulo inferiori Germaniæ præsidebat: et satis aptus Curtius tali imperio, propter ignobilitatem, sub ignavo trepidoque principe.

Consulatum obtinuit Curtius, nec statim proconsulatum Africæ junxit, nec nisi suo ordine, inter vetustiores consulares, sortiri proconsulatum illum potuit.

Itaque inter consulatum et proconsulatum Africæ, potuit obtinere imperium illud Germaniæ superioris, ut *proprætor:* dein et Africam sortitus est suo loco, inter vetustiores consulares, in qua fatum implevit. Attamen 'plures per provincias similia tolerabantur.'

Obstat etiam quod habet Tac. lib. de mor. Germ. ubi diserte ait, *venas argenti* scrutatum esse neminem in Germania. Sed alioqui constat clare ex Tacito, hoc ipso loco, Curtium obtinuisse 'consulare imperium, triumphi insignia, ac postremo Africam.'

Igitur obtinuit *insignia triumphi* ante *Africam;* ergo alibi, quam in Africa; ergo in Germania, ubi effossæ venæ; unde triumphalia. Et certe illæ correctiones perpetuo suspectæ, nec nisi desperatis locis usurpandæ sunt.

Forte paulo post Corbulonem præsedit Curtius Rufus Germaniæ, et cum pax esset, venas argenti investigari a milite jussit, quod magis pateret, si compertum esset, agrum Mattiacum fuisse in antiqua Germania inferiori. Tac. ibi, *nec multo post* triumphalia adeptus est Curtius, scilicet post Corbulonem.

Mattiaco] Mattiacum, urbs Mattiacorum populorum in Germania: hodie *Marpurg*, urbs Landgraviatus Hassiæ, in circulo Rheni superioris. *Tillemonius.*

[b] *Venis argenti*] Non satis sibi constare videtur Tacitus hoc loco, si

nibus cum damno labor, effodere rivos,[c] quæque in aperto[d] gravia, humum infra moliri: quis subactus miles, et quia plures per provincias similia tolerabantur, componit occultas literas, nomine exercituum, precantium Imperatorem,

et quæ sub dio molestissima essent, *in imis specubus ipsam terram emovere atque egerere: quibus vexatus miles, et quia in plerisque provinciis similia ferebantur, scribit secretas epistolas nomine legionum, obtestantium principem,* ut iis ducibus

NOTÆ

de Germania intelligit; et lib. de mor. Germ. c. 5. ubi sic habet: 'Argentum et aurum, propitii an irati Dii negaverint, dubito. Nec tamen affirmaverim, nullam Germaniæ venam argentum aurumve gignere: quis enim scrutatus est?' nisi forte de Germanorum moribus scripsisset ante Annales.

[c] *Effodere rivos*] Ita quidam sumunt, ut effoderint illos rivos, et alia opera fecerint in aperto supra humum; nempe ut illis rivis apertis et egestis aquæ effluerent, nec operibus incommodum afferrent.

Attamen ita capiebam, ut *legionibus cum damno labor* esset, *effodere rivos*, et alia opera *intra humum* moliri, quæ opera etiam *in aperto facta, gravia* forent militi. De hoc præcise hic agitur.

Quippe *in agro Mattiaco recluserat specus quærendis venis;* et illæ *venæ* quærendæ, ut puto, sunt *rivi* illi quos effodiebat miles, cum summo labore et damno, ut *infra humum*, nempe quærendis metallis. At *effodere rivos* in aperto, fuisset *labor*, non *damnum*.

Sæpe scribitur *fodere rivos*. Certe melius, *effodere rivos*. Rhenanus. Intellige de utriusque ducis legionibus: nam *rivos effodere*, ad Corbulonem; *infra humum moliri*, ad Curtium Rufum refertur. *Pichena.*

Labor] Sic olim querebatur vulgus in urbe, sub Tarquinio Superbo, Dionys. 4. 'Cogit nos ad ea molienda, quæ exigi deceret a servis pretio emtis, fodere lapides, cædere, onera ferre, in tartaris et barathris absumtos, neque vel minimam miseriarum quietem capientes.'

Effodere rivos] Alii intelligunt, quasi incumberent derivandis aquis, ne illæ specus aut venas argenti et labores mergerent. Alii id intelligunt de legionibus Corbulonis, ita ut utrumque laborem ibi exprimat, et *fodiendi in aperto*, quod faciebat miles Corbulonis, et *humum infra moliendi*, quod faciebat miles Curtii.

Sed puto, id de solo Curtii milite intelligit: nam de eo hic agitur, cui cum *damno labor*, nempe.

Effodere rivos] Nam quærendis venis fodiendi rivi fuerunt, et forte idem *rivi cum venis illis*, ita *labor* idem illis *effodere rivos, humum infra moliri*, et alia, quæ etiam *in aperto gravia* forent. Tenuem brevemque fructum ex illis fodinis superfuisse scribit, at *cum damno laborem* fuisse militi Curtii: nempe, quia infra terram specus moliebatur. Quod *in aperto*, id est, *sub dio*, etiam grave foret; non *in plano*, ut voluit clarissimus Harlæus, et alii.

[d] *In aperto*] Interpres Hispanus cepit etiam *de plano:* 'quæ opera,' inquit, 'etiam, in plano sunt difficilia et gravia;' falso sensu. *Apertum* hic, seu opera quæ fiunt *in aperto*, opponit hic laboribus qui fiunt *infra humum*, et in abditis specubus.

'ut, quibus permissurus esset exercitus, triumphalia ante tribueret.'[e]

21. De origine Curtii Rufi,[f] quem gladiatore genitum

ante insignia triumphi indulgeret, quos militi impositurus esset.

De stirpe Curtii Rufi, quem gladiatore natum nonnulli scripsere, neque falsa tra-

NOTÆ

[e] *Triumphalia ante tribueret*] Sueton. Claud. 24. 'Triumphalia ornamenta Silano, filiæ suæ sponso, nondum puberi dedit. Majoribus vero natu, tam multis tamque facile, ut epistola communi legionum nomine extiterit, petentium, ut legatis consularibus, simul cum exercitu, et triumphalia darentur, ne causam belli quoquomodo quærerent.'

Triumphalia ante] Nempe, ne nova illi ad gloriam consilia aut opera molirentur, cum in castra legionum advenissent, jam honorum pleni.

[f] *De origine Curtii Rufi*] Est qui hunc censeat esse illum, qui memoriam scripsit rerum Alexandri, pure mehercules et Latine. Modius certe noster, cujus censuræ Curtius non leviter debet, testatum reliquit, cognomen ei Rufi tribui a libris.

Pugnare tamen ætas videatur, siquidem ad Augustum referenda illa sunt e libro ejus decimo: 'Proinde jure meritoque populus Rom. salutem se principi suo debere profitetur, cui noctis, quam pæne supremam habuimus, novum sidus illuxit. Hujus, hercule, non Solis ortus lucem caliganti reddidit mundo, cum sine suo capite discordia membra trepidarent. Quot ille tum extinxit faces? quot condidit gladios? quantam tempestatem subita serenitate discussit? Non ergo revirescit solum, sed etiam floret imperium. Absit modo invidia, excipiet hujus sæculi tempora ejusdem domus, utinam perpetua, certe diuturna posteritas.'

Sed non sunt: nec quicquam hic de sidere Julio, ut nugantur. Refutant sequentia: quoniam Augustus cum ad imperium venit, non extinxit bellorum faces, non gladios condidit, sed accendit, eduxit.

Refutat et ille locus e libro III. de urbe Tyro: 'Multis ergo casibus defuncta, et post excidium renata, nunc tamen, longa pace cuncta refovente, sub tutela Romanæ mansuetudinis acquiescit.' Nam ait, et agnoscit *longam pacem* in re Romana.

An ea sub initia Augusti? immo viginti annorum bella. Itaque priora illa refero ad Caii Caligulæ cædem et confusionem quæ secuta, senatu imperium abrogante, milite et plebe stabiliente.

Hæc sunt illa sine capite discordia membra; et Claudius ipse, novum sidus. Tamen incerta hæc mihi fateor: et facile manum dedero, si quis afferet verisimiliora. *Lipsius.*

De origine Curtii Rufi] Ipse Angleriæ apud Verbanum, aram marmoream pluribus signis illustrem vidi, cum titulo, *Q. Curtii VI. viri.* a quo fuisset dedicata. *Alciatus.*

Lipsii opinionem valde juvat Senecæ locus ad Polybium consol. ubi eadem fere de Claudio c. 31 et 32: ista præcipue: 'Patere, illum generi humano, tamdiu ægro et affecto, mederi; patere, quicquid prioris principis furor concussit, in locum suum restituere ac reponere. Sidus hoc,

quidam prodidere, neque falsa[g] promserim; et vera exequi pudet. Postquam adolevit, sectator Quæstoris,[h] cui Africa[i] obtigerat, dum in oppido Adrumeto,[j] vacuis per medium diei[k] porticibus secretus agitat, oblata ei species

diderim; et tamen *verum promere pudet. Cum pubertatis annos ingressus esset, comes quæstoris, cui Africa* sorte *obvenerat, dum apud Adrumetum solitaris sub meridiem porticibus solus obambulat, visa illi imago mulieris, humana major, et excepta*

NOTÆ

quod præcipitato in profundum ac demerso in tenebras orbi refulsit, semper luceat,' &c. *Acidalius.*

[g] *Neque falsa*] Neque falsum dicam, et tamen verum pudet dicere. Itaque verum fuit, Curtium gladiatore genitum esse, et id tradentibus assentitur Tacitus.

[h] *Sectator Quæstoris*] Vatic. *sector;* nec sperno. Ad hastam enim sectiones exercebant. Vulgatam tamen firmat Plinius de hoc ipso Curtio Rufo l. VII. Epistol. 'Tenuis adhuc et obscurus obtinenti Africam comes hæserat.' Ait enim, *comes.* Lipsius.

Sectator] Utrumque forte; et *sectator Quæstoris,* et *sector* esse potuit Rufus. Sed hoc loco Taciti, *sectator* legi debet necessario: nec enim diceretur, *sector Quæstoris,* sed *sector* absolute, vel alio addito, non *Quæstoris.*

Et caveant, qui vertunt, plures sensus affingere Tacito; unum quippe sensum certum et determinatum habet, si bene intelligatur; nec plures pati sine injuria potest. Id secutus est Alamus interpres Hispanus, ut alterum sensum in contextu ponat, alterum in margine. Sed alter istorum sensuum incumbere in spongiam debuit.

Sic et se gessit quandoque interpres Gallicus, sed veritas una et simplex. Quod mirum est, sæpe in contextu ponunt sensum ridiculum et ineptum, at quod verum est in margine: adeo se summa adeptos putant, cum ambigua et inutilia repererunt.

[i] *Africa*] Africa proprie dicta, vel Africa minor, regio Africæ citerioris, ad mare Africum, partem maris Mediterranei.

Hodie pars orientalis regni *Algier,* atque regna *Tunis* et *Tripoli* in Barbaria, sub clientela Turcarum.

Fuit etiam *Africa* proconsulatus, et provincia Africæ minoris jam dictæ: hodie pars regni Tunetani, *Tunis,* in Barbaria. *Tillemonius.*

[j] *Adrumeto*] Adrumetum, urbs Byzacenæ provinciæ in Africa minore. Hodie *Hamametha,* urbs maritima regni Tunetani in Barbaria. *Tillemonius.*

[k] *Per medium diei*] Hoc mirum, quod phasmata illa apparuerint *per medium diei,* non nocte, nec sub *luce maligna,* ut nunc spectra *nostris hominibus*; neque ut niger ille Æthiops, qui bis visus Bruto, inter nocturnas tenebras.

Ea mulier etiam *humana major,* quæ visa Druso in Germaniæ penetralibus, interdiu apparuit, et quod mirum *Latino sermone* eum allocuta est, monuitque, ut se reciperet ex ea regione, neque diu victurum ipsum.

Et puto, illa Dea Africana etiam verbis Romanis affata est Curtium: 'Tu es, Rufe, qui in hanc provinciam pro consule venies.' Id interdiu, et voce clara atque intelligibili pronuntiatum, ne dubitare possent de tali fato, seu voluntate Cœlitum.

muliebris[l] ultra modum humanum,[m] et audita est vox : ‘ tu es, Rufe, qui in hanc provinciam pro Consule venies.’ Tali omine in spem sublatus, digressusque in urbem, et largitione amicorum, simul acri ingenio, Quæsturam, et mox, nobiles

ea *vox est:* Tu es, Rufe, qui venies in hanc provinciam proconsul. *Tali præsagio in spem erectus, Romamque reversus, liberalitate familiarium, simul et promto ingenio, Quæstoriam dignitatem adipiscitur, postea præturam inter illustres candidatos,*

NOTÆ

[l] *Oblata ei species muliebris*] Quod ait, *ultra modum humanum:* semper ita antiqui, ut fidem divinitatis astruant ejusmodi idolis. Virgilius : ‘ Visa mihi ante oculos, et nota major imago.’ Juvenalis : ‘ tua sacra et major imago Humana, turbat pavidum, cogitque fateri.’ Xenophon l. VIII. Παιδείας : ‘ Videbatur ad ipsum accessisse aliquis homine major, qui sic affatus illum est : Compara te, o Cyre, jam enim ad Deos abiturus es.’

Tacitus. I. histor. ‘ Erupisse cella Junonis majorem humana speciem.’ *Lipsius.*

Species] Plin. l. VII. epist. 27. ‘ Quod audio accidisse Curtio Rufo. Tenuis adhuc et obscurus obtinenti Africam comes hæserat, inclinato die spatiabatur in porticu. Offertur ei mulieris figura humana grandior pulchriorque perterrito. Africam se futurorum prænuntiam dixit : iturum enim Romam honoresque gesturum ; atque etiam cum summo imperio in eandem provinciam reversurum, ibique moriturum. Facta sunt omnia. Præterea accedenti Carthaginem egredientique nave, eadem figura in littore occurrisse narratur. Ipse certe implicitus morbo, futura præteritis, adversa secundis auguratus, spem salutis, nullo suorum desperante, projecit.’

[m] *Ultra modum humanum*] Sic Sueton. de Druso, Claud. I. ‘ Hostem, &c. non prius destitit insequi, quam species barbaræ mulieris, humana amplior, victorem tendere ultra sermone Latino prohibuisset.’

Ultra modum humanum] Forte Dea illa præses Africæ, quam indigenæ *Cœlestem* appellarunt ; alii *Venerem*, alii *Junonem* interpretati sunt.

Apuleius l. VI. de Asino : ‘ Magni Jovis Germana et Conjuga, sive tu, Sami, quæ querulo partu tuo vagituque gloriatur, tenes vetusta delubra : sive celsæ Carthaginis, quæ te virginem vectura Leonis cœlo commeantem percolit, beatas sedes frequentas.’

Divus Ambrosius adversus Symmachum : ‘ Unde igitur exemplum, quod currus suos simulato Almonis in flumine lavat Cybele ? Unde Phrygii vates, et semper invisa Romanis, non æqua Carthaginis numina ? quam Cœlestem Afri, Mythram Persæ, plerique Venerem colunt, pro diversitate nominis, non pro numinis varietate.’

Dio in Xiphil. de Antonino : ‘ Et uxorem, quod maxime ridiculum, Heliogabalo Deo suo conjunxit, quasi matrimonio et liberis Deus indigeret : neque oportuit pauperem aut ignobilem esse uxorem ; itaque Cœlestem Carthaginensium delegit, et inde accitam in palatio collocavit.’

Inscriptio apud Sponium, quæ nunc in palatio magni Ducis Florentiæ, ex Africa allata est, sic habet :

CŒLESTI. AVG. S. id est, *Cœlesti Augustæ sacrum*, Q. MALLIVS. PRIMVS. AD. AMPLIATIONEM. TEMPLI. ET.

inter[n] candidatos, Præturam Principis suffragio assequitur: cum hisce verbis Tiberius dedecus natalium ejus velavisset, 'Curtius Rufus videtur mihi ex se natus.'[o] Longa post hæc senecta, et adversus superiores tristi adulatione, arrogans minoribus, inter pares difficilis, Consulare imperium, triumphi insignia, ac postremo Africam obtinuit: atque ibi defunctus, fatale præsagium implevit.

22. Interea Romæ, nullis palam, neque cognitis mox[1] causis,[p] Cn. Nonius, Eques[2] Romanus, ferro accinctus reperitur in cœtu salutantium[q] Principem: nam, postquam

favore principis: cum talibus verbis Tiberius probrum originis illius obtexisset, Curtius Rufus mihi ex semet ortus videtur. *Diuturna post hæc senectute, et turpi assentatione erga eminentiores, in inferiores superbus, inter æquales morosus, adeptus est potestatem consularem, triumphi ornamenta, ac demum Africæ præfuit; atque illic mortuus, fatale omen implevit.*

Interea Romæ, nullis tum *aperte, neque manifestis postea rationibus, Cneius Novius* illustris *eques Romanus, gladio cinctus invenitur in turba salutantium*

1 Nicolaus Heinsius legebat, *noxæ causis;* id est, criminis. Suetonius Tib. cap. 33. 'judices legum et religionis, et noxæ de qua cognoscerent, admonebat.' Confirmat aliquatenus Reg. in quo: *nox causis.* Ryckius.—2 *insignis*

NOTÆ

GRADVS. DONAVIT. CXXV. VOT. SOL. LIB. ANI. *Votum solvit libenti animo.*

Per *Cœlestem* intelligunt *bonam Deam.* Sed potius intelligi debet *Dea Africæ,* quæ eo nomine Deæ *Cœlestis* colebatur a Carthaginensibus. Tertull. in Apologetico: 'Unicuique etiam provinciæ et civitati suus Deus est; ut Syriæ Astartes, ut Arabiæ Dysares, ut Norici Belenus, ut Africæ Cœlestis.' Idem paulo ante: 'Illa ipsa Virgo Cœlestis pluviarum pollicitatrix.'

Pingebatur hæc Dea Leoni insidens, capite peplo velato, dextra fulmen, sinistra sceptrum gerens. Herodianus l. v. scribit, Pœnos numen *Cœlestis* accepisse jam a Didone Phœnissa, et *Lunam* credi, vocarique Phœnicibus *Astrorum reginam,* seu *siderum rectricem.* Dicit Apuleius, eandem esse cum *Dea Syria,* quæ etiam Leoni insidet.

n *Nobiles inter*] Inter *nobiles* candidatos ipse *ignobilis,* sed favore principis evehitur: quod præcipue contingit ignavis principibus, ut novos evehant, et priscæ nobilitati invideant, inertiæ suæ conscientia.

o *Videtur mihi ex se natus*] Hoc dicebat Tiberius, hominis virtutes commendans. Ex virtute enim quisque æstimari debet, quæ sui cultores regenerat. *Rhenanus.*

Ut qui seipsum imitetur, sibi constet, sui sit similis, parem non sit secutus. *Ferrettus.*

Ex se natus] Sic Q. Pompeius dicitur a Cicerone in Bruto: 'Homo per se genitus, nulla commendatione majorum, summos honores adeptus.'

p *Mox causis*] Mox de se confessus Novius, sed neque *causas,* neque *conscios edidit;* quia ex causis forte proditi conscii forent.

q *Ferro accinctus reperitur in cœtu sa-*

tormentis dilaniabatur, de se[5] non[3] inficiatus conscios non

*Cæsarem. Nam cum cruciatibus laceraretur, de se Novius....*confessus *socios non*

eques Brotierus et Homerus. 3 *de se Novius* Brotier, qui hanc notulam subjungit: Nullum hic hiatum reperi in tribus Mss. Vaticanis. Sed corrupte admodum *dsononi, de senoni, de se novi.* In Mss. Bodl. Harl. Jes. *de se novius.* Et puto sic scripsisse Tacitum. Casus varietate orationem, more suo, distinxit. Eadem brevitate dixisset, *de se confessus, conscios non edidit.* Sic Florus I. 1. 'Hoc de se sacerdos gravida confessa est, nec mox fama dubitavit.' Et Tacit. Annal. XIV. 59. 'De cæde Syllæ Plautique haud confessus.'—*Nam postquam tormentis dilaniabatur, de se novi.....conscios non edidit, incertum an oc-*

NOTÆ

lutantium] Attamen talia præcavebat admodum Claudius. Sueton. Claud. 35. 'Primis imperii diebus, quanquam, ut diximus, jactator civilitatis, neque convivia inire ausus est, nisi ut spiculatores cum lanceis circumstarent, militesque vice ministrorum fungerentur: neque ægrum quenquam visitavit, nisi explorato prius cubiculo, culcitisque et stragulis prætentatis et excussis: reliquo autem tempore salutatoribus scrutatores semper apposuit, et quidem omnibus, et acerbissimos. Sero enim ac vix remisit, ne fœminæ prætextatique pueri et puellæ contrectarentur, et ne cuivis comiti aut librario calmariæ aut graphiariæ thecæ adimerentur.'

Ferro accinctus reperitur] Ideo Claudius primus (et fortasse hac occasione) scrutatores instituit, qui promiscue omnes, ad principem salutandi, vel qua alia causa, venientes, excuterent. Suetonius: 'Salutatoribus scrutatores semper apposuit, et quidem omnibus, et acerbissimos.' Quos tamen Vespasianus iterum sustulit, narrante eodem Suetonio, cap. 12.

Verba Dionis ad hunc morem digna legi: 'Claudius cum alia acriter observabat, tum omnes qui ad ipsum venirent, viros et fœminas, explorari jubebat, ne quem gladium aut sicam haberent. In conviviis etiam ubique milites quosdam astantes habebat: atque id, ab eo ostensum, deinceps ad hoc ævi servatur.' At scrutatio illa omnium per Vespasianum sublata est.

Mansit igitur de militibus: at de scrutatione Vespasianus sustulit. Quod vide in Suetonio c. 12. et fac ab istis lucem. Mos iste scrutandi vetus, et Græcis quoque. Tangit Plutarchus in Timoleonte, ubi Dionysium jam exulem, irrisum a quodam ait, 'qui intrans ad eum, vestem excussit, ut tyrannis fieri solet.' Locum totum vide. *Lips.*

In cœtu salutantium] Mane salutabant principem amici, sed prius excussi, nam ferrum sub veste latere, etiam fœminæ ipsæ: quem morem salutantes excutiendi sustulit mox Vespasianus, etiam inter arma civilia: bona fide ille fatoque suscepit rexitque imperium.

[5] *De se*] Sic vulgo legitur: *de se Novius....conscios:* et forte sic expleri possit: *De se Novius confessus, conscios non edidit.* Lipsius.

De se Novius.....conscios non edidit] Habet codex Florent. lacunam eandem, quam, teste Lipsio, Farnesianus. Ex Livio autem, unde Tacitus fortasse sumsit, suppleri potest; ait enim l. XXIV. 'de se ipse haud cunctanter fassus conscios celabat.' *Pichena.*

Novius] Sueton. Claud. XIII. 'Reperti et equestris ordinis duo in pub-

edidit, incertum an occultans.[t] Iisdem Consulibus P. Dolabella censuit, 'spectaculum gladiatorum[u] per omnes annos celebrandum pecunia eorum, qui Quæsturam adipiscerentur.' Apud majores virtutis id præmium fuerat, cunctisque civium, si bonis artibus[v] fiderent, licitum petere Magistratus: ac ne ætas quidem distinguebatur,[w] quin prima juventa

prodidit, dubium est *an obtegeret. Iisdem Consulibus P. Dolabella disseruit,* certamen gladiatorum quotannis edendum esse, sumtu illorum, qui obtinerent Quæsturam. *Apud veteres id pretium, ea merces fuerat bonarum artium, et omnibus civibus licebat ambire dignitates; si* propria *virtute niterentur; ac ne anni quidem spectabantur, quin statim ætate adulti* illi *adipiscerentur* etiam *consulatum,*

cultans. Ita malui edere locum hunc ex Cod. Farnes. quam: *de se Novius.... conscios n. e.* ut editum hactenus. Quoniam illud *Novius* manifeste vitiosum,

NOTÆ

lico cum dolone ac venatorio cultro præstolantes, alter, ut egressum theatro, alter, ut sacrificantem apud Martis ædem adoriretur.'

Puto de hoc ultimo intelligere Tacitum: neque enim illi duo simul conspirarunt, neque eodem tempore, aut loco. *Salutabant* proceres principem et osculabantur, cum sacrificaret. Vide Tacitum ubi de Galba et Othone.

Novius de se.....] Sunt quædam lacunæ in Mss. designatæ, quibus forte tamen nihil deest: et exinde ortæ sunt, quod cum exscriptores non satis legerent vel intelligerent, aut ingenium Taciti satis caperent, notam apposuere lacunæ, quasi aliqua deessent, quamvis pro genio Taciti, qui omnia σεμνῶς, id est, graviter et breviter exequitur, nihil forte desit.

Sic, puto, hoc loco, integer sensus esse possit. *Novius de se,* supple, *edidit. Novius de se* edidit, *non conscios edidit:* ita ut vox *edidit* ad duo referatur; quod sæpe Tacitus usurpat brevitatis causa.

Sic et supra, 'esse in civitate— qui uxorem et filios Germanici recipere dignarentur.' Hic lacuna annotata est, et tamen saltem sensui nihil deesse videtur.

[t] *Incertum an occultans*] Forte nullos conscios habuit; si quos habuit, occultavit.

[u] *Spectaculum gladiatorum*] Suetonius: 'Collegio Quæstorum pro stratura viarum gladiatorium munus injunxit.' Quod mutavit Nero, qui censuit, 'ut ne designatis quidem Quæstoribus edendi gladiatores necessitas esset,' ait Tacitus, l. XIII.

Iterum induxit Domitianus, notante Suetonio c. 4. et perseveravit. Tertullianus: 'Transiit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum, ad honores viventium: Quæsturas dico, et magistratus, et flaminia et sacerdotia.' Plura de his, proprio libro. *Lips.*

Gladiatorum] Sueton. Claud. XXIV. 'Collegio Quæstorum pro stratura viarum gladiatorium munus injunxit,' &c.

[v] *Bonis artibus*] Intellige bonos mores, deinde auctoritatem, ingenium, ceterasque artes, quibus præditus aliquis possit rite fungi tali munere.

[w] *Ne ætas quidem distinguebatur*] 'Majores nostri, admodum antiqui, leges annales non habebant, quas

Consulatum[x] ac Dictaturam inirent. Sed Quæstores, Regibus[y] etiam tum imperantibus, instituti sunt: quod lex cu-

et dictaturas. Sed quæstores constituti sunt etiam tum, cum reges dominarentur:

et in Flor. *de se noni.....conscios.* Cod. meus sine suspicione defectus: *de se confessus conscios non edidit.* Unde sagacissimus Heinsius Florentini Farnesianique Codicum lacunam sic explebat: *de se novissime confessus conscios non*

NOTÆ

multis post annis attulit ambitio, ut gradus essent petitionis inter æquales,' habetur Philippica 5.

Tandem Q. Fulvio Flacco, L. Manlio Acidino Coss. L. Villius Trib. plebei rogationem tulit, quot annos nati, quemque magistratum peterent caperentque, Livii XXXIX. Exinde Festo lex *annaria* dicta. *Vertran.*

Ne ætas quidem] Cic. Philipp. 5. de Octavio Cæs. 'Quid est enim, P. C., cur eum non quamprimum amplissimos honores capere cupiamus? Legibus enim annalibus, cum grandiorem ætatem ad consulatum constituebant, adolescentiæ temeritatem verebantur.

'C. Cæsar ineunte ætate docuit, ab excellenti eximiaque virtute progressum ætatis expectari non oportere. Itaque majores nostri, veteres illi, admodum antiqui, leges annales non habebant, quas multis post annis attulit ambitio, ut gradus essent petitionis inter æquales. Ita sæpe magna indoles virtutis priusquam Reipubl. prodesse potuisset, extincta fuit. At vero apud antiquos Rulli, Decii, Corcini, multique alii, recentiore autem memoria superior Africanus, T. Flaminius admodum adolescentes consules facti, tantas res gesserunt, ut populi Rom. imperium auxerint, nomen ornarint. Quid Macedo Alexander, cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nonne tertio et tricesimo anno mortem obiit? quæ est ætas nostris legibus decem annis minor, quam consularis. Ex quo judicari potest, virtutis esse quam ætatis cursum celeriorem.'

[x] *Prima juventa consulatum*] Principio satis annorum habebat ille, quem Quirites consulem facere vellent: sed ubi finita certis legibus est ætas, unde petatur honos, legitimus annus apiscendi consulatus XLIII. fuit, ut in eadem orat. significat M. Tullius, cum de XXXIII. annis: 'Ætas,' inquit, 'nostris legibus decennio minor quam consularis.' *Vertran.*

[y] *Sed Quæstores, Regibus*] Origo quæstoris creandi antiquissima est, et pæne ante omnes magistratus. Junius certe Gracchanus l. VII. de potestatibus, etiam ipsum Romulum, et Numam Pompilium binos quæstores habuisse, quos ipsi non sua voce, sed populi suffragio crearent, refert.

Sed sicuti dubium est, an Romulo et Numa regnantibus quæstor fuerit; ita jam a Tullo Hostilio rege quæstores fuisse certum est, et sane crebrior apud veteres opinio est, Tullum Hostilium primum in Remp. induxisse Quæstores.

Et a genere *quærendi*, quæstores initio dictos, et Junius, et Trebatius, et Fenestella scribunt apud Ulpianum D. de off. Quæstoris.

Exactis autem regibus Quæstores in rep. nova superfuerunt, deque eo magistratu retinendo, universi populi suffragio, lex Curiatis comitiis lata est, quam tulit L. Brutus. *Vertran.*

riata[z] ostendit, ab L. Bruto repetita. Mansitque Consulibus potestas deligendi, donec eum quoque honorem Populus mandaret: creatique[4] primum Valerius Potitus[a] et[5] Æmilius Mamercus, LXIII. anno post[b] Tarquinios exactos, ut

quod arguit lex curiata, renovata ab L. Bruto. Perseveravitque in consulibus auctoritas creandi quæstores; *donec populus illam etiam dignitatem tribueret: et primum electi* sunt *Valerius Potitus, et Æmilius Mamercus, tertio et sexagesimo anno*

edidit. Ryckius.—4 Locus hic mirum in modum ab interpretibus vexatus; et immerito. Nam si ad Taciti narrationem attendatur, nihil culpandum occurrit. Ait Quæstores, imperantibus regibus, fuisse institutos, probatque legis Curiatæ auctoritate, cui sane consentit Ulpianus, Digest. lib. I. tit. 13. *De officio quæstoris.* Pulsis regibus, mansit consulibus potestas deligendi quæstores; nec refragatur Plutarchus in Poblicola, p. 103. Anno 63. post pulsos reges, U. C. 308. quæsturæ honorem mandavit populus. Bene quidem. Sed ante hunc annum quæstores memorare potuerunt Livius ac Dionysius. Non est ergo cur Lipsius pro 63. annum 23. emendet. Cl. Heineccius, *Antiq. Rom. Jurisprud.* Vol. I. p. 246. de quæstorum origine Tacito consentit. Haud invitus sic legerem: *Creatique primum, qui Romæ curarent. Dein gliscentibus negotiis duo additi, Valerius Potitus et Æmilius Mamercus* 90. *anno post Tarquinios exactos, ut rem militarem comitarentur. Mox, &c.* Brotier.—5 *et* omiserunt Brotierus et Homerus.

NOTÆ

Quæstores] Primum duo fuere, dein quatuor, nempe duo, qui urbanis negotiis præessent, duo qui consulibus in bello præsto essent, dein viginti et amplius fuere tempore Syllæ; et tandem ærarii cura a quæstoribus urbanis translata ad prætorios, seu præfectos ærarii, qui ex numero senatorum delecti ab Augusto; dein sorte ducti sunt ex numero prætoriorum; dein Claudius rursus ad quæstores ærarii curam transtulit, et rursus Nero a quæstoribus ad præfectos, dein Vespasianus rursus prætorios ærario præfecit.

Quæstores] Habuit et princeps quæstores suos. Horum quæstorum munus erat, acta senatus et principis perscribere, orationes imperatorum, et libellos ad senatum missos, cum postulatis recitare, et mandare literis, dictandisque epistolis et legendis assidue vacare. Quare orationes principum, senatusque edicta, ac militares conciones, per quæstores sæpe perscripta, lecta et audita.

[z] *Quod lex curiata*] Quamvis enim priores Reges Quæstores habuerint: tamen constat, suffragio populi, non voce principis, creatos fuisse. Auctor est Junius Gracchanus, teste Ulpiano. *Ferrettus.*

[a] *Valerius Potitus*] Vulgo *Potus*, et ita libri scripti. Lego, *Potitus*, quod Valeriæ gentis cognomen est. In vulgatis *Valerius Postumius*, imperite. Est autem ille ipse, qui consul postea anno urbis 284. Quod clare ex Dionysio hauries l. IX. *Lips.*

[b] *LXIII. anno post*] Error numeri, nisi placet de primis quæstoribus totos quadraginta annos a Livio et Dionysio discrepare Tacitum. Nam anno urbis 269. Q. F. Ser. Cornelio Coss. Livio primi Quæstores nominati, L. Valerius et Cæso Fabius: itemque Dionysio l. VIII.

At ex hac Taciti putatione, circa annum demum urbis 308. Quæstores statuamus necesse est. Quod falsum

rem militarem[c] comitarentur. Dein, gliscentibus negotiis, duo additi, qui Romæ curarent. Mox duplicatus numerus,[d] stipendiaria jam Italia,[e] et accedentibus provinciarum[f] vectigalibus. Post, lege Syllæ, viginti creati supplendo Senatui,[g]

post Tarquinios ejectos, ut exercitum sectarentur. Exin crescentibus negotiis, bini adjecti sunt, *qui Romæ munus administrarent. Dein auctus in duplum numerus,* ut octo essent, *tributaria jam Italia, et accrescentibus tributis provinciarum. Mox lege Sylla viginti quæstores instituti sunt supplendo numero senatorum, quibus*

NOTÆ

esse, liquet vel ex eo, quod Livius et Dionysius post annum illum 269. sæpius jam Quæstores nominant. Corrige hic ergo, XXIII. *anno*, ut ratio constet.

In altero tamen Quæstore manet adhuc dissensus: qui Livio et Dionysio est Cæso Fabius, non Æmilius Mamer. ut nostro. Nam Plutarchus plane diversus, qui P. Veturium et M. Minucium nominat. *Lips.*

In tanta vetustate rerum ægre, vel etiam frustra, conciliabis dissentientes auctores, qui et suo jam ævo ipsi dissensum memoriarum experti sunt.

[c] *Rem militarem*] Quæstor in provincia vel exercitu prætori præsto esse debuit, 'neque justior aut gravior causa necessitudinis,' inquit Tullius. Antequam consul provincia decederet, quæstori magistratu abesse non licuit: aliquando delectus a consule, aliquando sorte.

Alii quæstores provincias decreto senatus sortiebantur, qui etiam jus dicere, lictores habere, et munera belli obire, ac magistratus insignia in provincia ferre poterant; his et mandata imperia et exercitus commissos, illorumque ductu et auspiciis egregia bello gesta, provincias administratas et perdomitas, hostes profligatos legimus. Ad consilium belli cum consul aut prætor adesset, vocabantur cum legatis, cum viris senatorii ordinis, cum tribunis et centurionibus.

[d] *Mox duplicatus numerus*] Epitome Livii XV. 'Quæstorum numerus ampliatus est, ut octo essent.' Quod accidit circiter annum urbis 488. *Lips.*

[e] *Stipendiaria jam Italia*] Vectigalia conferebant Itali socii, et plus minusve attriti pro fide et fœderibus antiquis.

Stipendiaria] Puto, sic a provinciis distinguit Italiam et socios, qui tributis haud spreti et attriti, sed tantum viros, equos, arma et virtutem pro tributo præbebant, quod potius militare *stipendium* videbatur, quam vectigal. Cic. in Verr. 'Ceteris aut impositum est vectigal certum, quod stipendiarium dicitur, ut Hispanis et plerisque Pœnorum, quasi victoriæ præmium, ac pœna belli,' &c.

[f] *Provinciarum*] Quæstoribus erectæ statuæ in provinciis. Cic. pro Sextio. 'Ut quæsturam Macedoniæ relinquam, &c. quanquam non est omittenda singularis illa integritas provincialis, cujus ego nuper in Macedonia vidi vestigia non pressa leviter, ad exigui prædicationem temporis, sed fixa ad memoriam illius provinciæ sempiternam;' quod patet etiam ex Sueton. in Tito.

[g] *Post, lege Syllæ, viginti creati supplendo senatui*] Romanorum enim institutis, nemo Senator fiebat, nisi qui magistratum gessisset. Vide Carolum Sigon. de antiq. jure Rom. II. 2. *Pichena.*

Viginti creati supplendo senatui] Uti

cui judicia tradiderat: et, quanquam Equites judicia recuperavissent,[6] [h] Quæstura[i] tamen, ex dignitate candidatorum, aut facilitate tribuentium[j] gratuito concedebatur, do-

judicia ipse *tribuerat; et quamvis equester ordo* postea *judicia reciperasset, attamen quæstura tribuebatur,* vel *pro dignatione ambientium, vel ex benignitate con-*

6 *reciperavissent* Brotierus et Homerus.

NOTÆ

a Cæsare Dictatore quadraginta, eadem, ni fallor, causa. Vide Dionem XLII. *Lips.*

Supplendo senatui] Qui exhaustus bellis civilibus Marii et Syllæ, ac proscriptionibus et exiliis tot illustrium civium Rom.

[h] *Equites judicia recuperavissent*] Defuncto Sylla per undecim annos penes Senatorum ordinem judicia fuere, quousque L. Aurelius Cotta prætor legem promulgavit, de restituendis equestri ordini judiciis; ut tres simul ordines, senatores, equites, ærariique tribuni judicarent. Indeque communicatam potestatem equites recuperasse videntur, ex Philippica 1. et Asconio in Verrinam 2. et in Cornelianam. *Vertranius.*

Ablatis quippe judiciis a senatu, necesse non erat, eum adeo frequentem, ut antea, esse, nec per consequens, tot Quæstores eligere, ad supplendum. *Pichena.*

[i] *Quæstura*] Quæ primus ad senatoriam dignitatem gradus. Expectabant tamen quæstores, dum per Censores in senatum legerentur, quandoque toto triennio, donec lustrum nempe conderetur.

[j] *Facilitate tribuentium*] Steph. Pighius ad annum U. C. 672. hæc verba accipit, quasi Sylla tulerit, ut quotannis isti viginti quæstores, partim populi suffragio, partim consulum beneficio, crearentur: 'nam Tacitus,' inquit, 'profecto dixisset *populi*, non *tribuentium facilitate;* si solus populus quæsturam tunc dedisset.'

Idem ei apertius ostendere Cicero videtur in Interrogatione, cum ait, Vatinium quæsturæ candidatum, 'invitis omnibus, non populi, sed consulis beneficio, extremum adhæsisse.'

Ea enim verba docere, uno quæstore populi suffragiis creato, alterum mox renuntiatione consulis, e turba candidatorum adjici potuisse: atque alternatim usque ad extremum.

Et id fortassis eo instituisse Syllam; ne nimis diu extraherentur comitia in tanto quæstorum numero. Hæc somnia sunt inanissima.

Beneficium consulis Ciceroni, nihil est aliud quam consulis, qui comitiis præerat, studium et contentio in commendando Vatinio, et vehemens pro eo supplicatio. Quod rogandi genus, cum semper sit gratiosum, tum sunt interdum, quibus rogantibus nihil non jure se concessurum populus putet. Hi multis sæpe indignis profuerunt, et suffragia quamvis invitis extorserunt.

Neque inepte Nic. Abramus dicit, posse et fraudis suffragiorum punctis adhibitæ suspicionem motam credi. Nam Tacitum, hic non solum intelligere *populum*; et illum hic solita sua subtilitate usum, cum *tribuentium* dicere maluit.

Hoc facile largimur viro erudito: quippe et populum et senatum et principes comprehendens verbum aliquod ponere debuit Tacitus. Itaque *facilitate tribuentium* dixit.

nec sententia Dolabellæ velut venumdaretur.[7] [k]

23. A. Vitellio,[1] L. Vipstano[1] Coss. cum de supplendo Senatu agitaretur, primoresque Galliæ, quæ *Comata* appellatur,[c] fœdera et civitatem[d] Romanam pridem assecuti, jus

cedentium, sine pretio aut pecunia, donec decreto Dolabellæ quasi venderetur.

A. Vitellio, L. Vipsanio Coss. cum de supplendo ordine Patrum consultaretur, et proceres Galliæ, quæ vocatur Comata, societatem et civitatem Rom. jam olim

7 *venum daretur* Brotierus et Homerus.

1 Brotier *L. Vipsanio.* Ita editiones omnes veteres, Muratori in Fastis consularibus et alii. In Mss. *Vipsano* aut *Vipsana.* Unde emendavit Cl. Ernestus *Vipstano.* In vetere fragmento apud Muratori, Thesaur. Inscript. vol. I. p. 305. C. VIPSTANVS POPLICOL. At incertum an idem sit ac L. Vipsanius Poblicola. *Brotier.*

NOTÆ

Nempe libera Republica, et dum jus comitiorum penes populum esset, studiis tribuum; aut quæstores postea partim favore senatus, ad quem translata comitia erant, sub Tiberio, partim studio principum, suos candidatos sine metu repulsæ obducentium, creabantur. *Gronovius.*

[k] *Venumdaretur*] Alexander Severus apud Lamprid. ‘ Quæstores candidatos ex sua pecunia jussit munera populo dare; sed ut post quæsturas, præturas acciperent, et inde provincias regerent. Arcarios vero instituit, qui de arca fisci ederent munera, eademque parciora.’

[1] *A. Vitellio*] Fuerunt duo Auli Vitellii consules. Primus P. Vitellii filius, patruus Vitellii principis consulatum habuit. Sueton. Vitell. 2. ‘ Aulus in consulatu obiit, quem cum Domitio, Neronis Cæsaris patre, inierat.’ Alter fuit Aulus Vitell. L. Vitellii ter consulis filius, mox princeps, et nunc consul Sueton. Vit. 3. ‘ L. Vitellius decessit paralysi altero die quam correptus est, duobus filiis superstitibus, quos ex Sextilia probatissima, nec ignobili, fœmina editos, consules vidit, et quidem eodem ambos totoque anno, cum majori minor in sex menses successisset.’

[c] *Galliæ, quæ Comata appellatur*] Posteaquam Galli, superatis Alpibus, sedes in Italia posuerunt, cum Latio togam communem induti, et citra et ultra Padum omnis Gallia citerior Romanis *Togata* dicta fuit.

Tum eorum socii Massilienses ab Ægatha ultra Niceam, maritimam oram tenebant: qui ubi Salyos, mediterraneam gentem, agris finitimis infestos graviter tulere, neque terra in eos, quod in alios mari possent, auxilium a Romanis petierunt.

Q. Metello, T. Flaminio Coss. C. Sextius Calvinus Proconsul in Salyos venit, devictaque natione, et inde in Alpes depulsa, regionem maritimam Massiliensibus attribuit; et quo a reliquis tutiores essent, arcem iis turribus, quas intra civitatis nostræ Basilicam cernere licet, exstruxit, Latinamque coloniam Aquas Sextias condidit, et agros quosdam Mercurio consecravit, uti nos vetus spectatio docet.

Acta hæc quinquennio antequam Narbona deduceretur: a cujus tandem Coloniæ celebritate, inter Gal-

NOTÆ

los et Massilienses formata provincia Romanis, principio *Narbonensis*, sequiori sæculo *Provincia* simpliciter dicta est: quæ antea *Gallia Braccata*, et vetus exinde nomen amisit.

Itaque factum, ut appellatione Galliæ sola *Comata* acciperetur, tam Plinio quam Cæsari, divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgæ, aliam Celtæ, aliam Aquitani.

Horum ' primores fœdera et civitatem Romanam pridem assecuti erant,' ait Cornelius: puta, quod e sociis et bene meritis populis et civitatibus essent, quales fuere *in Belgica*, Lingones et Rhemi, fœderati: Nervii, Verunni, Ulbanactes, Leuci, Treveri, liberi.

In *Celtica* Hedui et Cauratani, fœderati: Meldi, Albii, liberi. In *Aquitanica*, Sanctones, Bituriges, qui Ubisci, et qui Cubi, Arverni, liberi. Cum quibus omnibus, certisve tot populorum, icto fœdere, data primoribus civitas fuerat, sed sine jure ferendi suffragii, ne magistratus creare inter Romanos possent.

Quare jus adipiscendorum in urbe honorum eos expetisse Tacitus refert. Galli namque Transpadani, ut est apud Dionem, civitate a Cæsare Dictatore donati sunt, et Senatores facti: de quibus Suetonius Jul. 76. ait: ' Civitate donatos, et quosdam e semibarbaris Gallorum recepit in Curiam:' et illo nomine Togatos intelligit, qui *comatos*, non *semibarbaros*, sed *barbaros* appellasset.

Omnes vero reliqui togati Cispadani, Italici juris facti sunt ab Augusto, qui jure ac dignatione urbi quodammodo pro aliqua parte Italiam adæquavit: excogitato genere suffragiorum, quæ de magistratibus Urbicis decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent, et sub diem comitiorum obsignata Romam mitterent.

Illis igitur in Urbe creare, petere, gerereque magistratus, saltem minores, ut Ædilitatem et Quæsturam licuit, pro municipum jure, qui Italici juris facti, salvis legibus et moribus viverent; sicuti in oratione dixit Adrianus, quam in Senatu de Italicensibus habuit, Agellio referente lib. XVI.

Provincia quoque nostra non dissimili jure usa est, si Latinas ejus Colonias spectes: ut *Aquæ* nostræ fuere: usa vero et majore, si Romanas colonias consideres, qualis Arelate Sextanorum, et similes. Strabo namque lib. IV. in hunc sensum scribit: ' Latii jus habent, ut qui ædilitatis quæsturæque dignitatem Romæ assecuti sunt.' Quod si verum in sociis, verius in coloniis nominis Latini fuit.

Sed et illud scitum est, in veteri Rep. et ante imperium constitutum, Veteranos et emeritos, quasi cives in agrum assignatum deductos, æquo jure cum illis usuros, qui urbem Romam incolerent: et cum eorum colonia effigies parva et simulacrum quoddam pop. Romani videretur, jura institutaque omnia pop. Romani habuit. Inde est, quod leguntur lib. sequenti, ' Senatores provinciæ Narbonensis.'

Itaque si *Togati* et *Braccati* Galli, magistratus gerendi facultatem cum jure civitatis haberent, idem sibi *Comati* æquo jure postulabant, scilicet ad aliorum exemplum, eis jus suffragii ferendi a Senatu concedi. *Vertranius.*

Galliæ, quæ Comata appellatur] Fuit pars major Galliæ regionis, et a Romanis divisa fuit in tres regiones, nempe *Belgicam*, *Celticam* sive *Lugdunensem*, et *Aquitaniam:* hodie pars major regni *Franciæ* ad Oceanum occidentalem cum vicinis regionibus citra et ad Rhenum fluvium, &c. *Tillemonius.*

adipiscendorum in urbe honorum expeterent, multus, ea super re, variusque rumor. Et studiis diversis apud Principem certabatur, asseverantium, 'non adeo ægram[m] Italiam, ut Senatum suppeditare urbi suæ nequiret: suffecisse olim indigenas consanguineis populis,[n] nec pœnitere veteris

adepti, postularent etiam, ut sibi liceret Romæ dignitates obtinere. Plurimi ea de re, diversique sermones habiti sunt, *et variis studiis apud Cæsarem contendebatur: affirmantium,* non ita defectam Italiam, ut non posset præbere senatum civitati suæ; suffecisse quondam Patres indigenas cognatis nationibus, nec rubori esse

NOTÆ

[d] *Fœdera et civitatem*] Duplex Gallia, Cisalpina et Transalpina. Cisalpini iterum duplices, Cispadani et Transpadani. Ex his qui cis Padum, jus civitatis assecuti sunt post bellum Marsicum: qui trans Padum, jus Latii eodem tempore, ferente Pompeio Strabone, qui pater Magni.

Ea lex, Pompeia dicta. Sed non contenti Latinitate Transpadani, turbas sæpe moverunt: incitante etiam post Quæsturam C. Cæsare.

Nec enim de aliis hæc apud Suetonium capio; 'Decedens ergo ante tempus, colonias Latinas, de petenda civitate agitantes, adiit, et ad audendum aliquid concitasset, nisi consules conscriptas in Ciliciam legiones, paulisper ob id ipsum, retinuissent.'

Donec ille Cæsar Dictator primum transtulit eos in civium jus, narrante Dione lib. XLI. 'Gallis, qui citra Alpes supra Padum incolunt, civitatem, ut qui ipsis imperasset, concessit.'

At de Transalpinis non liquide pureque aliquid scriptum reperio, nisi quod Strabo ostendit *Cavaros, Salyesque* civitate donatos, tempore tamen non expresso: 'omnes,' inquit, 'ita appellant (*Cavaronum* nomine scilicet) qui ibi incolunt, Barbaros: et si nunc non Barbaros, quia plerique eorum ad Romanum habitum transierunt et lingua et moribus, quidam etiam in civitatem eorum recepti.'

Donatos tamen, non dubium est, ab Augusto: tunc ne cum Italiam ad Alpes promovit? an potius in diuturna illa peregrinatione, cum ad res Galliæ constituendas biennium continuum illic egit?

Quod obiter suadere Dio videtur lib. LIV., qui Augustum in ea peregrinatione *libertatem* et *jus civitatis* aliis dedisse, ait, aliis ademisse. *Civitatem* autem accipimus, *sine jure suffragii,* quod nunc a Claudio demum assecuti sunt. *Lipsius.*

Civitatem Rom. pridem assecuti] Ad id respiciebat Seneca de Benef. lib. VI. 19. 'Quid ergo, inquit, si princeps civitatem dederit omnibus Gallis, si immunitatem Hispanis, nihil hoc nomine singuli debebunt? quid ni debeant? debebant autem, non tanquam proprium beneficium, sed tanquam publici partem.'

[m] *Non adeo ægram*] Nondum adeo defectam Italiam nunc, *ut Senatum urbi suæ suppeditare nequiret:* etiam id posse nunc, quemadmodum et olim suppeditaverat; idque certum: quia memorantur adhuc exempla virtutis et gloriæ, quæ etiam nunc isto ævo Romana indoles prodiderit, ut non antiquis adhuc eo decore cedat.

[n] *Suffecisse olim indigenas consanguineis populis*] Videtur sensus: Urbis hujus indigenæ, una cum consangui-

Reip. Quin adhuc memorari exempla,[x] quæ priscis moribus ad virtutem et gloriam Romana indoles prodiderit. An parum, quod Veneti et Insubres[o] curiam irruperint, nisi

priscam Remp. Quinetiam nunc referri exempla, quæ ex moribus antiquis ad virtutem et honorem Romana ingenia protulerint. An parum quod Veneti et Insubres in senatum invaserint, nisi *etiam* multitudo extraneorum, quasi capti-

NOTÆ

neis populis, suffecere olim Reip. Romanæ: eritque locus integer, nec opus addere, *cum consanguineis*, ut Lipsius autumat.

Sic alibi Tacitus lib. XIV. 'Igitur Fabianus tabulam iis, quos memoravi, et aliis minus illustribus, obsignat.' Fortasse melior interpretatio: *indigenas*, scilicet Italiæ, Romanis *consanguineis* suis olim suffecisse. *Pichena.*

Populum Romanum, non *populos Romanos* novimus. Ergo aut delenda vox ea, ut sit, *suffecisse olim indigenas consanguineis:* aut *populos* faciendum, ut sit, *suffecisse olim indigenas consanguineis populos*, aut denique scribendum, *suffecisse olim indigenas consanguineo populo.*

Nempe Italicos populo Romano, qui Etruscos, Latinos, Sabinos, &c. miscuerit, et unum ex omnibus sanguinem ducat, ut ait Florus lib. III. 18. Et hoc præfero. *Gronovius.*

Indigenas consanguineis] Sensus videatur: Olim Latinos (qui indigenæ) suffecisse Romanis, sanguine et affinitate cum iis junctis: cur non nunc tota Italia? Possis etiam legere, *indigenas consanguineos populos*, eodem sensu. *Lips.*

Indigenas consanguineis populis] Vel intellige, *suffecisse olim indigenas* Romanos supplendo senatui, una cum consanguineis populis, qui præcipue *Latini.* Hoc dictum foret Græca phrasi, supple ἅμα, *una cum*, &c.

Vel per *indigenas*, intellige homines ortos Romæ, vel etiam ascitos ex Italia in Civitatem et Curiam per honorem, qui *indigenæ*, quia nati in urbe vel in Italia erant. Ita ut suffecerint tales *indigenæ*, ut senatum suppeditarent Romæ jusque redderent *consanguineis populis*, nempe Latinis, Hetruscis, Sabinis, et aliis.

Vox *olim* notat veterem institutionem senatus, qui compositus initio ex ipsis patribus Romanis aut Italis, qui *indigenæ* suffecere Latinis et aliis consanguineis populis.

Quidam viri ex illis populis assumti in civitatem et curiam, sed pauci et illustrissimi, et privatim; non vero confertim civitates universæ initio sic ascitæ fuerunt. Immo bellum sociale gravissimum conflatum ideo est, quod sociis jus civitatis et suffragiorum negarent.

[x] *Quin adhuc memorari exempla*] Vertunt, Memorari adhuc vetera exempla virtutis et gloriæ, quæ olim ex priscis moribus indoles Romana prodiderit; sed quid in eo mirum?

Puto, potius referendum illud ad ea quæ præcedunt, hoc sensu, nempe *non adeo ægram nunc Italiam* esse, *ut senatum suppeditare urbi suæ nequiret;* quia nempe *adhuc* et etiam nunc memorantur *exempla* virtutis, quæ ex *priscis moribus Romana indoles* nostris temporibus *prodiderit:* sic validius argumentum Taciti.

[o] *Veneti et Insubres*] Qui populi *Transpadani.* Ex his colligas *Cavaros*, de quibus Strabo, pleno civium jure non fuisse. Eos enim potius hic nominasset. *Lipsius.*

Veneti] Venetia, provincia Italiæ ad mare Adriaticum: hodie pars sta-

cœtus alienigenarum,[p] velut captivitas,[q] inferatur? quem ultra honorem[r] residuis nobilium, aut si quis pauper e Latio[s] Senator, fore? oppleturos omnia divites illos, quorum

va turba, *illuc* invehatur? quod ultra decus superstitibus patriciorum? aut si quis tenuis senator existeret e Latio? occupaturos cuncta opulentos illos *pro-*

NOTÆ

tus Reipublicæ *Venetæ* in Italia, ubi provinciæ vulgo ab Italis dictæ, *Cadorino, Feltrino, Trevigiano, Vicentino, Padovano, Dogado,* et *Polesine di Rovigo.* Tillemon.

Insubres] Populi Galliæ Transpadanæ, in Italia: hodie pars status Mediolanensis, ubi provinciæ vulgo ab Italis dictæ, *Comesano, Milanese, Lodigiono,* et *Vigevanasco;* partesque provinciarum *Pavesie, Laumellino,* et *Novarese:* parent regi Catholico. *Tillemon.*

[p] *Nisi cœtus alienigenarum*] Quod sane haud diu post evenit: adeo ut Augustinus vere scripserit; 'numquid non multi Senatores in aliis terris, qui Romam ne facie quidem norunt?' l. v. De Civitate Dei cap. 16. *Lipsius.*

[q] *Velut captivitas*] Non in eo comparatio est, quasi captiva esset civitas aut curia, quam ideo irrumperent extranei, quia bello victam cepissent. Nam sic non *inferretur captivitas,* non sic captivi hostes intrarent, sed potius victores irrumperent Curiam.

Sed in eo comparatio est, quod cœtus ille alienigenarum, quasi captivorum turba aliqua Curiæ Rom. inferretur; quod turpe et pudendum Romanis gentium dominis ac victoribus, qui captivorum colluviem augustissimo ordini suo admiscerent, sicque dignitatem Rom. polluerent.

Velut captivitas] Vertunt, Nisi cœtus alienigenarum velut in captam civitatem inferatur. Sed errant; neque enim alienigenæ inferuntur, aut vi inducuntur, ut in captam civitatem, immo ultro invadunt atque irrumpunt.

Melior sensus; barbaros induci in curiam, quasi captivitas et ignominia tota eo induceretur; et quasi captivi illi olim suæ cladis et ignominiæ labem secum inveherent in senatum, et sic augustissimum ordinem dehonestarent.

Velut captivitas] Quasi captivi inducerentur in Curiam, ibi veluti squalorem, vincla, et speciem totam captivitatis statim deposituri, ut quasi miraculo novo, totum, dominantium instar, habitumque et prætextum ipsum senatus induerent, imperarentque quo loco inservire debuerunt.

Respexit Tac. ad id, quod tradit Suetonius Jul. 80. de ipsis Gallis magna ex parte, ut puto: Peregrinis in senatum allectis, libellus propositus est; bonum factum: ne quis senatori novo Curiam monstrare velit: et illa vulgo canebantur.

Gallos Cæsar in triumphum ducit, iidem in Curia Galli braccas deposuerunt, latum clavum sumserunt. Sueton.

[r] *Quem ultra honorem*] Intellige non de senatoria dignitate præcise, sed de aliis dignitatibus, seu magistratibus, quibus opulenti senatores tenuibus et modicis patribus præcellebant, ut fuit *prætura, consulatus, &c.*

[s] *Latio*] Latium provincia Italiæ regionis ad mare Tyrrhenum: hodie pars provinciæ *Campaniæ Romanæ* in statu Ecclesiastico, et pars *Terræ Laboris,* in regno Neapolitano. *Tillemonius.*

avi proavique, hostilium nationum Duces, exercitus nostros[t] ferro vique[2] ceciderint; D. Julium[u] apud Alesiam[v] obsederint. Recentia hæc: quid si memoria[w] eorum inoriretur,[3]

vinciales, quorum majores, infestarum gentium duces, strictis gladiis legiones nostras *ad internecionem* occiderint, et Divum Julium circumsederint apud Alexiam. Nupera hæc; *sed* quid si obversarentur animis ii qui Capitolio et

2 Ita Mss. Puteolanus *ferro ignique*.—3 Nullus in Tacito locus deploratus magis: nec ullam sanitatis spem afferunt scripti codices. Juvat tamen Vaticanorum librorum scripturam, quæ eadem est in ceteris omnibus, exhibere, ut inde eruditis conjectandi sit locus. In Ms. 1864. 'Quid si memoria eorum moreretur, qui Capitolio et ara Romana manibus eorundem per se satis fruerentur.' In Ms. 1958. supra *moreretur* scriptum *memoretur;* loco *per se satis* scriptum *prostratis;* in margine *per se satis*. Quam multa inde divinaverint eruditi, longum et inutile foret referre. Absurda silebo: probabiliora tantum referam, ut ea probet meliorave tentet lector. Puteolanus edidit, *Quid si memoria eorum inoriretur*. At verbum insolens *inoriretur*. Nec, cum emendantur scriptores, nova verba obtrudenda. Addit Cl. Chiffletius, 'qui Capitolium et arcem Romanam, Deorum sedem, persecuti sunt.' Optime quidem vidit Cl. Chiffletius a librariis perperam scriptum *ara Romana* pro *arce Romana*. Cetera minime sunt Corneliana. Haud felicior J. Fr. Gronovius, 'quid si memoria eorum inoriretur, qui Capitolium et arcem Romanam, mœnibus eorundem prostratis?' subauditum putat, *obsederint*. Hæc dura; nec prostrata sunt Capitolii mœnia. Cl. Lallemand monet legendum cum Jac. Gronovio: 'Quid si memoria eorum moverentur, qui pro Capitolio et arce Romana manibus eorundem prostrati sunt? pro Capitolio *idem esse ac* ante Capitolium.' Sed certe, *memoria eorum moverentur* et *manibus eorundem prostrati sunt* ab usu styloque Taciti recedere mihi videntur. Displicet quoque Ryckius, 'Quid si memoria eorum innovaretur, qui in Capitolio et arce Romana a majoribus eorundem prostrati.' Nemo a Gallis in Capitolio prostratus, 'cum victoribus Gallis capta tota urbe, Capitolium tamen atque arcem Diique et homines Romani tenuerint, habitaverint,' teste Livio, v. 51. Vossii, Heinsii, aliorumque emendationibus abstineo, quæ Latinitate aut historica veritate satis refelluntur. Cum nihil ergo occurreret, quod placeret, nec quicquam sani ex librorum scriptura extrudi posset, dum meliora succurrerent, suppleri posse existimavi, quæ neque hoc loco, nec Taciti mente,

NOTÆ

[t] *Exercitus nostros*] Narrat fere ordine Gallorum nostrorum facinora egregia adversus Romanos. Itaque hic intellige Gallos, qui Cæpiones et exercitus Rom. deleverunt, antequam Cæsar Gallias invaderet, qui et apud Alesiam obsessus; dein et vetustissimos Gallos Senones recenset, qui Romam ipsam cepere, et Capitolium per septem menses oppugnavere.

[u] *D. Julium*] Præcipue memorat hunc obiter, quia ipse præcipuum Romani imperii conditi caput et decus; et quia apud Cæsarem hæc oratio habebatur; et quia obsessus a Gallis nostris Cæsar apud Alesiam, fere eo impetu, quo olim Capitolium, de quo statim tradit.

[v] *Alesiam*] Alexia, urbs Mandubiorum populorum, in Æduis populis Lugdunensis Primæ, Galliæ provinciæ: hodie Alise, burgus tractus Auxois, in Ducatu Burgundiæ. *Tillemonius*.

[w] *Quid si memoria*] Sic legendum puto: *Quid si memoria eorum inoriro-*

qui capitolio et ara[4] Romana[x] manibus eorundem per se

arce Rom. manibus eorundem *Gallorum* eversis, fruerentur tamen jure civi-

indigna mihi viderentur: 'Quid si memoria eorum renovaretur, qui, Capitolio et arce Romana manibus eorundem fere superatis, pretium populi Romani mille pondo auri fecerint?' Hæc omnia, ut supra in Notis monuimus, constant ex Livio, v. 39. 47. et 48. Floro, I. 13. Plinio, XXXIII. 1. sect. 5. Loca integra referre supersedeo, quod jam longior fuerim. Hæc consulat eruditus lector. *Brotier.*—4 *arce* pro *ara* Brotierus et Homerus ediderunt.

NOTÆ

tur, qui Capitolio et arce Romana manibus eorundem prostratis, fruerentur sane vocabulo civitatis, insignia patrum, &c. ne vulgarent.

Hoc sensu nempe: Quid si memoria eorum Gallorum inoriretur, seu obversaretur animis, qui postquam Capitolium et arcem Rom. suis manibus prostraverunt, fruerentur vocabulo seu jure civitatis? fruerentur sane tali vocabulo, et cives essent Romani; at ne senatores essent, ne in curiam Rom. inducerentur, ne magistratus et dignitates populi Rom. participarent vulgarentque.

Quid si memoria] Sic lego et intelligo, *quid si memoria eorum* (Gallorum) *inoriretur, qui Capitolio et arce Romana, manibus eorundem* (Gallorum nempe) *prostratis, fruerentur* nunc vocabulo seu jure civitatis; *fruerentur sane vocabulo civitatis* Galli; at *insignia patrum, &c. ne vulgarent.*

Lego, *arce Romana*, quia non constat ex historia, ullam aram aut templum destructum esse a Gallis: et Livius perpetuo hæc jungit, *Capitolium et arcem Romanam;* nec aliter Tac. haud dubie.

Eorundem intelligit avos proavosque Gallorum, supra *quorum avi proavique, &c.* Sed quia in Mss. reperitur τὸ *per se satis*, dubito, num ea vox expulerit vocem alteram similem *prostratis.* Nam aliis locis. Tac. habet *per se satis fruerentur, &c.*

Quicquid sit de verbis, sensus facilis est, quod sufficit. *Quid si memoria eorum* Gallorum *inoriretur, qui postquam Capitolium et arcem Rom. suis manibus prostravissent*, aut saltem prosternere conati essent, *nunc iis fruerentur* iidem *Galli; sane fruerentur illi civitate*, sane jus civitatis haberent ipsi; ne tamen senatum ceteraque decora patrum vulgarent.

[x] *Qui Capitolio et ara Romana*] Locus fractus corruptusque, uti oratiuncula hæc tota. Nec ista Attius Nævius pater augurum restituerit, sine libris: nedum ut Beatus nobis persuadeat, germanam lectionem esse, *qui Capitolio et ara Romana? manibus eorundem parceretis.*

Est enim, inquit, aposiopesis: subaudiendumque, potiti sunt: qua figura, medius fidius, vellem ipse usus esset. Mei libri, *memoria eorum memoretur, qui Capitolio et ara Romana manibus eorundem per se satis.* Lipsius.

Capitolio et arce Rom.] Sic reposui: *Capitolio et arce Romana*, quia sic perpetuo Livius, quem Tacitus æmulatur. Neque certe aras aut templa Rom. subverterunt Galli; immo jus gentium tum sancte ac fortiter vindicabant.

Capitolio] Varro l. II. de vita populi Rom. 'ut noster exercitus sit fugatus, ut Galli Romæ Capitolii sint potiti, neque inde ante sex menses cesserint.'

Capitolio] Vide notas VI. 12.

satis[y] * fruerentur[z] sane vocabulo civitatis: at insignia Patrum, decora Magistratuum, ne vulgarent.'

24. His atque talibus haud permotus Princeps, et[1] statim contra disseruit, et, vocato Senatu, ita exorsus est:[a] 'Majores mei (quorum antiquissimus Clausus,[b] origine Sabina,[c]

tatis; *fruerentur sane tali jure illi:* at ornamenta patrum, honores magistratuum ne publicarent, *ne in vulgus communicarent.*

His et similibus rationibus *posthabitis, Cæsar statim contra censuit, et vocatis patribus sic exorsus est:* Patres mei, (quorum vetustissimus Clausus, stirpe Sabi-

1 Ita Mss. Flor. Corb. Pichena et Recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et veteribus editionibus *etiam statim.* Mallem *etiam* vel *et* omitti. *Brotier.*—

NOTÆ

[y] *Manibus eorundem per se satis*] Pro *per se satis* vulgo legitur *prostratis,* quod retinui, quia sic alii auctores Latini loquuntur, et id ex veritate historiæ, hoc loco; nam Galli, quantum in ipsis fuit, 'Capitolium et arcem Rom. manibus' suis prostraverunt, omni vi et arte, per sex menses. Sic Varro de his ipsis Gallis eademque arce.

[z] *Fruerentur*] Ego mihi hunc locum bene persanasse visus sum: *Quid si memoria eorum inoriretur, qui Capitolio et ara Romana, mœnibus eorundem prostratis, fruerentur? Sane vocabulum civitatis: insignia patrum, decora magistratuum, ne vulgarent.* Per *aram Romanam* intelligit Tacitus *maximam:* quam, ut et Capitolium, non fuisse prostratam, satis constat. *Ger. Vossius G. F.*

Tentabam: *Recentia hæc: quid si memoria eorum inoriretur, qui Capitolium et arcem Romanam, mœnibus eorundem prostratis?* Intelligo, *obsederint,* ædificiis urbis afflictis incensisque.

Ista quæ recensuerat, *ferro vique* cæsas legiones, *D. Julium* apud Alesiam obsessum, recentia hæc et memoriæ nondum exoletæ.

At quanto graviore invidia premi posse Gallicum nomen, quanto minus dignos Curia Romana visum iri ipsos, si mentio etiam fiat illorum, qui, mœnibus incensis ac prostratis, circa montem Tarpeium et arcem per sex menses minacissimi pependerint. *Gronovius.*

Recte hæc; nisi quod, *manibus* hic legendum, non *mœnibus;* quippe Tacitus hic memorat tantum *Capitolium et arcem Rom.* non *Urbem,* quasi de industria; quia ibi salus populi Rom. agebatur.

Sed præsertim quia senatus habebatur sæpius in templo Jovis Capitolini; et hæc ædes pro Curia; ex qua ergo procul arceri debuerunt Galli ipsi, quod eam arcem suis manibus olim prostravissent pro virili.

[a] *Ita exorsus est*] Quæ oratio principis, memoriæ causa, Lugduni habita, celeberrima urbe Galliarum, et in æs incisa. Tabula manet illic etiam nunc; et dignum lectu exemplar ejus, quod exscriptorum fide, proposui in Excursu A: eo magis, quod multa in eo ad Taciti lucem. *Lipsius.*

[b] *Clausus*] Sic Suet. Tib. 'Patricia gens (fuit enim et alia plebeia, nec potentia minor, nec dignitate) orta est ex Regillis oppido Sabinorum. Inde Romam recens conditam, cum magna clientum manu, commigravit, auctore Tito Tatio consorte Romuli:

simul in civitatem Romanam, et in familias patriciorum ascitus est) hortantur, uti paribus consiliis Remp. capessam, transferendo huc, quod usquam egregium fuerit.[d] Neque enim ignoro, Julios Alba,[e] Coruncanios Camerio,[f] Porcios Tusculo,[g] et, n vetera scrutemur, Etruria[h] Lucaniaque,[i]

nus, pariter inter cives Rom. et in gentes patriciorum ascriptus est,) *me* admonent, ut similibus consultis regam Remp. huc alliciendo, quod ubique terrarum eximium fuerit. Neque enim me latet, in senatum evocatos Alba Julios, Coruncanios Camerio, Porcios Tusculo; et ne antiqua investigemus, ex Etruria

NOTÆ

vel quod magis constat, Atta Claudio gentis principe, post reges exactos sexto fere anno, a patribus in patricios cooptata.' Qui olim Romam commigrabant, nomina sua dare debuerunt, ut jus civitatis obtinerent; et ea nomina sæpe immutata, ut magis Romani viderentur: sic Atta Clausus, Appius Clausus factus est.

[c] *Sabina*] Sabini, populi Samnii regionis in Italia: hodie pars provinciarum *Sabinæ* et *Ombriæ*, vel Ducatus *Spoleti* in statu Ecclesiastico; et pars provinciæ Aprutii Ulterioris; vulgo *Abruzzo ultra*, in regno Neapolitano. *Tillemonius.*

[d] *Quod usquam egregium fuerit*] In oratione Claudii, quæ Lugduni incisa ære cum Scto. sic habetur pagina secunda:

' ..... DIVVS. AVG .....
NO..... LVS.....
Et patruus Ti. Cæsar omnem florem ubique coloniarum ac municipiorum, bonorum scilicet virorum et locupletum in hac Curia esse voluit.'

[e] *Julios Alba*] Etiam post imperium Juliorum Cæsarum, adhuc superstites plures familiæ Juliæ apud Albam. Patet ex inscriptione apud Gruterum, p. 235. in qua laudantur quatuor *Julii* pontifices Albæ, ævo Tiberii, tres e tribu *Fabia*, unus e *Scaptia*, quæ erant *Juliorum* propriæ.

Julios Alba] Apud Sueton. 5. sic Julius ipse pro Rostris: ' Amitæ meæ Juliæ maternum genus ab regibus ortum, paternum cum Diis immortalibus conjunctum est. Nam ab Anco Marcio sunt Marcii Reges, quo nomine fuit mater: a Venere Julii, cujus gentis familia est nostra.'

Julios] Trojanæ familiæ superserant usque ad tempus Dionysii Halic. Sic narrat ipse l. 1. Cum Numitor Romulum et Remum mitteret ad condendam Romam cum plebe, ' In his,' inquit, ' erat magna plebis pars, ut fieri solet in migrationibus, non pauci etiam ex optimatibus nobiles; Trojani quoque generis nobilissimi quique; ex quibus aliquot gentes ad nostram ætatem supersunt, quinquaginta ferme familiæ,' &c. in quibus haud dubie *Julii*.

Alba] Alba Longa, urbs Latinorum populorum, in Latio provincia Italiæ: hodie in ruinis jacet, inter villas vulgo dictas *Palazzuolo* et *Castel Gandolfo*, in parte occidentali Campaniæ Romanæ, provinciæ status Ecclesiastici. Ex Cluverio et *Latio* Kircheri. *Tillemonius.*

[f] *Camerio*] Cameria, vel Camerium, oppidum Sabinorum populorum, in finibus Latii. Ex Cluverii Ital. Ant. l. II. c. 9. p. 665. *Tillemon.*

[g] *Tusculo*] Tusculum, oppidum Latinorum populorum in Latio provincia: hodie *Tuscolani*, villa Campaniæ Romanæ, versus orientem urbis *Frascati*, in statu Ecclesiastico. *Tillemon.*

[h] *Etruria*] Vide notas supra c. 14.

[i] *Lucania*] Provincia Italiæ regio-

et omni Italia, in Senatum accitos.[j] Postremo ipsam[k] ad Alpes[l] promotam, ut non modo singuli viritim, sed terræ, gentes,[2] in nomen nostrum coalescerent.[m] Tunc solida domi quies, et adversus externa floruimus, cum Transpadani[n] in civitatem recepti, cum, specie[o] deductarum per orbem[p] terræ legionum, additis provincialium validissimis, fesso Im-

Lucaniaque, et universa Italia, *viros* in eum ordinem ascitos. Demum ipsam *civitatem* ad Alpes usque ampliatam; ita ut non solum singuli homines, sed regiones nationesque in vocabulum nostrum confluerent. Tunc firma in urbe pax, et contra exteros præpolluimus, cum Transpadanis jus civitatis concessum est, cum prætextu deductarum in omnes imperii partes legionum, adjecto provincialium robore, ægra et exhausta Respub. sublevata est. Num

2 *Gentesque* Ryckius habet; sed notulam hanc subjungit: Mss. Flor. et meus: *terræ gentes*, sine copulativa. Unde Nicolaus Heinsius tentabat: *sed integræ gentes*. Reg. *certæ gentes*.

NOTÆ

nis, ad mare Tyrrhenum Ioniumque: hodie magna pars *principatus Citerioris*, cum *Basilicata* fere integra. Hæ sunt regni Neapolitani provinciæ, et parent Regi Catholico. *Tillemonius.*

[j] *Omni Italia, in senatum accitos*] Hinc apparet, Italiam non protendi usque ad Alpes, quando aut de jurisdictione aut de privilegiis agitur. Quamobrem Tranquillus C. Julio: 'Crassum Pompeiumque in urbem provinciæ suæ Lucam extractos compulit,' &c. Idem: 'Consecutusque cohortes ad Rubiconem flumen, qui provinciæ ejus finis erat.' Constat autem Julium Cæsarem præfuisse utrique Galliæ: de quo scripsi late in commentariis civilibus. *Ferretus.*

Italia] Vide notas l. VI. c. 3.

[k] *Postremo ipsam*] Non *Italiam* intelligo, sed ipsam civitatem Romanam. *Pichena.*

[l] *Alpes*] Montes Galliæ, Illyrici late sumti, et Italiæ *regionum*: hodie nomen antiquum retinet. Sunt vero in regno Franciæ, imperio Allemaniæ, et Italia recentiore. *Tillemonius.*

[m] *Terræ, gentes, in nomen nostrum coalescerent*] Quod Rutilius sic expressit: 'Fecisti patriam diversis gentibus unam: Profuit injustis, te dominante, capi. Dumque offers victis proprii consortia juris, Urbem fecisti, quod prius orbis erat.'

[n] *Transpadani*] Populi Italiæ regionis ad septentrionem Padi fluvii, ut videtur: hodie pars septentrionalis *Lombardiæ*, usque ad fluvium *Po*, in Italia hodierna. *Tillemonius.*

[o] *Cum, specie*] Fuit certe species seu prætextus, quem obtendebant, ut robur provinciarum non modo suis exercitibus adjungerent, sed etiam coloniis et civitatibus ditissimos populos adderent subjicerentque; ut eos sensim legibus, artibus, moribus suis imbuerent, et ad officia legum promtos haberent, sicque facilius in obsequio continerent.

[p] *Deductarum per orbem*] In colonias nempe deductarum. Iisque misti e provincialibus fere semper aliqui, eodem jure. *Lipsius.*

Deductarum] Cur autem Romani hunc morem semel usurpatum nunquam postea intermiserint, ut, aut quotidie novas colonias deducerent,

perio[q] subventum est. Num pœnitet, Balbos ex Hispania,[r] nec minus insignes viros e Gallia Narbonensi[s] transivisse? Manent posteri eorum, nec amore in hanc patriam nobis concedunt. Quid aliud exitio Lacedæmoniis[t] et Atheniensibus[u] fuit, quanquam armis pollerent, nisi, quod victos pro alieni-

rubori est, Balbos *huc* esse translatos ex Hispania, nec minus eximios homines ex Gallia Narbonensi? Supersunt nepotes illorum, nec studio in hanc civitatem nobis impares sunt. Quæ alia res perniciem attulit Lacedæmoniis et Atheniensibus, licet bello florerent, nisi quia superatos armis *populos*, velut

NOTÆ

aut veteres renovarent, causas potissimum sex reddi posse reperio, dum mecum diligenter veterum Annalium verba considero: Unam ad priores populos coërcendos, alteram ad hostium incursiones reprimendas, tertiam stirpis augendæ causa, quartam plebis urbanæ exhauriendæ, quintam seditionis sedandæ, sextam ut præmiis milites veteranos afficerent. *Sigonius.*

[q] *Fesso imperio*] Exhausto præcipue bello sociali; dein bellis civilibus Marii et Syllæ; mox Cæsaris et Pompeii; dein Augusti et conjuratorum; post M. Antonii. Vide Velleium l. II. de Coloniis quæ extra Italiam deductæ sunt.

[r] *Hispania*] Vide notas l. VI. c. 19.

[s] *Gallia Narbonensi*] Gallia Braccata, postea *Narbonensis* et *Viennensis* dicta, pars meridionalis Galliæ regionis ad mare Mediterraneum: hodie Primatiatus *Viennæ*, &c. aut pars meridionalis regni *Franciæ*, cum parte vicina *Hispaniæ* et *Italiæ* recentioris. *Tillemon.*

[t] *Lacedæmoniis*] Lacedæmon, urbs Laconiæ tractus, ad Eurotam fluvium, in Peloponneso, provincia Græciæ: hodie *Misitra*, aut prope. Urbs est Tzaconiæ regiunculæ ad fluvium *Basilipotamo*, in Morea, provincia præfecturæ Romeliæ, et imperii Turcici Europæi. *Tillemonius.*

Lacedæmoniis] Dionys. l. II. 'His accessit tertium institutum Romuli, quod maxime a Græci generis hominibus exerceri decuit, ut omnium longe præstantissimum, et (ut mea fert opinio) libertatis Romanæ fundamentum firmissimum, atque ad futurum imperium momentum non minimum; quo videlicet puberes in bello captis urbibus necari vetuit, aut sub hasta venumdari. Sicut nec agros eorum relinqui voluit compascuos, sed in partem agri, sorte dividendam, colonos Rom. mitti: atque ita captas urbes ex hostibus, colonias Romanorum fieri; nonnullos vero etiam in jus civitatis admitti,' &c.

Et infra: 'Quibuscum si Græcorum consuetudines comparem, non possum laudare Lacedæmonios et Thebanos, Atheniensesve, opinione sapientiæ celebres: qui ad retinendam generis nobilitatem, vel nullos vel raros in jus civitatis admittebant, ut interim taceam hospites a quibusdam pelli solitos,' &c.

'Spartani certe post acceptam ad Lenctra cladem, amissosque mille et septingentos viros, nunquam postea potuerunt civitatem in integrum restituere, sed turpiter cesserunt imperio. Itidem Thebani atque Athenienses, unico prælio ad Chæroneam a Macedonibus victi, mulctati sunt et patria libertate et principatu. At Romani nullis bellorum prælii fracti, semper abundavere copiis, viris, armis, equis, opibus,' &c.

[u] *Atheniensibus*] Vide notas supra c. 14.

genis arcebant? At conditor noster Romulus[v] tantum sapientia valuit, ut plerosque populos eodem die hostes, dein cives[w] habuerit. Advenæ in nos regnaverunt.[x] Libertinorum filiis[y]

extraneos a Rep. sua repellebant? At fundator noster Romulus adeo prudentia excelluit, ut multas nationes eadem die inimicas, et ejusdem civitatis incolas habuerit. Alienigeni reges nobis imperarunt. Nec novum, ut plurimi

NOTÆ

[v] *Romulus*] Cic. pro Corn. Balbo. 'Illud vero sine ulla dubitatione maxime nostrum fundavit imperium, et populi Rom. nomen auxit, quod princeps ille creator hujus urbis Romulus fœdere Sabino docuit, etiam hostibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere. Cujus auctoritate et exemplo nunquam est intermissa a majoribus nostris largitio et communicatio civitatis. Itaque ex Latio multi, et Tusculani, et Lanuvini, et ex ceteris generibus, gentes universæ in civitatem sunt receptæ, ut Sabinorum, Volscorum, Hernicorum; quibus ex civitatibus, nec coacti essent civitatem mutare, si qui noluissent; nec, si qui essent civitatem nostram beneficio populi Rom. consecuti, violatum fœdus eorum videretur.'

Attamen quasdam gentes in civitatem recipere nefas putarunt: ibid. Cic. 'Atenim quædam fœdera extant, ut Germanorum, Insubrium, Helvetiorum, Iaponum, nonnullorum item ex Gallia barbarorum, quorum ex fœderibus exceptum est; ne quis eorum a nobis civis recipiatur.'

[w] *Eodem die hostes, dein cives*] Tatium nempe regem et Sabinos, quibuscum, post multa bella atque inita fœdera, regnum et civitatem communicavit; et ex hac arte valde auxit.

Dein cives] Dionys. Hal. l. 1. 'Cum Romulus sibi cognominem urbem condidisset, sumto quod hodieque retinent nomine, gens temporis processu, ex minima evasit in maximam, et in illustrissimam ex obscurissima, dum Larium egenos ad se humaniter recipit, et civitatem impartit devictis bello viris fortibus, et libertis suis dat jus civium, nullius conditionis homines aspernata, quorum modo opera uti posset Respublica,' &c.

[x] *Advenæ in nos regnaverunt*] Idem habet Claudius in Oratione: 'Quondam Reges hanc tenuere urbem, nec tamen domesticis successoribus eam tradere contigit: supervenere alieni, et quidam externi; ut Numa Romulo succederet, ex Sabinis veniens, vicinus quidem, sed tunc externus; ut Anco Marcio Priscus Tarquinius, propter temeratum sanguinem, quod patre Demaratho Corinthio natus erat, et Tarquiniensi matre generosa, sed inopi, ut quæ tali marito necesse habuerit succumbere; cum domi repelleretur a gerendis honoribus, postquam Romam migravit, regnum adeptus est.'

Advenæ in nos regnaverunt] Noti sunt ex historiis T. Tatius, et Numa Pompilius ex Sabinis, et Tarquinius Priscus ex Tarquiniis oriundi peregrinique Romanorum reges. *Vertranius.*

[y] *Libertinorum filiis*] Hoc illud est quod Suetonius notat in Claudio: 'Appium Cæcum censorem, proauctorem generis sui, libertinorum filios in senatum allegisse docuit: ignarus temporibus Appii, et deinceps aliquamdiu libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.'

Et notat vere. Nam libertorum filii adeo a curia remoti temporibus priscis, ut nec in militiam sint admissi: et bello Italico libertini primum

Magistratus mandari, non, ut plerique falluntur, repens;[1 2] sed priori populo factitatum est. At cum Senonibus[a] pugnavimus: scilicet Volsci[b] et Æqui[c] nunquam adversam nobis aciem instruxere![2] Capti a Gallis[d] sumus: sed et Tuscis[e]

falso credunt, dignitates tribui libertinorum filiis: id a veteri populo Rom. usurpatum est. At cum *Gallis* Senonibus certavimus: nempe Volsci et Æqui nunquam opposita acie adversus nos conflixere? Expugnati fuimus a Gallis;

1 Sic Cod. Flor. et ed. pr. Ceteræ usque ad Pichenam *recens*. Homer. et Brotier. *repens*.—2 Sic cod. Reg. apud Ryckium, et Vatic. ap. Lipsium in margine. Vulgo *struxere*.

NOTÆ

militare cœperunt, ut notat Epitome Liviana LXXIII. *Lipsius.*

Libertinorum filiis] Puto, Claudium irridet Tacitus, ut et irrisit Suetonius. Fallebatur quippe Claudius licet historiæ conditor. Certe *libertinorum filiis* olim tributi magistratus, sed per *libertinos* intelligebant veteres libertorum filios, qui ipsi ingenui, licet ex ingenuis non essent nati.

At ævo Claudii, per *libertinos* intelligebantur ipsi *liberti*, et falsum est, veterem populum Rom. tribuisse magistratus libertorum filiis; de nepotibus id verum, non de filiis libertorum: itaque filiis ingenuorum, seu *libertinorum*, dati magistratus, sed non ut vult Claudius.

Libertinorum filios] Sueton. Claud. 24. 'Latum clavum, quamvis initio affirmasset, non lecturum senatorem, nisi civis Rom. abnepotem, etiam libertini filio tribuit: sed sub conditione, si prius ab equite Rom. adoptatus esset. Ac sic quoque reprehensionem verens, etiam Appium Cæcum censorem, generis sui proauctorem, libertinorum filios in senatum allegisse docuit.'

[2] *Non, ut plerique falluntur, repens*] Non hercle antiquius quam a Cæsare. Primus ille libertorum filios allegit in senatum, et magistratu ornavit. Dio l. XLIII. 'Multos in senatum allegit, nihil dijudicans, utrum quis miles esset, utrumve filius libertì.' *Lipsius.*

[a] *Senonibus*] Senones, populi Galliæ Cispadanæ, ad sinum Adriaticum in Italia: hodie pars major Romandiolæ, seu *Romagnæ*, in statu Ecclesiastico.

Fuerunt etiam *Senones* populi Lugdunensis quartæ, in Gallia.

Hodie Archiepiscopatus *Sens*, et Episcopatus *Auxerre*, vel pars provinciarum vulgo dictarum, *Isle de France*, *Champagne*, *Duché de Bourgogne*, *Nivernois*, et *Gastinois*, in regno Franciæ. *Tillemonius.*

[b] *Volsci*] Populi Latii provinciæ: hodie pars meridionalis *Campaniæ Romanæ*, circa urbes *Velitri*, *Sezze*, *Terracina*, &c. In ditione Pontificia, atque pars septentrionalis *Terræ Laboris*, in regno Neapolitano, sub ditione Regis Catholici. *Tillemonius.*

[c] *Æqui*] Populi Latii provinciæ: hodie aliquid *Campaniæ Romanæ* et *Sabinæ*, provinciæ in statu Ecclesiastico, et pars minima Aprutii Ulterioris, seu *Abruzzo Ultra*, in regno Neapolitano. *Tillemonius.*

[d] *Gallis*] Gallia, regio Europæ ad Occidentem, et ad Oceanum occidentalem, et ad mare Mediterraneum: hodie regnum *Franciæ*, cum regionibus vicinis *Allemaniæ*, citra et ad Rhenum fluvium, et parte quadam *Italiæ* recentioris, citra et ultra Alpes montes: his adde partem *Catalaunia* principatus, in Hispania hodierna.

obsides dedimus, et Samnitium[f] jugum subivimus. Attamen, si cuncta bella recenseas, nullum breviore spatio,[g] quam adversus Gallos, confectum. Continua inde ac fida pax.[h] Jam moribus,[i] artibus, affinitatibus nostris[j] mixti, aurum et opes suas inferant[k] potius, quam separati habeant. Omnia,

verum et Etruscis dedimus obsides, et jugum Samnitum tulimus. Attamen si universa bella in memoriam revoces, nullum breviori tempore profligatum *est*, quam contra Gallos. Perpetua exinde ac firma pax. Nunc legibus, institutis, et necessitudinibus nostris immixti, opes et copias suas huc invehant potius, quam divisi possideant. Cuncta, P. C. quæ nunc existimantur

NOTÆ

Fuit etiam Gallia *Togata*, in parte septentrionali Italiæ, divisa in *Transpadanam* et *Cispadanam*, &c. Hodie totus hic tractus vocatur *Lombardia*, paucis exceptis. De transitu Gallorum in Italiam, vide Titum Livium l. v. c. 34. et 48. *Tillemonius.*

[e] *Tuscis*] Vide notas supra c. 14. *Tuscis*] Nempe Porsenæ regi dati obsides, in quibus et puellæ.

[f] *Samnitium*] Samnites populi Samnii regionis in Italia: hodie fere omnis Comitatus *Molise*, in regno Neapolitano.

Sub Augusto imperatore quarta regio Italiæ fuit dicta *Samnium*, in qua varii populi. Hodie hic sunt *Sabina* provincia, pars *Ombriæ*, seu Ducatus *Spoleti*, et *Campaniæ Romanæ*, in ditione Pontificia; atque Comitatus *Molise* fere omnis, *Abruzzo citra* et *ultra* provinciæ, fere integræ, parsque septentrionalior *Capitanatæ*, in regno Neapolitano. *Tillemonius.*

[g] *Breviore spatio*] Ita, si Galliam Comatam spectas, de qua hic agitur: nam decimo anno a Cæsare perdomita est. Aliter in aliis Galliæ partibus, quod historiæ dicent. *Lipsius.*

[h] *Fida pax*] Seneca l. II. de Ira c. 34. 'Quid est gloriosius, quam iram amicitia mutare? quos pop. Rom. fideliores habet socios, quos quam habuit pertinacissimos hostes? quod hodie esset imperium, nisi salubris providentia victos permiscuisset victoribus? irascetur aliquis, tu contra beneficiis provoca.'

Continua inde ac fida pax] Sic etiam ipse Claudius Cæsar: 'Jam commotæ Galliæ causa agenda est, in qua, si quis hoc intuetur, quod bello per decem annos exercuerunt Divum Julium, idem opponat centum annorum immobilem fidem, obsequiumque multis trepidis rebus nostris plusquam expertum,' &c.

[i] *Moribus*] Per *mores*, intellige leges, ritus, religiones, linguam, eloquentiam, jus civile, ceterasque artes similes. Si forte excipias quædam municipalia instituta, quæ fere immutata manent, pro genio vulgi locique.

[j] *Affinitatibus nostris*] An de connubiis ipsis intelligit? extraneas uxores non ducebant Romani. An uxores Romanas acciperent extranei? Jus connubii haud dubie habuere Galli, ex quibus hi qui fratres Romanorum, et cives ipsi Romani ac pridem civitate donati, jam et nomina Romana usurpabant.

[k] *Opes suas inferant*] Qui civitate donati essent, nomen principis dantis sumere debuerunt, et ei aliquid legare testamento.

Dio l. LX. 'Laudem invenit, quod cum multi deferrentur, qui Claudii nomine non uterentur, aut testamento ei nihil legarent, quasi utrumque iis, qui civitate ab eo donati essent, fac-

P. C. quæ nunc[l] vetustissima creduntur, nova fuere. Plebei Magistratus post patricios: Latini post plebeios: ceterarum Italiæ gentium post Latinos. Inveterascet[m] hoc quoque: et quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit.'[n]

25. Orationem Principis[o] secuto Patrum consulto, primi

antiquissima, recentia fuere. *Instituti sunt* magistratus plebeii post patricios; Latini post plebeios, dein et reliquarum Italiæ nationum, post Latinos. Et hoc etiam antiquum fiet; et quod exemplis nunc sustinemus, *olim et* in exemplum abibit.

Concione Cæsaris audita, factum est decretum patrum, et primi Augustodunenses

NOTÆ

to opus esset; edixit, ne quis ideo accusaretur.'

[l] *Omnia, P. C. quæ nunc*] Pulchram et acutam sententiam reperio a Synesio Cyrenensi Episcopo, haud disparibus sane verbis expressam in epist. 57. 'Multas rerum utilium tempus invenit, aut correxit. Non omnia ad exempla fiunt, et singula quæ facta sunt, initium semel habuerunt. Demus et nos principium meliori consuetudine.' Simile, sed breviter Tertullianus adversus Marcion. I. c. 9. 'Omnis res anterior posteriori normam præministravit.' *Lipsius.*

Quæ nunc vetustissima] Livius IV. 4. 'Nullane res nova institui debet? et quod nondum est factum; multa enim nondum sunt facta in novo populo; eane, si utilia quidem sint, fieri oportet?'

Et infra: 'Quis dubitat quin in æternum urbe condita, et in immensum crescente, nova imperia, sacerdotia, jura gentium hominumque instituantur?' Multa patres nostri adinvenere industria sua et labore, nos etiam pleraque vel adinvenimus, vel adinventa auximus: 'Verum hæc nobis majores; certamina ex honesto maneant,' inquit Tacitus.

[m] *Inveterascet*] Hoc quoque, quod nunc agimus, olim vetustum fiet, et in exemplum ibit; quod certe contigit sequentibus dominationibus.

[n] *Inter exempla erit*] Plin. II. 15. 'Aliter multa quam priores tradituri, fatemur ea quoque illorum esse muneris, qui primi quærendi vias demonstraverunt: modo ne quis desperet, sæcula proficere semper.'

Plin. XXXVI. 3. ubi de theatris Curionis filii: 'Operæ pretium est scire, quid invenerit, et gaudere moribus nostris, ac nostro modo nos vocare majores.'

[o] *Orationem Principis*] Orationis et SC. exemplar, memoriam actorum servaturum, in Galliam *Comatam* missum est, Lugdunique, provinciarum ornamento, ejus Galliæ metropoli, ænea tabula ex veteri more ad perpetuitatem incisum, superioribus annis, e ruderibus erutum, in domo Reip. Lugdunensis, ut olim quoque, publice nunc habetur.

At longior fuit tabula, cujus exordium consumsit vetustas. Exscripta est in Excursibus Lipsianis.

Hæc quæ dixit Claudius Cæsar, in quo, ut noster Cornelius ait: 'Elegantiam non requireres, quoties meditato dissereret,' Lugduni aspiciuntur in ære, publicandæ orationi fixo: et plumbo circumornata tabula suggerit indicium, alia consimilia tabula

Ædui[p] Senatorum in urbe jus adepti sunt: datum id fœderi antiquo, et quia soli Gallorum fraternitatis nomen[q] cum

in senatum asciti sunt. Tributum id veteri societati, et quia soli Gallorum jam

NOTÆ

incisum *fuisse* SC. quod factum, *post* recitatam principis orationem, hoc loco Tacitus scribit.

Sane pro eo, quod Æduis tributum idem ait, verendum, ne Augustodunum, quod tum Æduorum caput erat, similis in ære sculpta oratio cum SC. uti Lugdunum, missa fuerit. *Vertranius.*

p *Ædui*] Vertit interpres Gallicus, quasi Ædui soli id jus adepti sint hoc SC. Sed primi Ædui hoc habuere, idque sic ob decus urbis, et ob priscum fœdus, quo se fratres Romanorum olim appellabant, multis patrum decretis in id factis.

Sed et mox alii ejusdem Galliæ Comatæ populi idem adepti sunt, et puto, eodem decreto. Licet sileat Tacitus, id subintelligendum relinquit; et etiam id ex oratione Cæsaris apud Tac. et ex Lugdunensi tabula patet.

Ædui] Populi Lugdunensis Primæ, ad Ararim fluvium in Celtica seu Lugdunensi Galliæ regione: hodie Episcopatus *Autun*, *Challon*, et *Mascon*, vel pars major et meridionalis Ducatus *Burgundiæ*, partesque provinciarum *Bresse*, *Beaujolois*, *Bourbonnois*, et *Nivernois*, in regno Franciæ. *Tillemonius.*

q *Soli Gallorum fraternitatis nomen*] In Panegyrico Flaviensium nomine apud Constantinum dicto: 'Quænam igitur gens toto orbe terrarum in amore Romani nominis Æduis se postulet anteponi? qui primi omnium inter illas immanes et barbaras Galliæ gentes, plurimis Senatusconsultis, fratres populi Rom. appellati sunt; et cum a ceteris, qui a Rhodano ad Rhenum usque sunt, populis, ne pax quidem posset, nisi suspecta, sperari, soli consanguinitatis nomine gloriati sunt.'

Et postea: 'Imputavere se origine fabulosa in Sicilia Mamertini, in Asia Ilienses: soli Ædui non metu territi, non adulatione compulsi, sed ingenua et simplici caritate, fratres populi Rom. crediti sunt.'

Bene ait *crediti*. Neque enim aliunde, ut credo, fratres, quam ex sermone communi Gallorum Germanorumque, quo fideles socii, fratres, amicique dicuntur: non quia ab Iliaco sanguine, ut suggerunt quidam. Sed quod Tacitus dicit, solos Æduos id nomen usurpasse, repugnat Lucanus, qui tribuit etiam Arvernis: 'Et docilis rector monstrati Belga covini; Arvernique ausi Latio se fingere fratres, Sanguine ab Iliaco populi.'

Et lapis antiquus, qui Batavis. GENS. BATAVORVM. AMICI. ET. FRATRES. ROM. IMP. quæ inscriptio eruta armamentario Britannico, ad ostium veteris Rheni.

Tamen Diodorus etiam pro Tacito, l. v. 'Gallia incolitur a multis populis, magnitudine diversis, quorum unus est qui cognationem seu affinitatem antiquam et amicitiam habet cum Romanis, quæ usque ad nostra tempora perdurat ac perseverat.' *Lipsius.*

Soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano usurpant] Asconius Pedianus notat quosdam *fœderatos*, vel *socios*; quosdam *liberos*; nonnullos *stipendiarios*; alios *fratres* populi Rom. fuisse nuncupatos. *Lupanus.*

Populo Romano usurpant. Iisdem diebus in numerum patriciorum[r] ascivit Cæsar vetustissimum quemque e Senatu,[s]

olim Romanorum fratres *appellantur*. *Eodem tempore Claudius inter patricios ascripsit antiquissimum quemque e senatoribus, aut quibus illustres majores fuerant:*

NOTÆ

[r] *In numerum patriciorum*] Patricii *majorum gentium* dicti ducenti illi senatores, qui a Romulo primum lecti fuerunt, et ex illis orti *patricii* similiter vocati. At patricii *minorum gentium* dicti sunt illi, qui a Tarquinio Prisco, quinto Romanorum rege, ex plebeis primum sunt allecti in patriciorum ordinem; postea in patrum numerum ascripti teste Livio.

Allecti autem fuerunt in senatum a L. Junio Bruto, et P. Valerio Publicola, primis consulibus post exactos reges; et hi vocati sunt *patres conscripti*, teste Plutarcho et Livio: itaque nomen seu dignitas *patriciorum* videtur fuisse quid antiquius, quid nobilius ipso solo decore senatoris; et qui senatores erant, nondum tamen *patricii* dicebantur.

Inde est, quod Claudius vetustissimum quemque e senatu in numerum patriciorum asciscit; quia pauci reliqui erant familiarum, quæ vere *patriciæ* et nobiles antiquitus erant, et fuit tum ille tantum gradus nobilitatis superior, non specialis aliqua dignitas distincta a senatoria. At tempore Constantini principis, id immutatum, et *patriciatus* peculiaris dignitas esse cœpit, quam imperatores amicis suis concedebant, et dicebatur talis patricius, *pater principis*, *pater Reip.* vel *patricius* simpliciter, vel *patricius Romanorum*.

Patriciorum] Cur dicti sint *patricii* disputat Dionys. l. II. 'Qui invident Urbi, ideo dictos patricios, aiunt, quod hi soli possent patres ostendere: quasi cetera turba fugitivorum fuerit, nec valentium proferre patres ingenuos; et argumento utuntur hoc, quod quoties patricii convocarentur a regibus, præcones quemque suo ac paterno appellabant nomine: plebeios vero ministri quidam, cornibus bubulis confertim buccinantes, in concionem conciebant. Sed neque per præcones evocatio, nobilitatis patriciorum argumentum est, neque buccinæ sonus, obscuritatis plebeiorum indicium; nam illa honoris, hæc celeritatis est.'

[s] *Vetustissimum quemque e Senatu*] Aliud *patricii*, aliud *senatores*. Senatores multi e plebe. Claudius igitur, ne extingui et intermori *patriciorum* familias pateretur, antiquissimum quemque e plebeiis senatoribus retulit in patricios. Dico, antiquissimum; sive ætatis ratione, seu potius temporis quo in senatu fuit. Hæc clara Taciti mens.

At vir juris et antiquitatis consultus, quasi in Cimmerios delatus esset, hic cæcutit. Vertit se in omnes formas, et tandem definit, scribendum esse: *vetustissimum quemque e se natum*. Sapis lector, et non rides? *Lipsius.*

Vertranium intelligit Lipsius, qui certe adeo invertit sensum et lectionem Taciti hoc loco, ut sperni posse videatur: itaque prolixam ipsius notam omisimus.

Vetustissimum autem intelligo ascitum, qui tamen esset intra leges, quæ majorem annis sexaginta otio reddunt, et Senatorem non citant, ut Seneca ad Paulinum, et Plinius ad Pomponium Bassum scripsere. *Vertranius.*

aut quibus clari parentes fuerant; paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus[t] *majorum* et L. Brutus *minorum gentium* appellaverant;[u] exhaustis etiam, quas Dictator Cæsar

paucis jam superstitibus familiarum, quas Romulus majorum, *et L. Brutus* minorum gentium, *dixerant; extinctis etiam, quas Divus Julius lege Cassia, et impe-*

NOTÆ

Quæ observatio etiam videtur inutilis; nam non desinerent esse *patricii* seniores illi patres, etiam si affecta ætate in senatum non venirent: is velut emeritis honos.

Vetustissimum quemque e Senatu] Nempe, qui jam olim asciti allectique in senatum erant, aut etiam qui ex antiqua stirpe senatoria orti. Etiam et eos allegit, qui licet e stirpe plebeia, aut loco equestri, tamen quia illi, aut majores ipsorum, dignitates et magistratus populi Rom. obtinuerant, ipsi clari, aut ex claris parentibus orti erant.

Nempe hi clari, aut ex claris orti parentibus, qui fuissent semel, etiam quandoque bis aut ter consules, censores aut principes olim senatus: dico *olim;* nam ævo principum, ipsi, principes senatus, ut et censores, erant, licet titulum seu appellationem hanc mox spernerent, nec amplius legerentur principes senatus proprie, ut vetere Repub.

Neque puto, hic vetustas nobilitatis intelligenda, aut lectionis in senatum tantum, sed simul etiam vetustas ætatis; ita ut utraque vetustas ætatis et lectionis causa fuerit eos allegendi in *patricios:* aliquando forte sola vetustas ætatis, cum dignitate senatoria tamen.

[t] *Romulus*] Tacitus sensisse videtur, omnes *patricios* qui a regibus lecti (plures enim reges post Romulum legerunt) *majores* fuisse: qui a Bruto, *minores.* Livius tamen et alii contra: cujus rei confusam veritatem vide apud Onufrium in Fastis, quem non exscribo: sed Tacito, ut opinor, auctores sui.

Lud. Vives tamen, patrum ævo doctrina celebri, verbis aliquot insertis, hic legebat; *Romulus majorum gentium, L. Tarquinius minorum, Brutus conscriptorum appellaverant:* cujus epistolam ea super re publicavit amicus meus dum vixit G. Canterus in Novis suis.

At mihi nondum animus assentiendi: nec tibi quidem, si cum judicio excusseris quæ Onufrius per satyram et confuse, ut solet, collegit. *Lipsius.*

[u] *Romulus majorum et L. Brutus minorum gentium appellaverant*] Constat ex T. Livio, Romulum centum senatores creasse, qui postea *majorum gentium* sunt appellati, cum Tarquinius Priscus centum alios senatui ascripsisset, qui *minorum gentium* dicebantur.

T. Livius de Tarquinio Superbo loquens: ‘His muliebribus instinctus furiis Tarquinius, circumire, et prehensare minorum maxime gentium Patres.’ *Lupanus.*

Majorum] Initio Romulus centum patres elegit, dein centum alios adjecit, adjunctis Sabinis: *hi,* et ex illis orti, *majorum gentium* appellati sunt. At *minorum gentium,* juxta Tacitum, *dicti* sunt illi, quos elegerat Brutus consul.

In aliorum vero sententia, hi quos ex plebe in curiam ascivit Tarquinius Superbus, *minorum gentium* dicti sunt. Certe alios elegit mox Brutus, sed supplendo numero utrorumque.

lege Cassia,[v] et Princeps Augustus lege Sænia sublegere. Lætaque hæc in R. P. munia,[w] multo gaudio Censoris inibantur.[x] Famosos probris quonam modo Senatu depelle-

rator Augustus lege Sænia supplevere. Grataque hæc in Rempublicam officia multa lætitia Censoris usurpabantur. Sollicitus, quonam pacto moveret ordine fla-

NOTÆ

[v] *Lege Cassia*] Hanc legem tulit C. Cassius dictatore Julio Cæsare, ut in numerum patriciorum, qui bellis civilibus vel aliter exhausti, alii sublegerentur. Forte ad hanc legem referri possit quod habet Suet. Jul. 41. 'Senatum supplevit, patricios allegit: prætorum, ædilium, quæstorum, minorum etiam magistratuum numerum ampliavit, nudatos opere censorio, aut sententia judicum de ambitu condemnatos, restituit.' *Nudatos*, intellige *notatos* a Censoribus, vel lege.

Augustus lege Sænia] Ille idem Vives scribit, *Servia;* jus et mos Belgæ, dissentiendi ab Ibero. *Sænia* enim vera lectio. Colligo ex Dione LII. qui hunc patriciorum dilectum confert in annum urbis 725. 'Patriciorum,' inquit, 'numerum implevit; Senatu scilicet id jubente.' Ex quo vides SC. aliquod fuisse ejus rei, sive legem. Legibus nomina a consulibus: et consul suffectus prioris anni L. Sænius, in monumentis. Vertranium ergo, qui *Sentiam* reposuit, non audiemus. *Lipsius.*

Augustus lege Sænia sublegere] Hæc lex lata est a L. Sænio consule suffecto, A. U. 724. patet ex fragmento apud Gruterum p. 299. ubi anno belli Alexandrini nominatur consul K. NOV. L. SÆNIVS. Augustus vero anno sequenti consul V. legem executus, patriciorum numerum auxit, cum censor esset una cum Agrippa. Dio lib. LIII.

[w] *Lætaque hæc in R. P. munia*] Hoc est, *in Rempub.* sicut alibi, *formidolosum in vulgus, &c.* Freinshem.

[x] *Multo gaudio Censoris inibantur*] *Censoris* habet manifeste volumen Budense. Intelligitur autem Claudius Cæsar. De quo narrationem istam auspicans Tacitus supra dixit: 'At Claudius matrimonii sui ignarus, et munia censoria usurpans.' Et l. XII. 'Quod porro honestius censoriæ mentis levamen, quam assumere conjugem, prosperis dubiisque sociam?' Loquitur de Claudio Agrippinam ducturo. *Rhenanus.*

Claudium per jocum *Censorem* appellat: dixit enim supra: 'munia censoria usurpans,' id est, quæ ad se non pertinerent. *Pichena.* Vel quæ inepte ageret, magna ex parte.

Censoris] Electo seu evecto principi, statim omnia decora, nomina et tituli omnes cumulabantur, Cæsaris, Augusti, Patris patriæ, Max. Pontificis, Tribuni, et cetera similia.

'Ac nostra ætate,' inquit Dio, 'simul omnia hæc eis tribuuntur, *Censorio* excepto: olim vero singulæ appellationes eis ex legibus decernebantur.

'Censoris autem nomen etiam quidam imperatorum, more antiquitus usitato, acceperunt; idque Domitianus per totam gessit vitam, nunc vero non amplius fit. Cum enim rem ipsam nostri temporis imperatores habeant, neque deliguntur ad censuram agendam, neque istius magistratus nomen, præterquam in agendo censu, ferunt.'

Multo gaudio Censoris] Reponit Gruterus, *multo gaudio Cæsaris;* ita ut munia illa censoris essent læta mutuo Reipub. et Cæsari: sed talem antithesim vix reperies apud Tac. Non ita

ret, anxius, mitem et recens repertam,[y] quam ex severitate

gitiis infames, adhibere maluit lene et nuper inventum temperamentum, quam seve-

NOTÆ

verba ponderat. Irridet talem censorem, qui dum munia censoria in publicum usurpat, ignorat ea quæ intra domum suam agerentur. Alludit ad illud gaudium intempestivum, quod statim a tergo sequi debet mœror ingens, 'isque illi finis inscitiæ erga domum suam fuit, haud multo post flagitia uxoris noscere ac punire adactus.'

Ridet senem censorem, qui *matrimonii sui ignarus*, theatralem populi lasciviam severis edictis increpat; quod in fœminas illustres probra jecerat: dum Messallina palam eum, non in una civitate, sed toto orbe risui et ostentui exponit; qui dum provincias omnes regit imperio, unam domum administrare nescit. Qui dum reges inservire cogit, ipse sit fœminarum servorumque vile mancipium.

Censoris] Sueton. Claud. 16. 'Gessit et censuram intermissam diu post Paulum Plancumque censores: sed hanc quoque inæqualiter, varioque et animo et eventu, &c. Plures notare conatus, magna inquisitorum negligentia, sed suo majore dedecore, innoxios fere reperit, quibuscumque cœlibatum, aut orbitatem, aut egestatem objiceret, maritos, patres, opulentos se probantibus,' &c.

'Fuerunt illa in censura ejus notabilia, quod essedum argenteum sumtuose fabricatum ac venale, ad sigillaria redimi, concidique coram imperavit, quodque uno die viginti edicta proposuit,' &c.

Hoc idem tamen Augusto contigerat olim, ut falleretur. Macrob. II. 4. Mira etiam Censoris Augusti et laudata patientia. Corripiebatur eques Rom. a principe, tanquam minuisset facultates suas. At ille se multiplicasse coram probavit. Mox eidem objecit, quod ad contrahendum matrimonium legibus non paruisset. Illa uxorem sibi et tres liberos esse, dixit. Tunc adjecit: 'Posthac, Cæsar, cum de honestis hominibus inquiris, honestis mandato.'

Talem tamen censorem deridet Plinius VII. 48. 'Totidem annos (nempe 150.) censum, Claudii Cæsaris censura, T. Fullonium Bononiensem, idque collatis censibus, quos ante detulerat, vitæque argumentis (etenim id curæ principi erat) verum apparuit.'

Censoris] 'Quæ munera obierint Censores,' explicat Cicero lib. de leg. III. 'Censores populi ævitates, soboles, familias, pecuniasque censento: urbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento: populique partes in tribus distribuunto. Exin pecunias, ævitates, ordines partiunto, equitum peditumque prolem describunto. Cælibes esse prohibento: mores populi regunto: probrum in senatu ne relinquunto: bini sunto: magistratum quinquennium habento.'

[y] *Mitem et recens repertam*] Repertam *ab Augusto*. Habes in Dione lib. LII. in extremo. *Lipsius.*

Mitem et recens] Sueton. Aug. 35. 'Senatum, &c. ad modum pristinum et splendorem redegit duabus lectionibus; prima ipsorum arbitratu, quo vir virum legit; secunda suo et Agrippæ,' &c. Infra, 'Quosdam ad excusandi se verecundiam compulit, servavitque etiam excusantibus insigne vestis et spectandi in Orchestra epulandique publice jus.'

Mitem et recens repertam] Sic Dio de Augusto lib. LII. 'Deinde censor

prisca,[z] rationem adhibuit, monendo, ‘ secum quisque de se consultaret,[a] peteretque jus exuendi[1] [b] ordinis. Facilem

ritate antiqua uti, admonendo nempe, ut quisque secum de se ipse consuleret, posceretque veniam abscedendi senatu. Ejus rei gratiam facilem *obtentu;*

1 Ante hic edebatur *exeundi*, quod cum solœcum jam olim Lipsio visum fuerit, non dubitavi transposita tantum literula mutare in *exuendi*, quod Tacito familiare. H. II. 86. ‘ Cornelius Fuscus vigens ætate, clavis natalibus,

NOTÆ

fuit cum Agrippa, correxitque cum alia quædam, tum senatum examinavit. Nam in eum ordinem multi equites et pedites, præter dignitatem, bellis civilibus asciti erant, ita ut ad millenarium numerus senatorum pervenisset.

‘ Hos ut removeret, nullum eorum ipse delevit: sed cum hortatus fuisset, ut ipsi sua conscientia teste, de genere, et vita sua judicium ferrent, primum quinquaginta viros permovit, ut sponte sua senatu cederent.

‘ Deinde ad horum exemplum sequendum alios centum quadraginta adegit, et horum neminem infamia notavit, posteriorum tamen nomina publice proposuit.

‘ Prioribus enim, quod rem diu non distulissent, sed statim paruissent, ignominiam hanc remisit, ut palam non ederentur.’

[z] *Prisca*] Igitur ex illa prisca severitate immutatum est, quod nempe permitteret ipsis princeps, sponte et ultro ordinem exuere, non expectato judicio Censorum; quod depulsis, seu silentio præteritis, aliquam velut ignominiæ labem inurebat.

At non licuit olim, sponte exire senatu, aut petere licentiam exeundi, sed debuit expectari lustrum proximum, seu quinquennium, quo, de more, legebatur senatus a Censoribus.

Et certe illo metu maxime coërciti scelerosi, vetere Repub. Nam, etsi præsens lustrum subterfugerent, tamen in proximum censuram metuebant.

Sed postea sub principibus, qui bonis fere infesti, aliter se res habuit; tum enim præpollebant omni scelere cooperti delatores, genus hominum in exitium Reipub. repertum, et quo quis magis infamis et probrosus, eo potentior fuit, et tutiorem eum maxime faciebat scelus, et odium publicum.

Attamen apud Tacitum lib. XII. reperio, Silanum ordine motum esse extra lustri seu censuræ tempus: ‘ At Silanus insidiarum nescius, ac forte eo anno prætor, repente per edictum Vitellii ordine senatorio movetur, quanquam lecto pridem senatu, lustroque condito.’

Sed id puto factum ob crimen verum an fictum; seu potius præter omne jus fasque, præter leges et instituta Reipub. et forte sine exemplo; sic illustres viri periere sub principibus. Sub quibus tamen multi scelerosi curia exacti sunt, consensu totius senatus, ut infra Tarquitius et alii: puto, non expectato lustro, quia nempe criminis comperti.

[a] *Quisque de se consultaret*] An censu seu opibus, an virtute et bonis artibus polleret fideretque, quibus hanc dignitatem tueretur. Certe boni mores opesque ad hoc requirebantur.

[b] *Exuendi*] Sic repono pro *exeundi*, quod vulgo legitur: posset etiam legi *exeundi ordine*.

ejus rei veniam: et motos Senatu, et excusatos simul propositurum: ut judicium Censorum, ac pudor sponte cedentium permixti,[c] ignominiam mollirent.' Ob ea Vipstanus[2]

et pulsos ordine, et veniam petentes simul renuntiaturum. Ut sententia censorum, et verecundia *ultro* exeuntium promiscue expositæ, dedecus minuerent. *Propterea Vipsanius consul retulit*, Claudium vocandum esse Patrem

prima juventa, quietis cupidine senatorium ordinem exuerat.' *Ryckius.* In Mss. *exeundi.* Optime Lipsius ceterique *exuendi.* Sic Tacit. Annal. III. 17. 'M. Piso exuta dignitate,' et Hist. II. 86. 'Senatorium ordinem exuerat.' Poëtæ tamen *exire* cum quarto casu dixere: ut Lucretius, v. vers. fin. 'Feros exibant dentis adactus:' et Virgil. Æneid. v. 437. 'Stat gravis Entellus, nisuque immotus eodem, Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit.' *Brotier.*—2 Cod. meus: *Vipsanus.* Reg. *Vespasianus:* sed videtur scribendum, *Vipstanus.* Ryckius.

NOTÆ

[c] *Judicium Censorum, ac pudor sponte cedentium permixti, &c.*] Immo potius ille pudor seu modestia sponte abscedentium senatu, permixta cum judicio censorum, potius augeret ignominiam sponte abeuntium, quam molliret: nam simul præteriti in lectione senatus, simul contemti, senatuque moti pari judicio viderentur.

Licet forte nonnullos solus pudor proprius damnasset, non flagitii ullius conscientia. Sed forte tantum census, seu rei familiaris inopia, aut minor stirpis claritudo: quas causas forte non perinde damnassent ipsi censores.

Immo certe judicium Censorum admixtum pudori, pudorem patrum sic magis oneraret. Et hic pudor sponte abeuntium, mollit potius ignominiam damnatorum, non mollitur ipse.

Forte ita intelligit, ut nullum fieret judicium præcise censorum, sed qui in lectione senatus præteriti *silentio* essent, sic præterirentur, quasi sponte omnes cessissent ordine: et certe frustra judicium censorum fieret, cum ultro cedunt ignominiosi.

Puto, intendebat princeps, emollire in genere et indistincte ignominiam omnium, qui pelli debuerunt: 'famosos probris quonam modo senatu depelleret anxius.'

Itaque *mitem* pellendi *rationem* adhibet, monetque *facilem ejus rei veniam;* omnes simul *propositurum*, et *motos* judicio, et se ultro *excusantes.*

Sicque lenitum iri dedecus, permixtis nempe simul et iis, qui sponte cederent, et qui judicio Censorum damnari meruissent, et qui certe damnati, motique essent ordine, nisi ultro cederent.

Hoc dicit, hoc præmonet Cæsar, ut omnes sibi diffidentes ultro et spontaneo pudore cedant, et ne judicium censorum, quo major vis et ignominia impendebat, expectent.

Sicque mitior ratio eos ordine movendi reperta est, sic facilis venia concessa.

Sic minor *ignominia*, quia pari *facilitate* cedunt omnes, quia simul permixti, et qui proprio pudore cederent, et qui judicio Censorum damnarentur, utpote quos non pudor suus tantum pellebat, sed et flagitia ipsa et probra scelerum forte urgebant.

Consul[d] retulit, ‘ Patrem Senatus[e] appellandum esse Claudium: quippe promiscuum[f] *Patris Patriæ* cognomentum: nova in Remp. merita non usitatis vocabulis honoranda.’ Sed ipse cohibuit Consulem, ut nimium assentantem: condiditque lustrum,[g] quo censa sunt civium[h] LXIX. centena,

senatus. Etenim commune *esse* nomen Patris patriæ: insolita erga remp. benefacta, haud solitis nominibus celebranda *esse*. *At ipse retinuit consulem, ut nimis adulantem: et condidit lustrum, quo descripta sunt civium sexaginta novem*

NOTÆ

[d] *Vipstanus Consul*] Spectabat ad consulem, et præsertim ad consulem designatum, loco sententiæ proferre aliquid in decus principis: et nunc opportuna hæc occasio fuit laudandi et adulandi Cæsari vere, et sine specie adulationis, ut ait Plin. Panegyr. Et cohibet illum Cæsar, non ut *assentantem* præcise, sed ut *nimis assentantem*.

[e] *Patrem Senatus*] Quod nomen sibi mox sumserunt Balbinus et Pupienus Augusti. In nummis: IMP. CÆS. PVPIEN. MAXIMVS. AVG. Tum parte versa: PATRES. SENATVS. *Lipsius*.

[f] *Promiscuum*] Commune nomen omnibus principibus, etiam meritis et virtute imparibus.

[g] *Condiditque lustrum*] Id est, ‘ Censu perfecto, edixit, ut omnes cives Romani, equites peditesque in suis quisque centuriis, in campo Martio prima luce adessent: ibi exercitum instructum omnem suovetaurilibus lustravit. Idque conditum lustrum appellatum, quia in censendo finis factus est.’ Liv. lib. I.

Hujus autem Censionis a Claudio editæ, sed hominum ampliore numero, testis est vetus memoria, inscripta Romæ his literis: TEMPORIBVS. CLAVDII. TIBERII. FACTA. HOMINVM. ARMIGERVM. OSTENSIONE. IN. ROMA. SEPTIES-DECIES. CENTENA. MILLIA. LXXXXVII. MIL. X. *Vertranius*.

[h] *Quo censa sunt civium, &c.*] Ant. Augustinus legebat: *Quo censa sunt civium sexagies novies centena millia, et centum quadraginta quatuor*. Ursinus. Aliter se habent hi numeri in Flor. LVIIII. LXXXIIII. LXXII. *Isque illi finis, &c.* Sed stipendiariorum et tributariorum.

Quo censa sunt] Census sic fiebat ex more. Omnes bona sua æstimabant, et jurejurando interposito, æstimationem deferebant: præterea nomen et ætatem uxoris, liberorum, libertorum, servorum; et cum Romæ id fiebat, qua regione urbis habitarent, et cum in Italia, qua regione Italiæ, saltem ab Augusto, qui Italiam in suas regiones divisit, quemadmodum Roma ipsa divisa erat.

Qui secus fecisset, bona illius publicabantur, ipse venibat et civitatem amittebat. Et sub principibus, non modo urbs ipsa censebatur, sed et Italia tota per regiones, et pari modo cives, qui in omnibus provinciis sparsi.

Dein et sociæ civitates, et provinciæ in quibus census agebatur, vel a Cæsare, seu filio Cæsaris, vel ab istis, quibus imperator hoc munus præciperet.

Nam video tres præfectos missos in Galliam *censui agendo*, non civium, qui censi in censura principum ipsorum, cum ceteris civibus Romanis.

Quo censa sunt] Census civium, quos fecit post bellum Actiacum, notavit ipse Augustus Cæsar in lapide Ancyrano: ‘ In consulatu sexto cen-

XLIV.[3] [1] millia. Isque illi finis inscitiæ erga domum suam

centena et quadraginta quatuor millia. Et is illi finis fuit ignorantiæ erga matri-

3 Brotierus edidit, *civium* LVIIII. LXXXIIII. LXXII. Puteolanus 'censa sunt civium LXVIIII. centena et CXLIIII. millia.' Eusebius in Chronico, 'Descriptione Romæ facta sub Claudio inventa sunt Civium Romanorum LXIX. centena XLIV. millia.' Inde in vulgatis Taciti editionibus obrepsit, 'censa sunt civium LXIX. centena et XLIV. millia.' Sed error est, ut patet ex Mss. et censibus ab Augusto actis. Ego sum secutus Ms. Vatic. 1863. et 1864. Ms. Flor. et editionem principem, in quibus expresse, 'censa sunt civium LVIIII. LXXXIIII. LXXII.' Id est, ut jam in Notis monui, civium 5,984,072. In Ms. Vatic. 1958. omisso intermedio numero, censa sunt civium LVIIII. LXXII. Ita quoque Mss. Harl. et Bodl. In Ms. Jes. omissum etiam decennium: nam notat tantum LVIIII. LXII. Ex hoc loco, ut ex multis aliis, observavi Mss. Oxonienses descriptos videri ex Ms. Vatic. 1958. Ms. Harleianum collatum fuisse cum Ms. Vatic. 1863. aut 1864. Unde hic ejus margini additum LXXXIIII. post numerum LVIIII. *Brotier.* Flor. *civium* LXVIIII. LXXXIIII. LXXII. *isque illi finis.* Meus: *civium* LVIII. LXXXIIII. LXXII. *isque illi finis.* Eusebius ad vulgatam lectionem accedit propius: *Descriptione Romæ facta sub Claudio, inventa sunt civium Romanorum* LXVIII. *centena* XLIV. *millia.* Cassiodorus in Chron. ad sextum Claudii annum apud Cuspinianum: 'His Coss. descriptio Romæ facta est, et inventa sunt civium Romanorum sexaginta novem centena millia, et Thracia huc usque regnata, in provinciam Romanorum redigitur.' In Ed. Fornerii: 'His Coss. descriptio Romæ facta est et inventa sunt civium Romanorum centena millia et XLIV. Thracia huc usque,' &c. Ex quarum collatione patet Cassiodorum exacte expressisse numerum in vulgatis apud Tacitum occurrentem. *Ryckius.*

NOTÆ

sum populi, collega M. Agrippa, egi. Lustrum post annum alterum et quadragesimum feci, legi. Censita sunt capita quadragiens centum millia et sexaginta tria.' Anno 626. conditum id lustrum. Etiam Augustus anno U. C. 742. Pomœrium protulit, Sextilem de suo cognomine Augustum appellavit, censum egit, ac lustrum fecit: quo censa sunt civium quadragies centum millia ducenta ac triginta tria millia 4,233,000.

A primo lustro, quod Servius Tullius Rex condiderat, 75. lustra Romæ condita sunt, teste Censorino. Augustus tria lustra condidit ex lapide Ancyr. Claudius semel lustrum fecit. Postremum omnium lustrum 75um. Vespasianus V. ac Titus III. Coss. unaque censores peregerunt, anno U. C. 827. Falluntur ii, qui inter annum 684. quo L. Gellius ac Cn. Lentulus Censores lustrum condiderunt, et annum 726. Plura collegia censorum, lustra fecisse, dicunt.

Nam *post annum alterum et quadragesimum*, intermissum a censoribus lustrum Augustus et Agrippa peregerunt. Equidem censores intermedio tempore creatos, Romani scriptores produnt; sed ob dissensiones inter ipsum censum erumpentes, nullum lustrum finito censu, de more condere potuerunt.

Hinc Cicero lib. IV. Epist. penult. ad Atticum: 'Non enim te puto, de lustro, quod jam desperatum est, aut de judiciis, quæ lege Plotia fiant, quærere.'

Quo censa sunt] Civium nempe sex milliones, nongenta et quadraginta quatuor millia, 6,944,000.

[1] LXIX. *centena*, XLIV.] Convenit cum Cassiodori ratione, sexaginta

fuit. Haud multo post, flagitia uxoris noscere ac punire adactus, ut deinde ardesceret in nuptias incestas.[j]

26. Jam Messallina, facilitate adulteriorum[1] in fastidium versa, ad incognitas libidines[k] profluebat; cum 'abrumpi dissimulationem' etiam Silius, sive fatali vecordia, an imminentium periculorum remedium ipsa pericula ratus, urgebat. 'Quippe non eo ventum, ut senectam[2] Principis[l]

monium suum. Nam paucis interjectis diebus, conjugis suæ crimina cognoscere et castigare coactus est, ut postea conjugium incestum concupisceret.

Jam Messallina facilitate libidinum in satietatem flexa, ad insolitas voluptates præceps ferebatur, cum Silius ipse *quoque instabat*, pelli debere omnem simulandi artem, *sive fatali amentia, sive quia crederet, impendentia discrimina non posse declinari nisi per ipsa discrimina;* instabat: etenim non eo usque pro-

1 Puteolanus et recentiores *adulterorum*. Emendandum *adulteriorum* optime vidit Ill. Huetius. Sic quoque habet editio princeps; innuitque Dio, LX. p. 686. De his vero Messallinæ adulteriis horrenda memorant Juvenalis, VI. 115. et seq. ejusque Scholiastes. Plin. X. 63. Aurel. Victor. in Claud. *Brotier.*—2 Mss. et Pichena *Senecta Principis opperiretur*. At cum in editione

NOTÆ

novem centena millia exprimentis: cum libris haud plane convenit, e quibus Vatic. ille fidus exprimere videtur *quinquaginta octo centena, et octoginta quatuor millia et* LXXII.

Nec miremur de granditate numeri: cum jam tunc sub Augusto (nondum tot populis in civitatem acceptis) censa reperiam quadragies centena millia.

Lapidis inscriptio, quam obtrudunt: TEMPORIBVS. CLAVDII. TIBERII. FACTA. HOMINVM. ARMIGERVM. OSTENSIONE. IN. ROMA. SEPTIES-DECIES. CENTENA. MILLIA. LXXXVII. parum vera aut fida mihi est: et tamen, cum de his saltem, qui arma ferrent, agat, nihil nobis obstat. *Lipsius.*

Essent septem milliones hominum, et insuper centum millia 7,100,000. Sed parum fidus hic lapis, aut parum convenit cum Tacito.

Neque de civibus actu arma ferentibus id intelligi potest: nam et si haberent 30. legiones, hæ vel cum lixis aut hominibus qui inserviunt machinis et impedimentis, licet hi numero pares militi essent, non facerent tamen numerum trecentorum et sexaginta millium, 360,000.

Et esto par fuerit numerus auxiliarium aut sociorum; tamen armati illi non egredientur numerum septingentorum et viginti millium, 720,000.

j *In nuptias incestas*] Censor ipse puniebat *adulteria* uxoris, ut *incesta* mox ipse committeret.

k *Ad incognitas libidines*] Solitas libidines fastidiebat, ad novas et inusitatas profluebat, adulteria nimis vulgaria jam et facilia, ut placerent. Optavit *nuptias*, et quidem *solennes*. *Nomen matrimonii concupivit*, ut quasi sibi arctius juvenem devinciret, ut tota toto adultero velut marito potiretur. Ipsa strictius nomen et majorem solito adulterii pompam requisivit, quasi ad majorem cupidinem et incitatiorem voluptatem; vel ob celebritatem flagitii et infamiæ, quæ fastidiosis novam excitat libidinem: quod dixit Tacitus.

l *Ut senectam Principis*] Et ex se-

opperirentur: insontibus innoxia consilia; flagitiis manifestis[3] subsidium ab audacia petendum: adesse conscios, paria metuentes. Se cælibem, orbum, nuptiis, et adoptando Britannico paratum: mansuram eandem Messallinæ potentiam, addita securitate, si prævenirent Claudium, ut insidiis incautum, ita iræ properum.'[m] Segniter hæ voces acceptæ, non amore in maritum; sed, ne Silius summa adeptus[4] sperneret adulteram, scelusque, inter ancipitia probatum,[n] veris mox pretiis æstimaret:[o] nomen tamen matrimonii con-

gressos ipsos, ut expectarent senectutem Claudii; innoxias innocentibus artes, vim ex audacia sumendam: *præsto* adesse culpæ participes, par supplicium formidantes; sine uxore, sine liberis, se matrimonio, et asciscendo Britannico promtum: duraturam eandem auctoritatem Messallinæ, adjuncta incolumitate, si anteverterent principem, qui, ut falli dolo facilis, ita et in iram pronus erat. *His verbis parum attendit* Messallina, *non caritate in virum, sed ne Silius rerum potitus, contemneret adulteram, facinusque quod inter pericula sua approbasset ipse, vero postea animi judicio ponderaret ac libraret:* et *tamen*

principe sit *operirentur*, recte emendavit Puteolanus, *Senectam Principis opperirentur*. Idem.—3 Nicolaus Heinsius legebat: *flagitii manifestis*. Sic II. 85. 'delicti manifesta:' XIII. 26. 'criminum manifesti:' quod valde verisimile, quoniam ante dixit, 'insontibus innoxia consilia.' *Ryckius*.—4 Errat Cl. Ernestus, qui ita legi in editionibus omnibus ante Rhenanum scribit. In Mss. et editionibus veteribus *summam adeptus*. At cum duriora sint *summam adeptus, sperneret adulteram*, cum Beroaldo et recentioribus edidi *summa*. Brotier.—

NOTÆ

necta mortem opperirentur.

[m] *Iræ properum*] Sic Suet. Claud. 38. 'Iræ atque iracundiæ conscius sibi, utramque excusavit edicto: distinxitque, pollicitus, alteram quidem brevem et innoxiam, alteram non injustam fore.'

[n] *Scelusque, inter ancipitia probatum*] Id intelligebam de adulterio, nam supra; 'ne Silius summa adeptus, sperneret adulteram.' Alii intelligunt de cæde Claudii principis; nempe metuebat Messallina, ne Silius factus princeps, tum scelus adulteræ, seu cædem principis, *veris mox pretiis æstimaret*. Tò *scelus*, forte hic dictum ambigue, ita ut indefinite possit referri, vel ad adulterium, vel ad necem Cæsaris, vel ad utrumque simul; potuit enim Silius summa adeptus, tum adulterium Messallinæ, tum et cædem mariti et Cæsaris vero judicio pensare, et spernere adulteram atque homicidam. Tum potuit abdicare, et exturbare fœminam illam immanem et infamem: potuit utrumque scelus postea pensitare et ponderare justo judicio Silius, tum cum utrumque perpetratum esset, et fieri ultor ipse sceleris, quod in discrimine et inter ancipitia probasset. Nec desinebat esse id summum scelus, quamvis per illud summa adipisceretur juvenis: nec unquam clarior aut grandior apparet atrocitas facinoris, quam cum perpetratum est scelus; nec minus rea aut infesta mox juveni Messallina, quamvis sociatum crimini imperium adultero, velut in dotem, afferret.

[o] *Veris mox pretiis æstimaret*] Sic postea Nero scelus, quod inter anci-

cupivit, ob magnitudinem infamiæ,[p] cujus apud prodigos[q] novissima voluptas est. Nec ultra expectato, quam dum

conjugii vocabulum cupiit fœmina, *ob amplitudinem ignominiæ, quæ extrema voluptas est iis qui decus perdere ac prodigere amant. Nec ultra opperiens* ipsa,

NOTÆ

pitia probaverat atque amaverat, ut dominationis adipisceretur, veris mox pretiis æstimavit.

Sic ponderavit scelus Agrippinæ matris, nempe et adulterium quo Pallantem demeruerat, et veneficium quo Claudium occiderat, ut in se datum facinoris exemplum putaret.

Sic et Agrippina ipsa, postquam Britannicum occidit Nero, crimen illud etiam æstimavit, et in semet ipsam parricidii exemplum esse datum prævidit ipsa et intellexit.

Et veris mox pretiis æstimaret] Forte, ne Silius adulterium et cædem principis, veluti præludium et meditationem facinoris adversus semetipsum prævideret: quippe hinc *parricidii exemplum* intelligere potuit, ut habet Tac. l. XIII. ubi de Agrippina Britannicum veneno interceptum deflente. Est qui interpretetur de ipso Silio, hoc sensu: ne Silius scelus suum, quo nempe Claudium occidisset, corrupta uxore, inter pericula probatum, mox vero judicio æstimaret, ne agnosceret nempe magnitudinem facinoris, et in auctorem seu consultricem vindicaret, Messallinam nempe, ne in exemplum abiret scelus.

Æstimaret] Ne intelligeret Silius datum in se exemplum; ne nempe suo ipsius exemplo in ipsum uteretur pessima fœmina; ne eadem facilitate sperneret adulterum, qua virum. Accipere imperium, at absolvere dantem sic imperium vix potuit Silius. Pro tali munere etiam sine crimine dato, sæpe mors rependitur, pro tanto beneficio sæpe redditur exitium. Major est illa gratia, quam ut possit exsolvi; mox invisus qui talia dedit, et erit semper pro ratione, suprema ea lex regum, salus populi.

[p] *Ob magnitudinem infamiæ*] Elegantissima gnome; cujus acumen non cepit Ferretus. Explicat unus Seneca epist. 123. 'Nolunt solita peccare, quibus peccandi præmium infamia est:' ubi tamen male, et præter reliquum judicium, Pincianus, *in fama est*, legi voluit.

Ita autem est: hominibus perditis, et ad flagitia projectis, ipsa infamia voluptas est. Audi Valerium Maximum, de Polemone, l. VI. cap. de mutatione morum: 'Perditæ luxuriæ Athenis adolescens Polemo, neque illecebris tantum, sed ipsa infamia gaudens.'

Ubi addo voculam e libro veteri, *neque illecebris ejus tantum*, sententia omnino volente. *Lipsius.* Satis intelligitur sententia Valerii Maximi, etiam si desit vox *ejus*.

[q] *Apud prodigos*] Intelligit projectos et præcipites in quodcumque genus libidinum. Prodigentia se extendit, non solum ad opes temere profundendas, sed etiam ad corpus insane vulgandum. Cum isti prodigi semel in libidines prorupere, gaudent, 'post omnia perdere naulum.' Et quid superest fœminæ amissa pudicitia, post cetera, an parcant decori? novissima voluptas magna infamia, reliquum pudoris post omnia profundunt, et post ceteras voluptates, hæc una superest delibanda voluptas, infamiæ magnitudo.

sacrificii gratia[r] Claudius Ostiam[5] [a] proficisceretur, cuncta nuptiarum solennia celebrat.

27. Haud sum ignarus, fabulosum visum iri, tantum ullis mortalium securitatis fuisse, in civitate omnium gnara et nihil reticente, nedum Consulem designatum,[s] cum uxore

quam dum Claudius Ostiam iret rei divinæ gratia, omnes quæ matrimonio celebrari solent, cærimonias usurpat.

Neque me latet, in fabularum miracula compositum illud videri posse, tantam ullis hominibus audaciam fuisse, in urbe cuncta sciente, et nihil silente: haud ego sum ignarus, vix creditum iri, quenquam mortalium, *nedum designatum consulem,*

5 Ita scripsimus semper apud nostrum pro *Hostiam:* quoniam nummi, et Inscriptiones pleræque apud Gruterum sic scribunt, et Dionysius Θύραν vertit. *Ryckius.*

NOTÆ

[r] *Sacrificii gratia*] Immo *rei frumentariæ* gratia, ait Dio: *pellicum* causa, Victor. Sed *sacrificium*, credo a Claudio institutum, *rei frumentariæ* causa in Castorum æde. Id enim numen ibi cultum, ventorum marisque causa.

Ita lego apud Ammianum l. XIX. in summa inopia frumenti, Tertullum, qui Præf. annonæ, 'apud Ostiam in æde Castorum sacrificasse, tranquillitatemque mare mollivisse.'

Id sacrum perpetuum fuit, et suspicor, a Claudio institutum, qui portum illum celebrem et pharum Ostiæ exstruxit. Celebratur solenni quadam lætitia, mense Maio: ideoque post sæculo *Maiuma* dictum.

Suidas: 'Festum celebrabatur Romæ mense Maio; tum enim ibant in urbem sitam in ora maris, quæ appellatur Ostia, qui primos honores in urbe seu magistratus obtinebant; oblectabantur ibi aquis maritimis, invicem se in eas projicientes.'

Julianus Cæsar in Antiochico: 'Unusquisque vestrum, privatim quidem in epulis et festis Maiumæ, opes ac pecunias perditis; at pro salute vestra, pro salute urbis nemo sacrificabit.'

Nec aliud intellexit Æthicus in Cosmographia: 'Tiberis insulam facit inter portam urbis et Ostiam civitatem, ubi populus Rom. cum urbis Præfecto, vel Consule, Castorum celebrandorum causa, egreditur solennitate jucunda.' Ubi vides Castorum solenne et Maiumam idem esse. Hanc originem Maiumæ, nec inscitam, nec alienam a vero puto. *Lips.*

[a] *Claudius Ostiam*] At Dio l. LX. Claudius rei frumentariæ explicandæ gratia Ostiam iverat: Messallina vero relicta Romæ, simulatione morbi, celebre convivium convocarat, *συμπόσιόν τι περιβόητον συνεκρότησε, καὶ κῶμον ἀσελγέστατον ἐκώμασεν.* Per *comissationem* Dio intelligit haud dubie simulacrum istud Vindemiæ, de quo Tacitus hic.

Ostiam] Ostia urbs Latinorum populorum in Latio, et ad oram maris Tyrrheni: hodie nomen antiquum retinet. Urbs est Campaniæ Romanæ, in statu Ecclesiastico. *Tillem.*

[s] *Nedum Consulem designatum*] Non beneficium principis exprobrat hic titulus Silio, sed personæ eminentiam respicit, in qua nihil esse poterat obscurum; adeoque magis mirum, et minus credibile sit, hujus loci hominem, eo vecordiæ fuisse progressurum.

Principis, prædicta die, adhibitis qui obsignarent,[t] velut *cum conjuge Cæsaris convenisse* in manum *constituta die, invitatis qui signo suo*

NOTÆ

Ceterum quod oratio scabra et rudis Vertranio videtur, id facile vitaveris, si memineris, Taciti verba sic esse accipienda, ut ante τὰ *nedum consul. desig.* intelligamus τὸ *et quenquam:* quasi esset: *tantum ullis mortalium securitatis inesse*, et *in civitate omnium gnara, et nihil reticente*, quenquam, *nedum consulem designatum, cum uxore principis, &c. convenisse.*

His duabus voculis, per intellectum appositis, nihil restat difficultatis. *Gronovius.*

Nedum Consulem designatum] Hic sensus est; Haud sum ignarus, fabulosum visum iri, tantum ullis mortalium securitatis fuisse, ut talia auderent; *et nedum*, id est, et nequidem, id creditum iri de consule designato, de quo major fama foret in urbe.

Non me latet, *fabulosum visum iri tantum ullis mortalium securitatis fuisse*, ne quidem, et minus etiam consularibus viris, et ipsis principibus civitatis, qui quo magis evecti, tanto magis Cæsarem observare ac metuere debent; haud ignoro, vix creditum iri *tantum ullis mortalium securitatis* fuisse, tantum abesse, ut credatur, consulem designatum id ausum esse in urbe, omnia resciente et nihil reticente.

Nedum Consulem] *Haud sum ignarus, fabulosum visum iri, tantum ullis mortalium securitatis fuisse*, ut talia auderent, præcipue *in civitate omnium gnara*, et omnia resciendi differendique rumoribus avida, *et nihil* vel etiam principum *reticente.*

Haud sum ignarus fabulosum visum iri quenquam mortalium, nedum consulem designatum, ausum esse convenire *cum uxore principis, &c.* idque minus credi posse de tali viro.

Id minus audere debuit consul designatus, quam quisquam mortalium, quippe propter splendorem nominis ac dignitatem, minus ignorari, aut potius nequaquam sileri, nequaquam latere potuit.

[t] *Adhibitis qui obsignarent*] Veterum nuptiis testatio interposita est, quod *liberorum quærendorum causa convenirent:* cujus prætextu Sejanus codicillis ad Tiberium supra Annali IV. tegit cupidinem. Et ejusdem testationis quædam vestigia remanent in institutionibus Ulpiani, titulo de Latinis.

Eam vero interponi apud acta magistratus existimavi in eo, de jure liberorum: quod crederem adhuc, nisi Taciti locus hic esset, qui docet adhibitos signatores, qui obsignarent, animo suscipiendorum liberorum in matrimonium conveniri.

Hinc igitur mecum addiscet studiosus, testationem coram signatoribus factam esse, et insertam instrumentis dotalibus, sive tabulis dotis: quas antequam uxor in domum viri deduceretur, vel ipsi auspices, ut ait Tranquillus, vel signatores obsignabant, qui in domum mulieris cum auspice convenerant. Eo illud Juvenal. Sat. X. 'Veniet cum signatoribus auspex.' Quintus item Cervidius Digestorum libris *signatorum* meminit, qui sacculum cum pecuniis testato depositum, et dotis tabulas consignarent. 8. D. de lege commissoria, et 66. D. de donationibus inter virum et uxorem. *Vertran.*

Fallitur, ut puto, cum dicit de Sejano, petivisse nuptias Livillæ *quærendorum liberorum causa.* Id fuisset inutile, et summæ impudentiæ in municipali illo ministro. Nam qua

suscipiendorum liberorum causa,[u] convenisse:[v] atque illam audisse Auspicum verba,[w] subisse,[1] [x] sacrificasse apud

munirent nuptiales tabulas, *quasi procreandæ sobolis gratia; atque ipsam* nuptiarum *auspices audivisse, subisse, rem divinam fecisse, accubuisse* epulis *inter convi-*

1 Forte an *nupsisse*, inquit Lipsius; id est, solenni luteo flammeo, qui mos novis nuptis, faciem velasse. *Subisse* intelligit Gronovius, quasi Messallina

NOTÆ

alia causa appetiisset matrimonium Sejanus? forte petebat tantum id decus, suorum liberorum, quos ex Apicata tulerat, protegendorum causa; hoc dico, non prorsus contendo.

Adhibitis qui obsignarent] Sueton. Claud. 29. 'Illud omnem fidem excesserit, quod nuptiis, quas Messallina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis et ipse consignaverit: inductus, quasi de industria simularentur, ad avertendum transferendumque periculum quod imminere ipsi per quædam ostenta portenderetur.' Ex fide historiæ id traditum non putavit Tacitus, alioqui non omisisset: id certe fictum ex ingenio talis Cæsaris videtur; sic multa Suetonio tradita omittit sæpe, non sine summo judicio, Tacitus.

[u] *Suscipiendorum liberorum causa*] Ea formula in nuptiis legitimis solennis, ad conjugii verum finem. 'Nec enim ob aliud,' ait Augustinus, 'fœmina nubit, quam, ut mater fiat:' unde et matrimonium ominis causa dictum. Ideo Græci definiunt: γάμον, id est, matrimonium, σύνοδον ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, κατὰ νόμον, ἐπὶ γνησίων τέκνων σπορᾷ· id est, 'conjunctionem viri et mulieris, juxta legem, ad legitimorum liberorum procreationem.' Et apud Athenienses, ait Isidorus Pelusiota l. III. Epist. 243. 'Legitima conjunctio ad seminandos liberos dicebatur fieri.' Menander etiam apud Clementem: 'Legitimorum filiorum procreandorum causa, do tibi filiam meam.'

Et Augustus senile quoddam conjugium injustum pronuntiavit, 'quoniam non quærendorum liberum causa initum,' ait Valerius VII. 7. In ipsis autem tabulis ea verba solita exprimi. Augustin. l. XIV. de Civit. 'Quid concubitus conjugalis, qui, secundum matrimonialium præscripta tabularum, procreandorum fit causa liberorum?' Adde et Sueton. Jul. cap. 51. *Lipsius.*

[v] *Convenisse*] Sic dicitur veluti formula solenni, *in matrimonium cum viro convenire*, vel *convenire in manum viri*, vel *convenire in manum*, tantum.

[w] *Audisse Auspicum verba*] De auspicibus in nuptiis fit etiam mentio l. XV. Ad hunc morem, in gratiam juniorum, subjiciam verba Ciceronis de Divinat. l. I. 'Nihil fere quondam majoris rei, nisi auspicato, ne privatim quidem gerebatur, quod etiam nunc nuptiarum auspices declarant, qui re omissa nomen tantum tenent.'

Idem tradit Valer. Max. II. 1. de nuptiis. Addam etiam hoc, auspices deinde alio vocabulo a Græcis ducto, *paranymphos* appellatos, qui ex parte viri nuptiis intererant: ut *pronubas*, quæ ex parte uxoris. *Pichena.*

Subisse verba, videtur dici, cui alius verba præivit. Vide observat. II. 4. *Gronovius.*

Auspicum verba] Auspices vocat Plutarchus τοὺς ἐπ' οἰωνοῖς ἱερεῖς, et Valer. Max. II. 1. 'Apud antiquos non solum publice, sed etiam privatim nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumto; quo ex more nuptiis

NOTÆ

etiam auspices nunc interponuntur: qui quamvis auspicia petere desierint, ipso tamen nomine, veteris consuetudinis vestigia usurpant.'

Auspicum. Cic. de Divinat. l. 1. 'Nihil fere quondam majoris rei, nisi auspicato, ne privatim quidem gerebatur. Quod etiam nunc nuptiarum auspices declarant, qui re omissa nomen tantum tenent. Nam ut nunc extis, quanquam id ipsum aliquanto minus quam olim, sic tum avibus magnæ res impertiri solebant.'

[x] *Subisse*] Verbum *subisse*, corruptum judico. Forsan *nupsisse*, id est, solenni luteo flammeo, qui mos novis nuptis, faciem velasse. Scripsi et sensi ita olim: at nunc delibero etiam atque etiam, et ambigo, an *subeundi* verbum non hic germanum et inter legitima nuptiarum.

Quintilianus suspicionem facit in sermone Declamationis 257.: 'dicit pars diversa: Non fuisti uxor, non subsisti cum illo:' legerim, *non subisti*. Et subitionem hanc intelligam, sive cum deducta subiret mariti domum, sive de jugo; modo is ritus tamen satis certus sit. *Lipsius.*

Subisse] Vertunt, *consensisse*, sed ex suo ingenio, et puto, quid altius repetitum ex antiquis moribus seu solennitatibus nuptiarum.

Subiisse] Usurpatum, ut vitta purpurea, candido colore distincta, aut veste versicolori, sicut apud Latinos in usu erat, nova nupta, sponsusque amiciantur, aut *jugum* pariter subeant.

Quare Juno *jugalis* dicta; quasi æquissimo jure et concordibus animis invicem necterentur, societasque et communicatio vitæ coita foret.

Vel caput obnubant, ut veteribus mos erat, unde *nuptiæ*.

Itaque τὸ *subisse*, intelligam de *flammeo*, quo caput obnubebant conjuges; de quo sic Petronius: 'Consurrexi ad officium nuptiale: jam Psyche puellæ caput involverat flammeolo.'

Vel de alia veste seu velo aliquo, quod utrique conjugi imponeretur: forte ad instar jugi, quod ipsi ex æquo subirent, unde conjuges dicti.

Vel intelligam de ritu antiquo illo, quo veluti per vim auferebatur, rapiebaturque nova nupta in domum mariti; quem morem retulit Plutarchus in Romulo, ubi de raptu Sabinarum agit: 'Manet etiam nunc mos ille Romæ; nempe sponsam, non per seipsam transire ultro limen domus mariti sui, sed raptam atque ablatam inferri, quia tum Sabinæ puellæ per vim ablatæ, nec ultro domos virorum ingressæ essent.'

Si tamen sequimur ordinem cærimoniæ et verborum Taciti, videbitur exprimi ritus, qui præcedat sacrificium; ita ut de flammeo illo, seu vitta jugali capi possit. Quippe *auspicum verba* haud dubie aliquid innuebant de tali coitione: sub idem jugum ac utrumque sponsum conjungebant, et conjunctionem maritalem denotabant.

Τὸ *subire*, absolute et simpliciter de *nuptiis* dictum; ut in religione ut in re gravi, forte ut in jugo, omnium quæ subeantur, gravissimo.

Subiisse] Videtur ille ritus præcessisse sacrificium, aut saltem simul una celebratum: neque enim intelligam de toro convivali aut geniali, quem subiret nova nupta. Petron. 'Imperavi Gnithoni, ut raptim grabatum subiret.'

Neque etiam *subire*, fuerit, sequi auspices præeuntes ritum, seu repetere eorum verba solenniter; ita ut nulla syllaba excideret sponsa. 'Auspices nomen tantum tenebant,' ait Cicero, et quis dicat *subire* pro sequi? forte tamen præibant auspices, eorumque verba repetebat sponsa.

Quisquis fuerit ille ritus, *subisse*,

Deos: discubitum inter convivas:[y] oscula, complexus: noctem denique actam licentia conjugali. Sed nihil compositum miraculi causa, verum audita scriptaque[z] senioribus[z] tradam.[a]

vas; basia, amplexus: demum noctem transactam fuisse *licentia maritali. Sed nihil adornatum ostentui, aut in admirationem, verum scribam ea quæ vetustiores audivere et memoravere.*

subierit verba, quæ auspex præivit. Cl. Chiffletio *subisse* idem est, ac *Capitolium ascendisse.* Sed *subisse* videtur esse vox nuptialis; quod postea et Lipsio placuit. *Brotier.*—2 Amicus legebat, *audita adsertaque.*

NOTÆ

essentialis fuit conjugio, ut patet ex argumento Quintiliani, 'uxor non fuisti, non subiisti.'

Probat valido argumento, non fuisse nuptam, quia non *subiisset:* quod intelligi forte possit de limine, quod subiret sponsa raptim pertransiens, quasi raperetur, et vi auferretur.

Præsertim si constet de illo ritu, quo morem fuisse dicunt sponsæ ungendi limen domus; unde et dicta sit *uxor*, quasi *unxor* ab ungendo.

Hinc forte duxerit argumentum suum Quintilianus: 'non fuisti uxor, non subiisti,' limen mariti non unxisti.'

[y] *Discubitum inter convivas*] Et quidem forma nuptiali: quæ volebat, ut nova nupta in gremio mariti jaceret. Morem eum exprimit Juvenalis: 'Ingens Cœna, sed et gremio jacuit nova nupta mariti.'

Quasi ecce id inter solennia nuptiarum. Apuleius de nuptiis Psyches: 'Accumbebat summum torum maritus, Psychen gremio suo complexus.' Ideo recte in Catullo: 'Aspice intus ut accubans Vir tuus Tyrio in toro Totus immineat tibi.'

Nec recte magnus ille censor, quem unum æmulor mirorque, *Aspice imus* emendavit. *Imus*ne in illo geniali suo epulo maritus? immo *summus*, vel Apuleio teste. Intus accubare, ut intus canere. Interior autem maritus, respectu sponsæ, ad quam hic sermo: si quid tamen mutandum, legerim *unctus:* qui mos Romanus in omni convivio solenni. *Lipsius.*

Discubitum] In sinu sponsi nempe; nimirum maritus superiori loco, et uxor inferius posita in sinu mariti, velut acquiescebat: quare addit Tacitus, 'oscula, complexus,' &c.

Discubitum inter convivas] Hæ nuptiæ haud dubie celebratæ in domo Silii mariti, ubi omnis paratus regius, ut nec assisterent, nisi vocati et jucundi amici. Itaque et hic vindemia celebrata, et hinc, ut puto, *subisse* intelligi potest de limine domus mariti, quo nupta ducebatur.

Inter convivas: oscula] Nempe nuptæ accumbebant, et velut acquiescebant reclinatæ, et in sinu maritorum repositæ: unde oscula, complexus, et cetera licentiæ maritalis.

[z] *Audita scriptaque senioribus*] Nulla hic difficultas: nam vel seniores alii audire potuerunt, alii vero scribere; vel iidem seniores hæc audire, et simul scribere potuerunt.

[a] *Tradam*] Magis pro mente, *trado;* jam enim illa incredenda scripsit. *Lipsius.*

Intellige *jam tradam*, vel statim traditurus sum, vel sic *audita, &c.* tantum trado, tradamque.

28. Igitur domus Principis[b] inhorruerat: maximeque, quos penes potentia, et, si res verterent, formido, non jam secretis colloquiis, sed aperte fremere, ‘ Dum histrio[c] cubi-

Igitur familia Cæsaris abominata erat facinus, *et præsertim* ii *qui auctoritate præpollebant, et* ad quos, *si transferretur imperium,* præcipue *spectabat metus, non amplius arcanis sermonibus, sed palam indignari;* Ignominiæ quidem labem

NOTÆ

[b] *Domus Principis*] Id est, præcipui ministri, et præsertim liberti, qui in intima amicitia et flagrantissima gratia principis: nam præcipue libertos suspiciebat Claudius, ut Posidonem, Felicem, quem Judææ præposuit, Harpocram, Polybium a studiis, Narcissum ab epistolis, Pallantem a rationibus, Callistum prioris aulæ, nempe Caligulæ, peritum. Ad hos maxime res spectabat, si ad Silium transiisset principatus cum Messallina.

[c] *Dum histrio*] *Dum industria cubiculum;* sic in veteribus libris. Lege: *Dum histrio cubiculum principis exultat, viro dedecus illatum quidem, sed excidium procul abfuisse.*

Exultare proprium histrionis, ἐξορχεῖσθαι. Inde eleganter, *cubiculum principis exultare,* de eo qui torum ejus persultabat, et uxorem stuprabat.

Exultare, idem quod *desultare,* vel *persultare.* Festus: ‘ Redantruare, dicitur in Saliorum exultationibus:’ ubi *exultationes* sunt ὀρχήσεις vel ὀρχήματα.

Hoc est igitur, quod querebantur domestici principis, quibus volentibus non erat matrimonium palam contractum Messallinæ et Silii: nam antea cum histrio inter adulteros Messallinæ, cubiculum principis persultaret, viro quidem dedecus illatum, sed abfuisse excidium.

Discidium etiam legi potest, et etiam, *hero quidem dedecus illatum;* nam de domo principis erant, qui ista loquebantur, et hoc verius puto. *Salmasius.*

Legunt alii, *viro,* alii, *hero;* sed ne quid dissimulem, τὰ et *hero* et *viro* et *adulterio* extra corpus orationis eminere, et supervacua mihi esse videntur. Simplicissimum vero: *dum histrio cubiculum principis exultaverit, dedecus quidem illatum, sed excidium procul abfuisse.* Illud Salmasii eruditum, *exultare* esse ἐξορχεῖσθαι.

Quod melius intelliges, ubi consideraveris, quæ vir insignis Hen. Salivius notavit ad Chrysostomum in Psalmos, eo verbo usos veteres, Andocidem, &c. et recentiores Lucianum, Plutarchum, Chrysostomum, pro καταισχύνειν, ὑβρίζειν· metaphora sumta ἀπὸ τῶν ἐμπομπευόντων τὰ μυστήρια. Ut idem sit Divo Chrysostomo: ἐξορχήσασθαι τὴν πολιτείαν τὴν πατρῴαν· ‘ Exultare et spernere patriæ leges:’ quod Maccab. I. Βεβηλῶσαι τὰ σάββατα καὶ ἑορτὰς, καὶ μιᾶναι ἁγίασμα: ‘ Profanare ac violare sabbata et festa, et sanctum polluere.’ Quanquam ipsum illud ἐξορχεῖσθαι τὰ μυστήρια, etiam translatum putem: et omnia ista dici ex eo, quod saltabatur in scena; ita ut ἐξορχεῖσθαί τινα sit κωμῳδεῖν. *Exultare aliquem,* sit: *illudere.*

Proprie exultantur οἱ κωμῳδούμενοι et τὰ κωμῳδούμενα; *qui* vel *quæ ridentur, seu traducuntur in Comœdiis.* Quemadmodum *saltatur fabula, Cyclops, Niobe;* quemadmodum *canticum desaltatur.*

Quæ ab histrionibus et mimis in pulpito repræsentantur, publicantur utique atque invulgantur; inde ἐξορχεῖσθαι τὰ μυστήρια dicuntur, *insultare seu illudere mysteria,* οἱ ἐξαγορεύοντες, *qui*

culum Principis insultaverit,[1] dedecus quidem illatum; sed discidium[2d] procul abfuisse: nunc juvenem nobilem, dignitate formæ, vi mentis,[3e] ac propinquo Consulatu, majorem

impressam atque inustam *Cæsari*, dum mimus illusit thalamo, toroque principis; sed tamen perniciem procul abfuisse: nunc adolescentem stirpe

1 Locus omnino corruptus in Mss. Alii *dum instruo cubiculum Principis exultavero;* sic et editio princeps. Alii *dum industria cubiculum Principis occulit adulteros*, ut et Puteolanus. In Ms. Bodl. cum scriptum esset, *dum industruo*, librarius margini adjecit, *dum intus clauso cubiculo Principis.* Felicior sane Franciscus Medicis, qui cum in Ms. Flor. legeret *dum histrio... exultavero*, melius divinavit, *dum histrio cubiculum Principis persultaverit.* Quod Pichena ceterique recentiores recepere. Pro *persultaverit* tentabat Cl. Chiffletius *insultat.* Si mutandum, mallem *insultaverit.* At æque probabilis Medicea emendatio. *Brotier.* Gronovius et Ryckius edunt *exsultaverint;* Brotierus et Homerus *persultaverint.*—2 Brotier. *sed excidium.* In Ms. Flor. *Sed et scidium.* Unde Pichena *sed discidium.* Melius ceteri *sed excidium.* Idem.—3 Ita Mss. Male Puteolanus *juventa.* Supra in plerisque Mss. *dignitate forma.* Bene Lipsius et recentiores *dignitate formæ.* Brotier.

NOTÆ

evulgant: et sic derisui habent ac ludibrio: inde ἐξορχεῖσθαί τινα est ὑβρίζειν, προπηλακίζειν· *exultare aliquem*, est, *illudere, conviciari.*

Hinc etiam Tacitus sumsit, ut diceret *exultari* ab histrione *cubiculum principis*, id est, infamari, inhonestari, contaminari, conspurcari: quorum verborum aliquo, aut simili usus fuisset, si de quovis alio homine quam scenico loqueretur.

Artificium hominis, et genus vitæ impetrarunt, ut hoc verbum mallet Tacitus, qui ubique decora personis animadvertit et tribuit.

Nec Lucilius aliter multo videtur dixisse apud Nonium: ‘ Debelles me, atque deuras, exultes, solicites.’

Dum histrio cubiculum principis polluit, et in eo quasi in scena exultat, *dedecus quidem illatum*, intelligo, *domui.* Itaque placet, *excidium*, non *dissidium*, seu *discidium.*

Et hoc ipsum *exscidium* grandius, quam *exitium.* Horatius: ‘ concidit auguris Argivi domus, ob lucrum demersa excidio.’ *Gronov.*

Exultaverit] *Exultare*, est gaudio exilire, velut ovando, et quasi triumphata pudicitia fœminæ, et hic quidem regum reginæ se victorem gloriosum ferre.

Legit Pichena *persultaverit*, quod magis Latinum putaverim; *exultare* Græcum nimis videatur.

[d] *Discidium procul abfuisse*] Vulgo *exscidium:* Flor. *sed et scidium.* Unde veram lectionem suspicor, *sed dissidium.* Pichena.

Immo potius *exscidium* legi debet: hoc magis Mss. et voci *dedecori* convenit. Sic melior et validior sensus: fuisse quidem *dedecus* illatum, at *exscidium procul abfuisse.*

Exscidium] Procul abfuisse exitium principis, et principatus reique Romanæ.

[e] *Vi mentis*] Non solum forma præcellebat Silius, sed etiam ingenio et eloquentia; nam supra facunde invehitur ipse consul designatus in advocatos qui pecuniam donumve

ad spem[f] accingi: nec enim occultum, quid post tale matrimonium superesset.' Subibat sine dubio metus reputantes, 'hebetem Claudium et uxori devinctum, multasque mortes jussu Messallinæ patratas.' Rursus ipsa facilitas Imperatoris fiduciam dabat, 'si atrocitate criminis prævaluissent, posse opprimi damnatam antequam ream.[g] Sed in eo discrimen verti, si defensio audiretur, utque clausæ aures etiam confitenti forent.'

29. Ac primo[h] Callistus,[i] jam mihi circa necem C. Cæ-

illustrem, forma corporis insignem, vi ingenii, atque proximo consulatu, majus ad fastigium præparari; nec enim incertum *esse*, quid post tales nuptias destinaretur. *Incessebat haud dubie formido, cum revolverent animis*, stupidum esse Claudium et fœminæ addictum, plurimasque cædes imperante Messallina perpetratas. *Sed aliunde ipsa simplicitas principis spem addebat*, si *semel* enormitate sceleris præpolluissent *apud ipsum*, posse damnari et perimi *Messallinam*, priusquam ream aut convictam. Sed in eo periculum esse, si se defendens ipsa audiretur, et *necessarium esse*, ut obstructæ aures *principis*, etiam confitenti *scelus*, forent.

Et initio Callistus, jam mihi memoratus, cum cædem Caligulæ traderem, et Nar-

NOTÆ

acciperent ad causam orandam; 'discors Suilio Silius acriter incubuit, veterum oratorum exempla referens,' &c.

[f] *Majorem ad spem*] Nempe, quam consulatus, quem jam habebat Silius. Consulatu ipso ad principatum accingebatur. Dos quippe talis matrimonii imperium fuisset, et forte non sine consilio eum ad consulatum evexerat Messallina.

[g] *Antequam ream*] Antequam audiretur Messallina, priusquam rea se defenderet. Inprimis enim cavendum fuit, ne defensio audiretur, et ne aures confitenti Cæsar præberet; Claudius enim simul eam audisset, et absolvisset.

[h] *Ac primo*] Primum inter se consultavere tres potentissimi liberti Cæsaris, Callistus, Narcissus, et Pallas. At postea abscedentibus Callisto et Pallante, perstitit Narcissus, id solum immutans de primo consilio, ne moneret Messallinam, idque prudenter. Nam alias in ipsum tota scena convertebatur. Infra Tacit. 'Verterat pernicies in accusatorem.'

[i] *Callistus*] De quo Plin. XXXIII. 10. ubi de Crasso: 'In agris suis M. M. sestertium possedit, Quiritium post Syllam ditissimus. Nec fuit satis, nisi totum Parthorum esurisset aurum: atque ut nomen quidem optimi occupavit (juvat enim insectari inexplebilem istam habendi cupidinem), multos postea cognovimus servitute liberatos opulentiores, pariterque tres Claudii principatu, Pallantem, Callistum et Narcissum.' M. M. sunt 5000000. coronati.

Et lib. XXXVI. 7. 'Variatum in hoc lapide postea est. (Sudinem intelligit, genus marmoris.) Namque pro miraculo insigni quatuor medias (columnas) in theatro suo Cornelius Balbus posuit. Nos ampliores triginta vidimus in cœnatione, quam Callistus Cæsaris Claudii libertorum potentia notus, sibi ædificaverat.'

Hic, teste Dione, fuit conscius conjurationis adversus C. Cæsarem cum

saris narratus,[j] et Appianæ cædis molitor[k] Narcissus, flacissus qui *Appio* Silano *necem paraverat, et Pallas, qui tum temporis maxima*

NOTÆ

Eparcho, occultus tamen, ut puto: nam Cassius Chærea et Cornelius Sabinus militares viri cædem peregere.

[j] *Circa necem Cæsaris narratus*] C. Cæsaris Caligulæ: cujus necis conscius particepsque fuit hic libertus, narrante Josepho XIX. 1. scilicet autem, Tacitum hoc narrasse in libris qui de Caligula. *Lipsius.*

Ac primo Callistus] Pallas, Callistus, et Narcissus, 'quos penes potentia, et, si res verterent, formido,' cognito Messallinæ facinore, primum inter se consultavere, an retraherent Messallinam ab illo perdito amore, idque minaciis intentis de tota re Claudio manifestanda.

Sed animadverso, non leve illinc periculum, post illa disceptant, num potius sit eam apud maritum deferre. Verum et hinc periculis imminentibus, Pallas et Callistus missa utraque faciunt, diversis de causis.

At Narcissus persistit in posterioribus consiliis, scilicet in *accusatione*, uno tantum immutato: hoc est, destinavit Messallinam pervertere secreta delatione.

Verum enimvero, quænam horum supina stultitia (dicat aliquis) minis eam sperare ab amore Silii deterrere, cui adeo vilis maritus, ut nuptias in propatulo celebrare sit ausa?

Respondet pro me Suetonius in Claud. 29. docetque, ad maritum fallendum non eam omnem prætextum flocci fecisse: 'Nam illud omnem fidem excesserit, quod nuptiis quas Messallina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis et ipse consignaverit,' &c. *Salinerius.*

Callistus, &c. narratus] De ejus ingenio, indole, fortuna, gratia, et etiam forte consultis, et societate ejus cum his qui odissent Caium, antea scripserat Tacitus.

Cæsaris] Lege, vel intellige, C. Cæsaris. Caligulam intelligit, cujus cædis conscius Callistus. Vide Josephum.

[k] *Appianæ cædis molitor*] Vide Sueton. cap. 37. in cujus verbis: 'Nec multo post ex composito irrumpere Appius nunciatus, cui pridie ad id temporis ut adesset præceptum erat: quasi plane repræsentaretur somnii fides, accersi statim, ac mori jussus est;' sed menda est.

Quo enim accersi jubetur, qui jam aderat? Non fugit Torrentium, qui ex libris legit, *arcessi*, pro accusari, ut interpretatur. Mihi *arceri* verum videatur: ut exclusum eum a Claudio intelligamus, nec admissum. Transcripserim etiam, *arceri, ac statim mori.* Historiam pete a Dione. *Lips.*

Appianæ] Apud Sueton. *accersi, ac statim mori jussus est*, accersi nempe in cubiculum Cæsaris, Messallina coram, et Narcisso delatoribus, ac satellitio, ubi statim mori jussus est, tanquam sceleris manifestus, ut supra Valerius Asiaticus.

Sic intra domum sæviebat Claudius. Quod flagitium aversatur Nero infra XIII. 4. 'Non enim se negotiorum omnium judicem fore, ut clausis unam intra domum accusatoribus et reis, paucorum potentia grassaretur.'

Mane ad fores palatii *accedebat* Appius; *cui pridie ut ad id temporis adesset præceptum erat.* Statim nuntiatur Claudio irrumpere, accersitur in cubiculum, damnatur, et mori jubetur.

Appianæ cædis] Ex composito inter doli seu sceleris artifices pridie adesse

grantissimaque eo in tempore gratia Pallas[l] agitavere, ‘ num Messallinam secretis minis[m] depellerent amore Silii, cuncta

gratia apud Cæsarem florebat, simul *consultavere ;* an occultis minis Messallinam

NOTÆ

jussus erat Appius; itaque mane die sequenti noctem somniorum, adest miser et doli inscius, intrat palatium.

Nempe, ut constaret somnium, Claudio ultro stupenti jam narratum ; jamque ultro trepidanti, *irrumpere* ex composito nuntiatur, quasi ad cædem veniret, ut sic pavidum ingenium magis exterrerent.

Itaque cum ingressus esset tantummodo Appius atrium seu vestibulum palatii, et nemo introduceret ad principem ; quia nempe spatium esse debuit, quo scenam criminis adornarent mali ministri; cum adhuc narrarent somnium suum, hoc ipso nuntiatur Appius *irrumpere*, (non dicunt *ingredi*) quo vim denotabant, et statim a loco in quo stabat, accersitur et introducitur in cubiculum Claudii, quo talia negotia pro more transigebantur, ut supra de Asiatico vidimus.

Ibi statim damnatur, nulla data copia senatus, et mori jubetur : id est, liberum ei mortis arbitrium permittitur, quasi per clementiam principis. Sic illudebant pessimi *magistri dominationis* Urbi, orbi, senatui, legibus, Principi, Reipublicæ.

Appianæ cædis] Sueton. Claud. 37. ‘ Pari modo oppressum ferunt Appium Silanum; quem cum Messallina et Narcissus conspirassent perdere, divisis partibus, alter ante lucem similis attonito, patroni cubiculum irrupit, affirmans, somniasse se, vim ei ab Appio illatam: altera in admirationem formata, sibi quoque eandem speciem aliquot jam noctibus obversari retulit. Nec multo post ex composito irrumpere Appius nunciatus, cui pridie ad id tempus ut adesset præceptum erat : quasi plane repræsentaretur somnii fides, arcessi statim, ac mori jussus est.’

[l] *Pallas*] De quo sic Plin. xxxv. 18. ‘ Hoc est insigne venalitiis gregibus, opprobriumque insolentis fortunæ, quod et nos adeo potiri rerum vidimus, ut prætoria quoque ornamenta decerni a senatu, jubente Agrippina Claudii Cæsaris, viderimus libertis: tantumque non cum laureatis fascibus remitti illo, unde cretatis pedibus advenissent.’

Pallas] Is *a rationibus* libertus. Gallice, *Surintendant des Finances*. Non præcipua seu superiori auctoritate, ut voluit interpres noster, sed maxima auctoritate fuit, ut et alii. Nam Callistus et vel alii non inferiores.

Flagrantissima gratia ii omnes, pro suo quisque ordine et munere. Designat illos aliquo speciali addito Tac. ut distinguat. Callistus *jam narratus* antea; Narcissus Appii nece insignis ; Pallas maxima gratia. Attamen Narcissus *secundum Pallantem et Callistum* agebat infra cap. 38.

[m] *Num Messallinam secretis minis*] Nuptiis Messallinæ cognitis, inhorruere omnes principis domestici, quia exitium principi imminere necessario videbant. Admoneri principem intutum, recordantibus potentiam uxoris, cujus vi tot proceres morti dati.

Rursus facilitas principis spem faciebat opprimendæ uxoris, si prævenirent; sed in hoc metus, ne uxorem quamvis accusatam audiret, antequam perderet: quod si fieret, eadem periculum vertebat in accusatores.

alia dissimulantes:' deinde metu, ne ad perniciem[n] ultro traherentur, desistunt: Pallas, per ignaviam; Callistus, prioris quoque regiæ[o] peritus, et potentiam cautis,[p] quam acribus, consiliis tutius haberi. Perstitit Narcissus, et,[r]

absterrerent a cupidine Silii, cetera reticentes, velut ignari; *postea veriti, ne exitium sibi ipsi pararent, rem deserunt: Pallas per inertiam; Callistus superioris etiam aulæ gnarus,* sciensque *auctoritatem servari tutius callidis, quam violentiori-*

1 *Narcissus, solum* edidit Rhenanus, Beroaldus interjecta copula *et, solum.*

NOTÆ

Eo metu fiebat, ut ad aliud consilium descenderent, si sine accusatione Messallinæ possent avertere exitium a capite principis.

Id videbatur fieri posse, si ab amore Silii eam absterrerent; quod secretis minis tentandum primo censuerant liberti, injecto metu, nisi adulterum relinqueret, dicturos principi.

Rursus hoc consilium periculosum visum, ne impotens mulier ultro monitores in exitium raperet.

Ita in tanto consiliorum æstu, destitere prorsus ab omni incepto Pallas et Callistus, expectaturi, quid fors ferret: Pallas ignavia, Callistus prudentia.

Solus Narcissus perstitit in amoliendo periculo, quod imminebat capiti principis; sed usus priore consilio, præveniendi adulteram apud aures principis: alterum consilium aspernatus, minis absterrendæ Messallinæ; ne exinde ipsa suspicaretur accusaturum, et occuparet. *Mercerus.*

Secretis minis] Non *minis* viri, ut volunt, sed tamen nomine viri, aut saltem quasi nomine viri, minas illas intentaturi erant potentes liberti; aut potius suo nomine, qui se delaturos principi tale scelus minarentur. Neque etiam talibus fœminis accusatores deerant.

[n] *Ne ad perniciem*] Ne sibimet ipsis perniciem molirentur; quis enim admoneat præpollentem impudicam, et eam depellere a libidine conetur, nisi proprio exitio?

Quis exprobrare audeat talia flagitia? Qui monet, facinus objectat; hinc Narcissus valde cavet, 'ne quo sermone præsciam criminis et accusatoris faceret.' Nam 'mulier sævissima tunc est, Cum stimulos odio pudor admovet.'

[o] [*Prioris quoque regiæ*] Sub Caio apud quem in gratia potentiaque fuit. Dio ubi de Domitio Afro, l. LIX. Et eleganter Seneca epistola quadam: 'Stare ante limen Callisti dominum suum vidi, et eum qui illi impegerat titulum, qui inter ridicula mancipia produxerat, aliis intrantibus excludi.'

Sed fuit non minus magnus apud Claudium: estque ille ipse, cui Scribonius Largus medicus ejus ævi, opus suum inscribit, et appellat C. Julium Callistum. *Lipsius.*

[p] *Cautis*] Hinc, ut puto, patet, scripsisse alibi Tacitum, fuisse Callistum inter conscios conjurationis adversus Caium, non aperte, sed occulte, et *cautis consiliis* favisse percussoribus. Nam alioqui non eum in aula tolerasset Claudius, qui mortem Caligulæ in quosdam vindicavit, præsertim quia etiam postulasse mortem suam conjuratos compererat.

solum id immutans, ne quo sermone præsciam criminis[q] et accusatoris faceret, ipse ad occasiones[r] intentus, longa apud Ostiam Cæsaris mora, duas pellices, quarum is corporibus maxime[s] insueverat, largitione ac promissis, et, uxore dejecta, plus potentiæ ostentando, perpulit, delationem subire.

30. Exin Calpurnia (id pellici nomen) ubi datum secretum, Cæsaris genibus provoluta, 'nupsisse Messallinam Silio,' exclamat: simul Cleopatram, quæ idem opperiens astabat, 'an comperisset,' interrogat:[t] atque illa annuente,

bus consultis. Perseveravit Narcissus, et unum illud invertens, ne ullo colloquio Messallinam *præmoneret sceleris et delatoris. Ipse occasionibus invigilans, cum diu moraretur Claudius apud Ostiam, duas concubinas, quarum cupidine præsertim tenebatur* Cæsar, *pecunia et promissis, et, conjuge deturbata, majorem* ipsis *auctoritatem* fore *demonstrans, eas incitavit, ut hanc accusationem susciperent.*

Mox Calpurnia, (sic concubina vocabatur,) simul ac remotis arbitris potuit, *procidens ad genua principis, exclamat:* Messallinam celebrasse nuptias cum Silio, *et simul rogat Cleopatram, quæ aderat idem expectans,* num eadem ipsa

Lipsius et Pichena Rhenanum, Freinshemius et J. F. Gronovius Beroaldum secuti sunt. Fatendum tamen supervacaneam esse hic copulantem particulam, nec invenitur in Ms. meo, qui habet: *Narcissus, solum id imputans.* Unde amicus faciebat: *solum id evitans.* Quare simul cum Rhenano expunximus. Reg. *ut solum id mutans.* Ryckius.

NOTÆ

[q] *Criminis*] Id est, criminationis, seu accusationis. Sciebat ipsa crimen suum, sed non *præsciebat* criminationem, seu accusatorem extiturum aliquem.

[r] *Ipse ad occasiones*] Quantum patet ex narratione Taciti, de suo matrimonio seu uxore, admonitus est Claudius apud Ostiam, et ibi erat Narcissus intentus in occasiones, ibique perpulit concubinas, ut rem aperirent Cæsari.

Quod melius in ore mulierum invicem accusantium, quam liberti; qui sic quasi dedecus Cæsari objectavisset, talia admonendo. Infra: 'nec nunc adulteria objecturum, ait.' Sic callide veneno virus pellit; ut mox Seneca Actem libertam immisit adversus Agrippinæ oscula, incestæ libidinis prænuncia.

[s] *Quarum is corporibus maxime*] Habuit plures pellices, quibus insueverat Claudius. Nam in fœminas *effusissimæ libidinis* fuit teste Sueton. sed duas istas præcipue amavit. Multas concubinas habuere mox principes Romani, ut patet de Vespasiano, qui rerum potitus, plures substituit in locum Cænidis suæ defunctæ, quam unicam privatus habuit.

[t] *Interrogat*] Nempe ipsa eadem Calpurnia, quæ genibus Cæsaris advoluta. Et ipsa eadem Calpurnia etiam *cieri Narcissum postulat,* qui hujus scenæ præcipuas partes sustinebat.

'cieri Narcissum,' postulat. Is, 'veniam in præteritum' petens, 'quod ei cis Vectium,[u] cis Plautium[1] [v] dissimula-

audisset; *atque illa affirmante*, acciri Narcissum *flagitat*. *Ille* ante actorum gratiam *postulans*, nempe, *quod ei* antea Vectium, antea Plautium occultasset,

1 Brotierus edit *Vectios, Plautios;* et loco hanc notam adjungit: 'Nihil in Taciti libris hac oratione corruptius. Mss. Vatic. 1863 et 1864. Ms. Flor. et editio Princeps, *Quod eicis Vecticis Plaucio dissimulavisset*. Ms. Bodl. et

NOTÆ

[u] *Cis Vectium, cis Plautium*] Emendavi præeunte Vaticano, qui habebat, *cis Vecti, cis Plautio*. Et vere. Duo enim famosi in hac Messallina, et quasi primorum ordinum adulteri. Vectius Valens et Plautius Lateranus: quos tamen dissimulasse et siluisse se dicit.

Sed an magis pro hac sententia, *bis Vectium, bis Plautium*, an, *circa Vectium?* Non accusatos quidem illos, aut certe iterum excusatos, sequentia etiam dicunt. Ceterum famosi, ut dixi, hi adulteri.

De Vectio mox noster, et Plinius de Medicis: 'Exortus mox est Vectius Valens adulterio Messallinæ Claudii Cæsaris nobilitatus.' Item Scribonius Largus: 'Hoc medicamentum Apulei Celsi fuit, præceptoris Valentis et nostri.'

De Plautio mox, et l. 13. 'Secutaque lenitas in Plautium Lateranum, quem ob adulterium Messallinæ ordidine remotum reddidit senatui.' At viri docti desperatam hujus loci restitutionem censebant, cum vulgo esset, *cis Vectium, Plautium*. Lipsius.

Cis] Gell. XII. 13. 'Nam tres istæ voces, *intra, citra, ultra*, quibus certi locorum fines demonstrantur, singularibus apud veteres syllabis appellabantur. *In, cis, uls:* hæ deinde particulæ, quoniam parvo exiguoque sonitu, obscurius promebantur, addita est tribus omnibus eadem syllaba: et quod dicebatur, *cis Tiberim*, et *uls Tiberim*, dici cœptum est, *citra Tiberim*, et *ultra Tiberim*. Item quod erat, *in*, accedente eadem syllaba, *intra* factum est.' Non solum locorum fines demonstrantur hisce particulis, sed etiam temporum.

Cis Vectium, Plautium] Scribendum, *quod ei cis Vectios, cis Plautios dissimulavisset*. Quid? patrata, sed sistentia, neque ultra tales, neque ultra hanc fœditatem excurrentia Messallinæ *adulteria*.

Quam vocem differt in membrum sequens. Particula *cis*, idem vult quod *intra*. Sic *cis Tiberim:* sic Plauto, 'cis pancas tempestates:' ut libro sequenti: 'vis Agrippinæ citra ultima stetit.'

Veniam peto, Cæsar, inquit, quod tacui, dum Vectiis, dum Plautiis mœchis contenta fuit Messallina, dum intra hos, et horum similes libido ejus stetit. *Gronovius.*

Vectium] Forte melius, *Quod ei cis Vectios, cis Plautios dissimulavisset*. Sic alibi: 'Matios post hac et Vedios, et cetera equitum Rom. prævalida nomina,' &c. Sed nihil affirmo.

Vectium] De quo sic Plinius XXIX. 1. 'Exortus deinde est Vectius Valens adulterio Messallinæ Claudii Cæsaris nobilitatus, pariterque eloquentiæ assectator. Is eam potentiam nactus novam instituit sectam,' medicorum nempe.

Et infra ibid. 'Quid enim venenorum fertilius, aut unde plures testa-

visset, nec nunc adulteria[w] objecturum,'[2 x] ait: 'nec domum, servitia,[y] et ceteros fortunæ paratus[3] reposcere: frue-

nec se nunc etiam ei exhibiturum uxoris flagitia *dicit*, ne Cæsar repeteret familiam, mancipia, et reliqua fortunæ principalis insignia; immo et potire-

Puteolanus, *Quod ei cis Vectium Plancium dissimulavisset.* Mss. Vatic. 1958. Harl. et Jes. *cis Vectium Plaucium.* Ms. Agr. *Quod Cicios, Vectios Plaucios.* Certe emendandum *Vectios, Plautios.* Sic infra Tacitus, Annal. XII. 60. 'Matios posthac et Vedios et cetera equitum Romanorum prævalida nomina referre nihil attinuerit.' *Cicios* autem, aut *Cincios*, ut divinabat Heinsius, nemini notos, sanus quisque amandabit. Hæsitandum duntaxat *Titios* inter aut *Suilios*, Titium nempe Proculum aut Suilium Cæsoninum, Messallinæ libidinibus famosos de quibus infra c. 35. et 36. *Titios*, quod ad codicum scripturam magis accederet, antetuli. De *Vectiis* vero et *Plautiis* vide infra c. 31. et 36. Postea edidi *nec nunc Silio adulteria objecturum.* Hæc enim Silium spectant, non vero Messallinam, ut vulgus interpretum existimavit: eos decepit Puteolanus, qui edidit *nec nunc adulteria objecturum.* Deesse vocem unam monet editio princeps, vitiosa licet, in qua *nec non simul adulteria objecturus.* Corrupta sane vox *simul*, cui *Silio* substituendum clamat ipsa narrationis series. *Domum* autem, *servitia, et ceteros* imperatoriæ *fortunæ paratus* Silium a Messallina accepisse dicetur infra, c. 35. Demum ut sana foret reliqua orationis pars, vulgata adhuc hæc fuere emendanda, *Frueretur immo iis, et redderet uxorem*, quæ Puteolanus invexit. In editione principe et plerisque Mss. libris *Frueretur immo et his redderet.* Melius Ms. Reg. *et is redderet.* Nam cum librarii sæpe *et* atque *at* confundant, manifestum est, ut orationis conclusio digna sit Tacito, emendandum, *Frueretur immo. At is redderet uxorem.* Hæc jam longiora sunt, quam ut, quæ alii obscure falsove commentati sint, huc congeram.' Homerus Brotieri lectionem servat.—2 Brotierus et Homerus legunt *Silio adulteria objecturum.*—3 Ita editio princeps. Mss. Harl.

NOTÆ

mentorum insidiæ? Jam vero et adulteria etiam in principum domibus, ut Eudemi in Livia Drusi Cæsaris; item Valentis, in qua dictum est regina.' Fuit eques Rom. et inter equites tercentos quos occidit Claudius.

[v] *Plautium*] Puto, idem *Plautius* est, qui infra 36 *Lateranus* vocatur, et cui 'mors remittitur ob patrui egregium meritum.'

[w] *Nec nunc adulteria*] Nec nunc exhibiturum aut expositurum Cæsari adulteria Messallinæ et Silii; ne ipse, Claudius nempe, *domum, servitia, &c. reposceret*, quæ translata ad Silium; *frueretur immo iis* adulter Silius, at *redderet uxorem* Claudio, *rumperetque tabulas, &c.*

[x] *Objecturum*] Exhibere talia seu objicere, velut exprobrare est, ob pudorem et dedecus. Infra Tac. 'Et si justum dolorem pudor impediebat.'

Objecturum] Vertit Clar. Harlæus, *non objecturum adulteria Messallinæ.* Potius est, Claudio non *objecturum*, et ne nunc quidem exhibiturum *adulteria* uxoris, &c. Exhibere, in talibus, et *objicere* unum et idem est.

[y] *Nec domum, servitia, &c.*] Fruatur sane Silius domo tua, servis, veste et gaza omni regia (nam hæc translata ab adultera ad Silium, notante etiam Dione:) reddat saltem uxorem. *Lipsius.*

Nec domum] Vulgo scribitur *ne domum*, sed melius legas, *nec domum, servitia, &c. reposcere.* Hoc ait, non

retur immo iis:[z] at[4] redderet uxorem, rumperetque tabulas nuptiales.[a] 'An discidium,'[b] inquit, 'tuum nosti? nam matrimonium Silii vidit populus et Senatus et miles; ac, ni propere agis, tenet urbem maritus.'[c]

tur iis *adulter Silius*, at restitueret fœminam, rescinderetque tabulas matrimonii. An divortium tuum, *inquit*, comperisti? Quippe nuptias Silii *cum uxore tua* spectavit populus, et senatus, et miles: et nisi festinas, jam habet civitatem vir *Messallinæ*.

Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *apparatus*.—4 Gronovius et Ryckius *immo iis, et*: Brotierus et Homerus *immo*. *At is*.

NOTÆ

ideo accusationem Silii ab se institui, ut domum aliaque ex patrimonio principis ei dono a Messallina data, repeteret, quin frueretur iis; nec enim, in tanta atrocioris delicti enormitate, levia hæc animadversione digna esse, sed alia longe graviora subesse, innuit, dum eum uxorem principi jubet reddere. *Freinsh.*

Recte, *ne domum reposceret*, pro genio liberti monentis talem dominum, cui et summus erat magister dominationis.

Ne domum] Puto, præcipuam supellectilem et 'quicquid habitum Neronibus et Drusis.' Quicquid pretiosum fuit, gemmas, aurum, vasa, vestes, opes, omnia denique instrumenta regni et aulæ. Per *domum* intelligimus mancipia, etiam et ceteros *principalis* fortunæ paratus. Ipse Tac. innuit, cum addit, *servitia et ceteros, &c.* sic supra: 'velut translata jam fortuna, servi, liberti, paratus principis apud adulterum visebantur.'

[z] *Frueretur immo iis*] Nempe Silius adulter.

[a] *Rumperetque tabulas nuptiales*] Ad legitimum matrimonii actum tabulæ et signatores adhibiti. Tabulis et dos continebatur, et illa solennis conjugii causa *liberum quærendorum*. Juvenalis: 'Signatæ tabulæ; dictum, feliciter.' Apuleius, 'Quod in villa, non in oppido tabulæ sint consignatæ, quarto et ultimo loco objecere.' Meminerunt non semel Jurisconsulti: et proprio huic rei libro C. V. Brissonius, cujus accuratæ diligentiæ doctrinæque non a me, non ab aliis quicquam addo. Ut ergo eæ tabulæ matrimonio firmando: sic eædem ruptæ, disparando. Juvenal. 'Tabulas quoque ruperat, et jam Signabat, tota vix hæc ego nocte redemi.' De his tabulis locum accipio, qui in priscis Glossis: 'Dicente quadam muliere, congiarium filii sui ablatum esse a nescio quo, eumque filium suum esse, et ad se pertinere congiarium, negavit alius: respondit mulier, Latinam se fuisse, nuptias vero non fuisse. Cum ergo non potuisset eum ostendere filium suum, de quo agebatur, cum non sit tuus filius, congiarium redde.' *Lipsius.*

[b] *An discidium*] De discidio matrimonii. Plutar. in libello qui inscribitur *Quæstiones Rom.* 'Itaque etiam antiquitus uxorem repudiare non licuit, ac ne nunc quidem licet, (nisi quod hoc permisit ejus rei gratia interpellatus nostra ætate Domitianus:) aderant autem discidio matrimonii sacerdotes terribilia multa, et inusitata, atque tristia agentes.'

[c] *Maritus*] Maritus Messallinæ,

31. Tum potissimum[d] quemque amicorum[r] vocat: primumque[e] rei frumentariæ præfectum,[f] Turranium, post

Tum præcipuos familiarium acciri jubet princeps, *et primo sciscitatur Turranium annonæ præfectum, dein Lusium Getam, qui prætoriano militi præerat.*

1 Brotierus omisit quemque, et sic rem explicat: ‘ Vel Tacitus omisit *quemque*, ut citatior foret narratio, vel emendandum *potissimos*, ut multi ante nos observavere. Proculdubio legendum *potissimos*. Nam duos nominatim concilio interfuisse refert Tacitus, et paulo post subjungit, *ceteri circumstre-*

NOTÆ

maritus fœminæ imperantis et secum principatum invehentis. Nam illa matrimonia *principalia* tanquam summi gradus ad principatum. Vide Tac. infra de Antonia Claudii filia, et alios auctores de Faustina Antonino Pio genita.

[d] *Tum potissimum*] Sic intellige: tum potissimum amicorum vocat Turranium, eumque primum vocat (hic verus et præcipuus amicus); dein Getam, qui in speciem amicus tantum, nec enim ei *satis fidebat* Claudius, *ad honesta, seu prava juxta levi.*

Potissimum] Lege *potissimos*, vel *potissimum quemque.*

Potissimum] Lege *potissimos:* infra l. XIII. 17. ‘ Largitione potissimos amicorum auxit.’ Possit tamen sic intelligi. Tum potissimum amicorum vocat Turranium, eumque primum interrogat; dein Lusium Getam, nam Getæ non satis fidebat Claudius; sicque potior in gratia Cæsaris Turranius, et tum potissimus amicorum.

[e] *Primumque*] Non quia primus sit, qui rei frumentariæ præfectus fuit, non etiam, quia primus accitus sit; nam potissimos amicorum forte simul advocat, sed quia eum primum interrogavit Claudius; post, Lusium Getam percunctatur.

[f] *Rei frumentariæ præfectum*] Frumentatio, seu distributio frumenti in plebem, usurpata jam vetere Repub. Primo per ædiles, dein per tribunos. Mox C. Cæsar priori numero ædilium ideo addidit duos *Ædiles*, quos *Cereales* appellavit: postea, *præfectus annonæ* creatus est ipse Augustus, anno urbis 732. cum fames esset.

Ipse tum Duumviros creari jussit, qui tali distributioni præessent. His Curatoribus annonæ, Lictores, Arcensi, et imago magistratus fuit: dein Quatuorviri creati sunt, qui id curarent.

Post Augustum secundus rei frumentariæ præfectus fuit C. Turranius, ut supra tradit Tac. l. I. Magna fuit ea potestas et proxima præfectura Urbis.

Sub Augusto frumentum accipiebant ducenta millia civium et paulo plura: ipse in lapide Ancyr. Tiberius hanc largitionem auxit, ex Tac. supra.

Non solum *ingenui*, sed etiam *liberti* accipiebant; *inquilini* etiam admissi, *pueri*, etiam *novennes* sub Trajano. *Ab undecim annis* (quæ ætas pubertatis) antea accipere pueri *solebant.*

Ea distributio fiebat per *tesseras*, quæ symbola erant in *ligno*, *plumbo*, aut *ære.* Has tesseras ferebant ad horrea publica, et accipiebant frumentum, et illæ tesseræ datæ initio cujusque mensis, sub ipsas Nonas.

Quinque aut sex modios frumenti accipiebant singuli, seu medimnum Atticum: sed mox *panis* distributus est plebi, quod forte cœpit a Trajano.

Lusium Getam,[g] Prætorianis impositum,[h] percunctatur.[i] Quibus fatentibus, certatim[2] ceteri circumstrepunt, 'iret in castra, firmaret Prætorias cohortes, securitati ante, quam vindictæ consuleret.' Satis constat, eo pavore offusum[3][j] Claudium, ut identidem interrogaret, 'an ipse Imperii potens? an Silius privatus esset?' At Messallina, non alias solutior luxu, adulto autumno, simulacrum[k] vindemiæ per

Quibus annuentibus, tum astantes *reliqui certatim instant*, pergeret in castra, excitaret prætorianum militem, et incolumitati suæ prospiceret, priusquam ultioni. *Satis compertum est, tanto metu exterritum Claudium, ut subinde postularet*, an ipse principatu potiretur? an Silius privatum ageret? *At Messallina haud alias* petulantior aut *magis effusa in lasciviam, provecto jam autumno, ima-*

---

punt.'—2 Ita Ms. Reg. et editio princeps. Male Puteolanus et recentiores *tum certatim*. Abest etiam *certatim* a Ms. Bodl. *Brotier*.—3 Cod. meus: *eo*

NOTÆ

Unde et *Pistorum Collegium*.

Frumentum præcipue advehebatur ex Sicilia, Sardinia, Africa, et Ægypto.

Augusti ævo suppeditabat Ægyptus centum et decem milliones modiorum frumenti.

Africa ducenta millia modiorum tritici, et præterea tres milliones librarum olei dabat.

Supputant viri docti, fuisse expensa in eam distributionem urbanam quotannis, viginti et septem milliones, et insuper trecenta et septuaginta quinque millia modiorum tritici, et is *Canon* Urbis vocabatur.

[g] *Lusium Getam*] Id illi verum et gentile nomen, non *Lucium*, aut *Luscium*. Duo autem hoc tempore Prætorii Præfecti, Lusius Geta et Rufus Crispinus. *Lips.*

L. Getam] Qui provectus erat favore Messallinæ; ideoque suspectus fuit Narcisso, et Claudio. Attamen vocatur in consilium, quia præfectus prætorio, militem velut in sua potestate habuit, et forte, ne tali tempore offenderetur. Ac tamen ad diem hunc unum velut exauctoratur cum collega.

[h] *Prætorianis impositum*] Alter aberat, nam duo fuerunt præfecti prætorii tum temporis, nempe Crispinus et Geta; quorum potestatem in unum mox Burrhum contulit Agrippina Claudii.

Forte vicissim imperabant illi duo, et tum imperii vicem obtinebat L. Geta. Alternis diebus signum dabant cohortibus, apud castra excubantibus. Nam cohorti in atrio principis custodienti dabat signum ipse princeps.

[i] *Percunctatur*] An vera essent, an audissent, quæ de suo matrimonio nunciata fuerant.

[j] *Constat, eo pavore offusum*] Sueton. Claud. 'Messallinæ quoque amorem flagrantissimum, non tam indignitate contumeliarum, quam periculi metu abjecit, cum adultero Silio acquiri imperium credidisset: quo tempore fœdum in modum trepidus ad castra confugit, nihil tota via quam, essetne sibi salvum imperium, requirens.'

[k] *Adulto autumno, simulacrum, &c.*]

NOTÆ

Adulto autumno, id est mense Octobri. Itaque etiam in Horologio veteri Romæ signatum eo mense, VINDEMIÆ SACRUM LIBERO. Et persuasum mihi, non aliud esse hoc *Vindemiale* festum, quam *sacra Liberi*, quæ C. Cæsar primus Romæ celebravit: etsi Athenienses mense Novembri celebrasse, in Philostrati quarto legi.

De ipsa re, Servius ad eos versus, 'Daphnis et Armenias,' &c. 'Hoc,' inquit, 'aperte ad Cæsarem pertinet, quem constat primum sacra Liberi patris transtulisse Romam.' Ideo nummus percussus Cæsari, in cujus parte C. VIBIVS RVFVS, et impressa ara, cui persona histrionia imposita, item thyrsus et tigris adjuncta, ad memoriam non dubie hujus rei.

Lampridius in Heliogabalo: 'Cum ad Vindemiam vocasset amicos nobiles, et ad corbes sedisset, gravissimum quemque percontari cœpit, an esset promtus in venerem: posteaquam senes vidit erubescere, contulit se ad juvenes; a quibus cum audiret ætati congrua, gaudere cœpit, et dicere vere liberam' (emendo, *liberi;* in eo enim lusum, quasi ea libertas vindemialis vere digna esse Libero Deo) 'Vindemiam esse, quam sic celebrarent. Ferunt multi ab ipso primum repertum, ut in Vindemiarum festo multa in dominos jocularia, et audientibus dominis, dicerentur.'

Capitolinus in M. Antonio: 'Vindemias privato modo cum amicis agebat.' Videturque ritus postea imperii fuisse, ut Princeps extra Urbem dies aliquot lasciviret, et vacaret huic Vindemiali festo.

Paulus Diaconus l. III. De gestis Longobard. c. 6. 'Procedente itaque Tiberio ad villam, ut juxta ritum imperialem triginta dies ad Vindemiam jocundaretur, Sophia vocatum ad se Justinianum voluit ad imperium sublimare.'

Idem festum Magnam Coronam dictum esse, suspicor ex his Tertulliani verbis: 'Sed et alias Liberum principem coronæ plane laureæ etiam vulgus agnoscit, cum dies in illum solennes Magnam appellat Coronam.'

Alia ab hoc festo, ne erres, Liberalia: quæ antiquæ liberæque Reip. et incidebant in XV. Kal. Apriles. De quis Varro l. V. et Kalendarium Romanum. *Lips.*

Adulto autumno] Hoc est, medio jam autumno. Sic l. II. 'Sed æstate jam adulta, legionum aliæ itinere terrestri in hybernacula remissæ.' Annus in quatuor digeritur species: prima cujusque pars *nova* vocatur aut *viridis*, id est, *immatura;* secunda *adulta;* tertia *præceps*. Ferretus.

Simulacrum vindemiæ] De festo Vindemiæ interpretantur: puto, pluribus diebus mansit Claudius Ostiæ, et primo nuptias suas celebravit Messallina, dein statim festum, seu potius *simulacrum* festi Vindemiarum: illi dies certe vera Bacchanalia fuerunt.

Simulacrum vindemiæ] Quod habeat apud nos speciem Bacchanalium: vulgo *une Mascarade.*

Vindemiæ] Fuit festum quod vocabant *Vinalia*, sic Varro de Ling. Lat. l. IV. et celebrabatur a sacerdotibus: 'Vinalia a vino, hic dies Jovis, non Veneris, hujus rei cura non levis in Latio: nam aliquot locis Vindemiæ primum a sacerdotibus publice fiebant, ut Romæ etiam nunc. Nam Flamen dialis auspicatur vindemiam: et ut jussit vinum legere, agna Jovi facit: inter cujus exta cæsa et porrecta Flamen prorsus vinum legit.' Sed puto, differebat hæc a Vindemia illa chori procacis et debacchantis.

Vindemiæ] Hoc genus ludos in *Liberi patris* honorem inventos fuisse, omnes fere consentiunt: quos ab

domum[1] celebrat.[4] Urgeri præla, fluere lacus:[m] et fœminæ

ginem seu speciem *vindemiæ in ædibus suis exhibebat. Premi torcularia, manare*

pavoris effusum. Unde amicus, *eo pavore suffusum.* Ryckius.—4 *Celebrabat*

NOTÆ

Atheniensibus originem duxisse ferunt, qui primi, Novembri mense, Bacchanalia et ludos gymnicos ac liberales celebrarunt.

Idque tanta licentia, ut Nympharum et Heroum habitu bacchantes prodirent in forum, et ad sonum tibiæ, cum lasciva gesticulatione, compositis modis psallerent, vinumque cum bellariis, libaque ex melle, magna bibendi licentia circumferrent, quos plerumque populus coronatus spectavit.

Quæ sacra, præterquam quod per anum deliram et temulentam indicerentur, eo insolentiæ processere, ut mulieres virique ornati hedera, crine fluxo, lymphatis animis debacchatæ, cum thyrsis, velut insanientes et furore afflatæ, obvios ferirent.

Præterea ministri quoque fanatici non minore insania ferulas gestarent, tanta temulentia, et verborum licentia, ut Marcus Varro nisi ab amentibus fieri potuisse negaret.

Lavini integer mensis Libero dicabatur, quibus diebus obscœnis verbis et spurcissimis uti permissum, quod Heliogabalus instituisse fertur, ut in Vindemiarum festo multa impudica et obscœna jactarentur in dominos: id quod Itali quidam servare etiamnum solenne habent: donec per forum virile membrum plaustro transveherent, cui matrona spectatæ pudicitiæ velut sancto numini, coronam imponebat.

Quod etiam Varro fieri consuesse in reliqua Italia scribit, tanta turpitudine, ut per dies festos Liberi membrum per agros plostellis, mox in urbem, cum cantu et ululatu ferrent.

Vindemiæ] Similem Vindemiam seu Bacchanalium instar refert Velleius M. Antonium celebrasse cum Cleopatra sua II. 82. 'Bellum patriæ inferre constituit; cum ante novum se Liberum patrem appellari jussisset, cum redimitus hedera,' &c.

Hoc tamen puto discrimen fuisse, quod Antonius triumphum, Bacchi instar, seu Bacchanalia celebraverit publice, curru invectus per vicos et compita urbis, more Græcorum, seu orientalium regum, cujus ritus insolentis multa habes exempla apud Athenæum.

At vero Silius et Messallina intra ædes suas Vindemiæ suæ petulantiam exercebant, nec vagari per urbem ausi sunt, aut noluerunt.

Ut privatim, nempe, liberior effusiorque esset lætitia lasciviaque, quippe inter notos consciosque earundem libidinum flagitiorumque; quo cœtu lascivientium, nullus censoris aut pædagogi vultus appareret argueretve.

[1] *Per domum*] Forte non in ipsa domo Messallinæ, sed potius in domo Silii, ubi servitia regia et paratus principalis; hocque liberius et amantius in domo mariti, seu amasii; et præsentes aderant pauci et jucundissimi familiares. Ideoque Claudius adveniens, statim domum Silii intrat, ubi scenam peractam esse audiverat.

Per domum] An in domo Cæsaris, an in domo adulteri? putem potius, in domo Silii. Quippe debuit deduci nova nupta in domum mariti. De-

pellibus[5] accinctæ[n] assultabant, ut sacrificantes vel insanientes Bacchæ: ipsa crine fluxo,[o] thyrsum[p] quatiens, juxta-

lacus cœperant, *et mulieres pellibus indutæ persultabant, ritu Baccharum sacris operantium vel furentium. Ipsa* Messallina *sparsis crinibus, thyrsum vibrans, et*

Brotier. et Homer.—5 Cod. Oxon. pro *pellibus* habet *nebridibus:* et paulo post

NOTÆ

buerunt ibi epulæ ceteraque nuptiarum solennia celebrari.

Præterea, quæ audacia foret, quanta impudentia, totam lasciviam inferre palatio et ad pulvinar! longe liberior et effusior licentia fuit apud amasium.

Igitur intra ædes adulteri, puto, celebratum esse festum, seu simulacrum vindemiæ. Et nota, *per domum;* id est per omnes partes domus: non enim pars una domus sufficiebat lasciviæ, petulantiæ, proterviæ, aut potius insaniæ bacchantum.

[m] *Lacus*] Lacus sunt, qui torculari supponuntur ad excipiendum mustum, et labra lignea, quibus vindemiæ apud nos importantur, quibusque ad balneum utimur. *Budæus.*

[n] *Pellibus accinctæ*] Mænades illæ urna marmorea nuper nobis exhibitæ apud eruditum Sponium, videntur gestare pelles infra sinum, (nam sinu nudo, etiam longe infra mammas apparent;) jactant etiam strictum et longum quoddam velum transversum retro, a brachio dextro ad sinistrum.

An sit illud ex pellibus factum non satis compertum: pelles illæ *Tigridum* et *Pantherarum.* Hæ feræ Baccho sacræ erant, quia vino animus ferox redditur, et belluarum ferocitatem induit.

[o] *Ipsa crine fluxo, &c.*] Eodem habitu Antonium depingit Velleius, qui Liberum se ferebat: 'Cum Liberum patrem appellari se jussisset, cum redimitus hedera, coronaque velatus aurea, et thyrsum tenens, cothurnisque succinctus, curru velut Liber pater vectus esset Alexandriæ.' De cothurnis, etiam Virgil. 'Nudataque musto Tinge novo mecum direptis crura cothurnis.' De thyrso, præter alios, Justinus: 'Veluti Bacchæ, per speciem habitumque pacis, lanceas in thyrsis circumferunt.' Vide et Plin. XVI. 24. Athenæus ejusmodi Bacchi insignia in Pyrrhicha saltatione recepta fuisse, ostendit l. XIII. 'Quæ in usu est nostra ætate Pyrrhica, Bacchica quædam saltatio esse videtur, quæ modestior et lenior est antiqua. Habent enim qui saltant thyrsos pro hastis, procedunt vero in invicem, et ferulas facesque deferunt. Saltant vero, quæ pertinent ad Bacchum et ad Indos, et quæ ad Pentheum pertinent.'

Quæ verba lucem dare volo iis, quæ hic præcedunt, 'fœminæ pellibus accinctæ assultabant, velut sacrificantes vel insanientes Bacchæ.' *Lips.*

Crine fluxo] Mænades cum furerent, cum jactarent caput cursuque circumvagarentur, non modo fluxos et sparsos crines habuere, sed etiam sic aëris et venti ludibrio jactabantur crines, ut velut evecti et in altum sparsi viderentur, ita ut fanaticæ illæ fœminæ sic magis inhorrescerent.

At tum Messallina Vindemiam celebrans, non sic prorsus insaniebat, sed tantum lasciviebat: hinc Tacitus dixit, 'fluxis crinibus.'

[p] *Thyrsum*] Qui hastæ ad instar, præacutæ, et hedera implicitæ.

que Silius hedera vinctus,[q] gerere cothurnos,[r] jacere caput,[s]

prope astabat *Silius redimitus hedera, gestare cothurnos, jactare cervicem, exultante*

NOTÆ

[q] *Hedera vinctus*] Non solum caput, sed et totum corpus hedera revinctus fuisse videatur.

[r] *Cothurnos*] Hi in tragœdiis, *socci* in comœdiis usurpati; et certe res a risu et a comico, statim in tragicum vertit.

Gerere cothurnos] Alii intelligunt de Silio, alii de Messallina: forte de utroque sumi possit, et de toto illo *procaci choro*. Iisdem insignibus ornati, qui festum idem simul celebrabant.

[s] *Jacere caput*] Hoc etiam ex Bacchantium more. Apuleius lib. VIII. 'Diuque capite demisso, cervices lubricis intorquentes motibus, crinesque pendulos rotantes in circulum, et nonnunquam morsibus suos incursantes musculos.' l. I. 5. §. 9. ff. de ædil. edict. 'Quæritur, si servus inter fanaticos non semper caput jactaret, et aliqua profatus esset, an nihilominus sanus videretur.' *Pichena.*

Jacere caput] Apuleius l. VIII. de Gallis Bacchantibus: 'Crinesque pendulos rotantes in circulum, capite demisso.' Catullus: 'ubi capita Mænades vi jaciunt hederigeræ.' Pausanias dicit, *Bacchas* esse sacras fœminas, Liberi patris instinctu afflatas, sive furentes, et illæ *Mænades* dictæ a verbo μαίνεσθαι, *furere*.

Is furor ad imitationem Bacchi fiebat: nam is, teste Apollodoro l. III. 'Post vitem inventam a Junone, furore injecto percitus, Ægyptumque ac Syriam pererravit.' Movebat hunc furorem cymbalorum tinnitus, et Bacchantes et Tigrides concitabat ad insaniam in Orgiis.

Jacere] Bacchæ, furore illo sacro percitæ, totum corpus mire contorquebant, et præcipue caput ac collum; ita ut caput ipsum penderet prorsus, rotareturque in dextram partem et ad manum qua thyrsum gerebant, quasi cœlum sic contuerentur furiose: quare Apuleius dicit, 'capite demisso.'

Nam caput *jaciebant* retro, quasi violentia divina subactæ, sicque crines agitati rotatique pendebant prorsus horrido modo: hinc Catullus 'capita vi jaciunt.' Quod mire nobis exhibuit nuper doctissimus Sponius sect. 2. miscell. eruditæ antiquitatis, super urna marmorea, quæ exhibet duas Mænades sic insanientes.

Jacere caput] Horum ludorum, seu potius vesani furoris, rationem affert Strabo l. X. 'Commune profecto tam Græcorum quam barbarorum est, sacrificia festiva cum animorum remissione agitare, aliqua quidem, cum numinis afflatione, quam rem cum ἐνθουσιασμοῦ appellant. Aliqua vero absque inspiratione tali. Præterea nonnulla cum musica, nonnulla sine musica. Quædam etiam occulta significatione, hoc est, mystica; quædam aperta. Hoc autem sic ipsa natura insinuat. Nam ipsa remissio, mentem ab humanis negotiis abducit, ac intellectum certe ad divinitatem convertit. Et ipse enthusiasmus, hoc est, numinis afflatio, divinam quandam inspirationem habere videtur, et ad vaticinandi genus prope accedere. Ipsa vero occulta sacrorum significatio, id est, mystica, numen honestat, ejus naturam imitans, quæ nostrum quoque sensum effugit.'

Hoc loco *simulacrum* tantum fuit atque imitamentum Bacchanalium; attamen, quod in aliis superstitio, seu numinis afflatus et furor, hoc

strepente circum procaci choro.[t] Ferunt, Vectium Valentem,[u] lascivia in præaltam arborem connisum, interrogantibus, 'quid aspiceret?' respondisse, 'tempestatem ab Ostia atrocem:' sive ceperat[6] ea species, seu forte lapsa vox in præsagium vertit.

32. Non rumor interea, sed undique nuntii incedunt,[v] qui, 'gnara Claudio cuncta, et venire promtum ultioni,' afferrent.

circum lasciva turba. Tradunt Vectium Valentem, cum præ petulantia in proceram arborem ascendisset, respondisse sciscitantibus, quid intueretur? *videre se* procellam immanem ab Ostia *irruentem; sive* reipsa *obversaretur oculis ea visio, seu casu jacta ea vox in omen conversa est.*

Non fama solum *interim, sed undique accurrunt nuntii, qui monerent,* cuncta

crine fuso pro *fluxo.*—6 Mss. Reg. Jes. et editiones veteres *cœperat.* Recentiores *ceperat.* Nec male. *Brotier.*

NOTÆ

idem in istis, petulantia libidinis, lascivia, seu vesania faciebat.

[t] *Choro*] Non solum *mulierum*, ut vertunt, sed et virorum simul cum alio sexu, ut statim eorum supplicio patebit. Nec forte multæ fœminæ nobiles vocatæ: nam sexus sexui pudorem movet, et certe in nullas fœminas sævitum, tot viris punitis.

Et mirari subit, quod consciæ fœminæ non etiam correptæ sint. Sic forte, ne tot supplicia augerent invidiam populi Rom. in libertos, talia exequentes. Quasi imbellibus et vi adactis fœminis forte venia data. Forte tantum libertinæ erant et pedissequæ, quæ jussu imperatricis cogebantur: nec principis dedecus revelare sine exitio suo poterant.

Choro] Forte varias species induerant, nempe, ut adessent Nymphæ, Satyri, Bacchi, Bacchæ, Panes, Fauni et alia lasciviæ nomina. Quod genus assistebat Baccho.

Sic Artemidorus in Onirocritico: 'Chorus autem qui Baccho adest, Bacchi et Bacchæ, Bassaræ, Satyrus, Panes sive Fauni, aliaque similia nomina, huic Deo sacra, et simul et separatim singuli, turbas magnas, pericula strepitusque significant.' Quæ certe pericula turbæque contigere tum Messallinæ et amasiis ac sectatoribus ejus, non in somno, sed re ipsa.

[u] *Vectium Valentem*] Puto, idem est cujus adulteria dissimulaverat Narcissus, et idem qui infra c. 35. confessus et indicium offerens, ad supplicium trahitur.

[v] *Undique nuntii incedunt*] Nimis hoc lentum esse videtur pro discriminis magnitudine: suspicor, auctorem scripsisse, *nuntii incidunt*, quæ vox festinationem notat, qualis rebus trepidis oriri solet.

Sic apud Livium III. 11. 'cum fuga trepidum, plenum vulnerum ac pavore incidentem' (falso editiones quædam incedentem) 'portis exercitum viderint.' Idem VI. 33. 'patentibus portis cum improviso incidissent.' Iterum III. 3. 'agrestesque pavidi incidentes portis,' &c. *Freinsh.*

Sufficit, *undique nuntii incedunt*, licet in tanto pavore ac discrimine. Recte *non jam rumor*, sed undique nuntii incedunt, non *incidunt*. Neque inci-

Igitur Messallina Lucullianos[1] in hortos,[w] Silius, dissimulando metu, ad munia fori[x] digrediuntur. Ceteris passim dilabentibus, affuere Centuriones, inditaque sunt vincula, ut quis reperiebatur in publico, aut per latebras. Messallina tamen, quanquam res adversæ consilium eximerent,[2] ire obviam, et aspici a marito, quod sæpe subsidium habuerat, haud segniter intendit, jussitque, 'ut Britannicus et Octavia in complexum patris pergerent.' Et Vibidiam, virginum Vestalium vetustissimam,[y] oravit, 'Pontificis

Cæsari comperta esse, et advolare vindictæ properum. *Itaque Messallina abscedit in hortos Lucullianos, Silius pavori occultando, ad negotia fori. Ceteris hacque et illac evadentibus, advenere centuriones, et* reis *injectæ sunt catenæ, prout inveniebantur publice, aut in latebris occulti. Attamen Messallina, licet rebus adversis infringeretur vis ingenii ac consilii,* ipsa *tamen haud segni animo contendit ut occurreret viro, et spectaretur* ipsi; *quo præsidio, qua sæpe arte usa fuerat; præcepitque,* ut Britannicus et Octavia in amplexum parentis properarent. *Et obsecravit Vibidiam Vestalium virginum maximum,* ut Pontificem maximum convenire,

1 Mss. et editio princeps *Fucillianos*. Puteolanus *Lucilianos*. Melius ceteri *Lucullianos*. Brotier.—2 Ita Mss. Flor. Reg. Bodl. Bud. Guelf. Agr. editio princeps, Ernestus et alii. Puteolanus *adimerent*. Idem. Ryckius habet *adimerent*, sed *eximerent* non spernendum sibi videtur.

NOTÆ

dere ex improviso poterant, qui in tam atrocis rei fama discurrerent ab Ostia, quæ distabat 18 milliaribus ab Urbe.

[w] *Lucullianos in hortos*] De quibus initio hujus libri. Tamen et *Luciliana* prædia reperio, et hic in manuss. constanter *hortos Lucilianos*. Lapis Romæ:

D. M.
CRESCENTIS. NEPOTI. FORTVNATI.
CÆSARIS. N. SER. EXACTORIS.
PRÆDIORVM. LVCILIANORVM.

Lipsius.

Lucullianos] Luculli horti fuerunt in Colle Hortulorum, et in Nona regione Romæ antiquæ: hodie horti Magni Ducis *Toscanæ* in monte Pincio, vel *Medici alla Trinita de Monti*, in regione *Campo Marzo*, et in Roma moderna. Ex Nardino. *Tillem.*

Lucullianos in hortos] Sic vocantur in plurali, vel pro genio linguæ Rom. vel ex amplitudine et magnificentia. Sic *horti* Epicuri, sic apud Juven. 'Senecæ prædivitis hortos.' Vel quia de facto in plura genera hortorum divisi, eodem loco, et ad diversa destinati, ut et nunc apud divites et proceres videmus.

Lucullianos] Sunt hi fatales horti Luculli: in his hortis perire meruit Messallina, quos ut haberet, Asiaticum occiderat. Funestæ id genus sectiones. Hæc dona imperitantium infausta, hæc δῶρα vere ἄδωρα. Talia bona publicata, donabant amicis, sæpe in exitium. Nam quid aliud, 'Senecæ prædivitis hortos?' et similes.

[x] *Ad munia fori*] Quia consul designatus.

[y] *Vetustissimam*] Est eadem, quæ *Virgo maxima* dicitur. Nam ab ætate

NOTÆ

præerat, et sic dicebatur. Nos in *Vesta*. Lipsius.

Vetustissimam oravit] *Vetustissimam* esse, quæ *Maxima* est, facile concesserim, cum plerumque, quæ dignatione ac loco præcederet, eadem præcelleret etiam ætate, certe annis sacerdotii.

Sed *Maxima* proprie princeps collegii, ut, *Pontifex maximus*, *Augur maximus*, *Curio maximus*. Pontifex *maximus* fuit, qui primum inter alios Pontifices locum teneret, collegiumque cogeret.

De Prætore maximo sic Festus: 'Maximum prætorem dici putant alii eum, qui maximi imperii sit: alii, qui ætatis maximæ.' Veriorem esse priorem sententiam, liquet ex Livio. Addit: 'Pro collegio augurum decretum est, quod in salutis augurio prætores majores et minores appellentur, non ad ætatem, sed ad vim imperii pertinere.'

Hoc aut consentit cum illis verbis, quæ supra adduximus: aut ibi, *prætores majores et minores* ipsi fuere consules et prætores: nam imperium *minus* prætor, *majus* habebat consul, ut ex Messalla refert Gellius, I. 15. *Gronovius*.

Vestalium] Illud sacerdotium jam olim Trojæ institutum; Troja Lavinium; hinc Albam, et Alba mox translatum est in Urbem; sed severiore disciplina egerunt Romanæ virgines.

Apud Albam quinquennio tantum puræ a nuptiis manere debuerunt; at Romæ per triginta annos; ita ut captæ seu delectæ a Pontifice Max. sexto ætatis anno, possent tantum nubere post sex et triginta annos: quod tamen raro fecerunt; nec faustæ illæ nuptiæ, ut experientia cognitum est in his quæ nupserunt.

Apud Albam honorificum habebatur, nobilissimam quamque virginem Deæ Vestæ ministram designari; quod etiam mox Romæ viguit; ita ut ipse Augustus filiam in id ultro offerret, si idoneam aliquam habuisset. Et Albæ Amulius Iliam, seu Rheam, Vestæ sacerdotem delegit, arcano quodam et regio consilio, sed honestissimo prætextu; veritus, ne ipsa virum cito nacta, ultorem suo generi pareret.

Hinc conjicere est, debuisse tales virgines manere innuptas Albæ toto quinquennio, post pubertatem nempe, aut postquam promotæ ad sacerdotium essent. Et ita requisita fuit pudicitia ad peragenda sacra Vestæ, ut ipsa Ilia, seu Rhea Sylvia, licet ex Deo concepisset, statim post vim pudicitiæ illatam, se in morbum incidisse simularet; idque ipsi consuluerat mater, securitatis causa erga Deos; nempe pietatis et rei divinæ gratia: ita ut neque amplius accesserit ad sacra facienda, sed per alias virgines sacra celebrata, aliaque omnia per eas ministeria, quæ fieri necesse erat, peracta sint.

Apud Albam, si quæ virginum corpus polluisset, ad necem usque virgis cædebatur; et qui nascebatur puer, in fluvium projiciebatur. Hæc Dionysius Halic. Et forte ea causa, seu prætextu, Remus et Romulus, ex Rhea nati, abjecti sunt in ripa Tiberis.

At Romæ gravius supplicium constitutum erat, quamvis per lenitatem et clementiam sic fieri videretur, nempe, ne virginem ipsi necarent.

Incesti convicta virgo, viva defodiebatur, et tum simul apponebatur aliquantulum panis, lactis, et olei, in specu ad id præparato, juxta portam Collinam.

Nempe virgineo sanguine polluere manus suas verebantur antiqui: nec

NOTÆ

fas putabant, occidere virgines: Dionysius idem refert de Laomedonte rege, qui hostis a se occisi, liberos omnes melioris sexus interfecit; ne quis ultor injuriæ tandem existeret. At 'filias adhuc virgines occidere nefas putavit:' τὰς δὲ θυγατέρας παρθένους ἔτι οὔσας ἀποκτεῖναι μὲν οὐκ εὐπρεπὲς ἐνόμισε.

Quod longo post tempore repetitum a Tacito et Suetonio, ubi agunt de filia Sejani, quæ, quia virgo erat, a carnifice, prope laqueum prius vitiata est, quam strangularetur.

Quam tamen historiam ut omnino certam non tradit Tacitus, nec affirmat id constitutum aut factum in filia Sejani, nisi ex fide auctorum ejusdem ævi; et sic innuit ipse se dubitasse.

Et Lipsius eo loco, non de fœmina virgine tantum id, sed de impube et investi sexu quocumque id cautum lege putavit: ita ut teneræ et innoxiæ ætati lex parceret, non præcise virginitati sexus sequioris.

In quo tamen fallitur, ut colligere est ex eo loco supra allato de Laomedonte rege. Patet etiam ex verbis ipsius Taciti v. 9. 'Tradunt temporis ejus auctores, quia triumvirali supplicio affici virginem inauditum habebatur, a carnifice laqueum juxta compressam,' &c.

Nec dicit Tacitus præcise, fuisse legem qua id caveretur: sed innuit fuisse veluti morem ex humanitate ortum, et æque vetustum ac hominum genus, parcendi huic sexui, nec unquam laqueo necatam virginem.

Et experientia perpetua compertum est, non parci ætati licet innoxiæ et investi marium: nam filios hostis, licet infantes, statim occidi fas putarunt principes victores.

Et Tiberius occidit triumvirali supplicio ipsum filium Sejani, sine prætextu ullo, quo in viros ante ascriberetur: quod exemplum affert Lipsius, nempe, id a Triumviris usurpatum esse in puero impubere, quem occisum vellent.

Fuit igitur, non ea lex scripta, aut incisa æneis tabulis, sed a natura indita atque insita animis mortalium, non quidem, ut parcerent omni ætati innoxiæ et investi, sed virginitati, verecundiæ, et sexui infirmiori atque innocentiori.

Ita ut non publice, neque per carnificem et laqueum necarent virginem fœminam, præsertim tenera ætate; et illa ætas, quia misera et innocens, ideo et sacra.

Sed quicquid sit de eo more in vulgus virginum, certe quod spectat ad virgines Vestæ, sive quia rea virgo erat, seu talis censebatur, sive quia sacra erat Vestæ virgo, sive ea sævitia pœnæ esset, sive per honorem. Et forte multiplex ea ratio fuit antiquis.

Virgo damnata non attingebatur ab homine ullo, non a carnifice, non laqueo temerabatur: intacta et velut inviolata moriebatur, ultro et sola inedia, et quasi vitium naturæ ulciscente natura ipsa, et nulla hominum vi: abstinebant manus, velut a re quæ sacra et ἄσυλος esse debuit. At conscius incesti, virgis ad necem verberabatur.

Adeo severe animadversum ad pudicitiam Vestalium, ut etiam suspectus esset 'cultus amœnior, ingeniumque liberius quam virginem decet, nec parum abhorrere famam' debuerunt; ita ut quandoque ex 'collegii sententia, Pontifex Maximus abstinere a jocis, colique sancte potius, suam scite' juberet, testis Livius.

Adeo severe intenti ad virgines, ut si quæ clades aut calamitas publice contingeret, causam statim re-

NOTÆ

ferrent in ipsas, tanquam non rite sancteque celebrarent sacra illa publica pro salute Reipub. et inquirerent in earum pudicitiam et mores; neque id sine labe, nisi quandoque vel miraculis innocentiam vindicarent.

Tanta diligentia curaque observatæ puellæ, ut si quando in ægritudinem inciderent, affines matronæ, vel *sponte*, vel etiam ex *auctoritate Pontificum*, ipsis perpetuo assiderent.

Nempe, cum vi morbi ex atrio Vestæ cogebantur excedere, prudentissimarum matronarum curæ custodiæque mandabantur. Sic Plin. lib. VII. epist. 19.

Sed ipsis alioqui magnum decus, magni honores in Urbe; ipsæ carpento veluti res sacræ, aut ipsa numina, vectæ. Lictor ipsas præcedebat, qui turbam submoveret, velut imperitantibus et rerum dominis; quod ipsis concessum fuit a Triumviris Reipub. constituendæ, Octavio, Lepido, et M. Antonio.

Nemo ipsis quasi Tribunis plebis resistere audebat: unde fiducia illa ingens Claudiæ Vestalis, quæ fratrem injussu populi triumphantem, eodem curru usque in Capitolium comitata est, ne quis obstare auderet tali triumpho.

Immo et Tribunis plebis ipsa Virgo potentior. Sic rem exprimit Valerius Max. l. v. c. 4. ' Et Claudia Vestalis cum patrem suum e curru triumphantem, violenta Tribuni plebis manu detrahi animadvertisset, mira celeritate utrisque se interponendo, amplissimam potestatem inimicitiis accensam depulit; igitur alterum triumphum pater in Capitolium, alterum filia in ædem Vestæ duxit.' Tamen Sueton. Tib. 2. Non *patrem hunc*, sed *fratrem* Claudiæ vocat.

Tantus etiam honos habitus Virginibus, ut eis via cederent consules et prætores, ut et locum præcipuum et honestissimum haberent in ludis ac spectaculis, ut et inter ipsas sederet Augusta principis uxor, per honorem.

Tantæ etiam fidei et auctoritatis fuerunt hæ virgines, ut apud ipsas deponerentur testamenta principum, et præsertim *Maximæ* seu vetustissimæ Vestalium fidei committerentur, perque eas inferrentur in senatum, ibi recitanda; ita ut legata et magnæ opes a dominantibus, ipsis relinquerentur.

Ita tamen, ut nulli intestato succederent Vestales, et ipsis intestatis etiam nemo hæres esset, sed opes earum in publicum redigerentur.

Id juris etiam habuerunt Vestæ virgines, ut si reus, qui ad mortem ducebatur, obviam haberet in via virginem feretro suo seu carpento vectam, statim supplicio et laqueo eriperetur; ita tamen ut ipsa virgo tum jurare teneretur, se non dedita opera reo occurrisse, sed id fortuito casu factum.

Et quod magni momenti, quod maximæ auctoritatis argumentum fuit, Virgines istæ supplicabant non solum Deos, sed et homines pro concordia, pro pace inter cives ineunda, pro salute principum, pro fœminis, pro filiis ipsorum procerum.

Sic olim Julium Cæsarem Virgines auctoritate sua et precibus sævitiæ Syllæ dictatoris eripuerant, teste Sueton. Jul. 1. Sic et infra apud Tac. in historiis servare voluerunt Vitellium principem victum jam et profligatum a Flavianis, et suadere pacem nitebantur, et in id cum legatis missæ, sed frustra.

At de Vestali sic Tullius pro Fonteio: ' Superbum sit, ejus obsecrationem repudiare, cujus si Dii asper-

NOTÆ

narentur, hæc salva esse non possint.' Hinc libertus Narcissus hic, quamvis præpotens et superbus, ac Regis regum rex, tamen 'Vibidiam depellere nequivit; ergo auditurum principem,' &c.

Habuere servos suos et libertos, etiam virilis sexus, sed non eodem atrio, nisi interdiu; nam nocte eo, nulli viro adire fas. In quodam marmore Junia Torquata sacerdos Vestalis appellatur PATRONA. COELESTIS. ab Actio liberto.

Cum caperentur a Pontifice Max. tondebantur ipsis crines, teste Plin. XVI. 44. 'Antiquior illa est' (Lotos arbor) 'sed incerta ejus ætas, quæ Capillata dicitur, quoniam Vestalium virginum capillus ad eam defertur.'

Sic et Festus in voce *Capillata:* 'Tondebantur ergo et Vestales, cum in sanctum id collegium receptæ a Pontifice, certo carmine sacrarentur, ac Diis voverentur;' quasi sic formæ insignia, ac impudicitiæ et libidinis incitamenta deponentes.

Certum *carmen* vocat verba ea, quæ proferret Pontifex; ita conceptis et certis verbis ritus peragi debuit, ut ne syllaba quidem excideret; ideoque scriba præibat legendo, et lente cauteque pronuntiabat eadem, repetebatque pontifex, qui ritum celebraret.

Lotos, vulgo *Alisier*, apud Plin. sex in Urbe Loti æstimatæ H.-S. millies, non serio.

Attamen *vittæ* Vestæ supplebant speciem ac decorem capillorum: quod illis facunde exprobrat D. Ambrosius, Epist. ad Valent. 'Non vittæ capiti decus, sed ignobile velamen, usui nobile castitatis' (sic matronas Christianas velatas innuit) 'non exquisita sed abdicata lenocinia pulchritudinis: non illa purpurarum insignia, intelligit *suffibulum*, quod est, *vestimentum album prætextum* (purpura nempe) 'quadrangulum, oblongum, quod in capite Vestales virgines sacrificantes habebant, idque fibula comprehensum,' sic describit Festus: pergit Ambrosius: 'Non luxus deliciarum, sed usus jejuniorum, non privilegia, non lucra,' &c.

Quæ *privilegia* tum postulabant virgines Ethnicæ ab Imperatore Christiano Valentiniano, facundo ore Symmachi, cui petitioni reluctatur valida et vere Christiana eloquentia Ambrosius.

Vestalium] Est qui existimet, eas tulisse in illa supplicatione vittam supplicem; laudantque: 'Ipsa manu ramos oleæ vittasque precantum Tradit.' Et Æn. VII. 'ne temne quod ultro Præferimus manibus vittas, ac vela precantum.'

Hoc verum puto de aliis supplicibus, ut patet multis locis Taciti, sed de Vestalibus nihil tale reperi. Habuit virgo lictorem, qui eam præcederet per honorem, turbamque summoveret, et tum lictor fuit loco præconis seu caduceatoris.

Vittas gestabant illæ non manu, sed supra caput, ut et aliæ matronæ. D. Ambrosius Epist. ad Valentinian.: 'Vix septem Vestales capiuntur puellæ, en totus numerus quem infula vittati capitis, purpuratarum vestium murices, pompa lecticæ ministrorum circumfusa comitatu, privilegia maxima, lucra ingentia, præscripta denique pudicitiæ tempora coëgerunt.' Fuerunt primo quatuor, dein sex.

Pontificis Maximi aures] Sic sæpe in rebus extremis adhibebantur preces sanctissimarum virginum. Hic Tacitus comparat Maximam virginum Vestalium, cum Pontifice Maximo, et certe aliqua velut affinitas sacra fuit utriusque. Præsidebat sacris virginum Maxima Vestalis, et

maximi aures adire, clementiam expetere.'[3] Atque interim, tribus omnino[z] comitantibus (id repente solitudinis erat)[a] spatium urbis pedibus emensa, vehiculo, quo purgamenta hortorum[b] eripiuntur,[4] Ostiensem viam intrat: nulla

et ejus clementiam exorare *vellet*. *Atque interea tribus omnino sectantibus (adeo statim destituta fuit* uxor Cæsaris *omni comitatu) totam civitatem pedibus percurrit*, dein *plaustro, quo ejectamenta hortorum asportantur, Ostiense iter*

3 Cod. Meus: *adiret*, et, *expeteret*. Ryckius.—4 In Ms. Reg. *expuuntur*. In editione principe *reperiuntur*, unde Puteolanus excogitavit *eripiuntur*. Forte melius *excipiuntur*, quod et Ernesto placet. *Brotier*. Ryckio placet *exportantur*.

NOTÆ

Pontifex Max. sacris Pontificum et sacerdotum.

Si quid delinqueret virgo, cædebatur virgis a Pontifice Max. velo interposito. Capiebatur puella in locum demortuæ vetustissimæ virginis, sed alia vetustissima in ipsius mortuæ munus succedebat, et debuit capi ante spatium triginta annorum. Sic et loco Pontificis Max. mortui non cooptabatur, nisi qui jam Pontifex esset ex minoribus.

[z] *Tribus omnino*] Sine custodibus; neque enim custodes excubasse Messallinæ legimus, ut mox Agrippinæ.

[a] *Id repente solitudinis erat*] Vide Tac. l. XIII. 19. infra ubi de Agrippina matre Neronis perculsa, cum rebus et aula dimota esset: 'Nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est, quam fama potentiæ non sua vi nixæ: statim relictum Agrippinæ limen; nemo solari, nemo adire,' &c.

Vehiculo] Multa sunt nomina vehiculorum, ut *Carrum*, qui et *Carrus* dicitur, *Plaustrum*, *Carpentum*, et *Sarracum*, quod vehendis marmoribus et grandi materiæ accommodatum est; et hæc sunt vehicula *oneraria*.

Gestatoria vero sunt, *Carruca*, *Cisium*, *Essedum*, *Rheda*, *Petorritum* et *Staticulum*.

Plinius l. XXXIV. 'Argentum inconquere simili modo cœpere, equorum maxime ornamentis, jumentorumque jugis. Cœpere inde esseda, vehicula, et petorrita exornari,' &c.

Lamprid. in Alex. 'Carrucas Romæ et rhedas senatoribus omnibus, ut argentatas haberent, permisit: interesse Romanæ dignitatis putans, ut iis tantæ urbis senatores uterentur.'

[b] *Quo purgamenta hortorum*] Horti prædivitum in summam magnificentiam exculti extra portas urbis, aut etiam in ipsa urbe. Destituta etiam lecticariis eo casu Messallina, in cujus potestate omnia paulo ante, nempe, 'adversus reos læsæ majestatis, nemo non miles.' *Tertull.*

Hortorum] De hortis mire Plin. l. XIX. 4. 'Antiquitas,' inquit, 'nihil prius mirata est, quam Hesperidum hortos, ac regii Adonis ac Alcinoi; itemque pensiles, sive illos Semiramis, sive Assyriæ Rex Cyrus fecit, &c. Romani quidem reges ipsi coluere.'

Paulo infra: 'In duodecim tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa; semper in significatione ea *hortus*, in horti vero prædium, &c. Jam quidem hortorum nomine, in ipsa urbe delicias, agros, villasque possident. Primus hoc instituit Athenis Epicurus otii magister. Usque ad eum moris non fuerat, habitari in oppidis rura: Romæ quidem per se hortus,

cujusquam misericordia, quia flagitiorum deformitas prævalebat.

33. Trepidabatur nihilominus a Cæsare: quippe Getæ, Prætorii præfecto, haud satis fidebat, ad honesta, seu prava, juxta levi. Ergo Narcissus, assumtis, quibus idem metus, 'non aliam spem incolumitatis Cæsaris,' affirmat, 'quam si jus militum, uno illo die,[c] in aliquem libertorum[d] transferret;

ingreditur, nulla hominum commiseratione, quia scelerum magnitudo præpollebat.

Et tamen metuebat adhuc *Claudius: nam non satis fidebat Getæ, qui prætorianis præerat, ut qui perinde ad decora vel ad inhonesta pronus esset. Igitur Narcissus, ascitis quibus idem pavor, asseverat*, saluti principis haud aliter consuli posse, quam si quempiam libertorum cohortibus prætoriis uno illo die præ-

NOTÆ

ager pauperis erat.'

Ibid. inferius: 'Jam in fenestris suis plebs urbana in imagine hortorum, quotidiana oculis rura præbebant, antequam præfigi prospectus omnes coëgit multitudinis innumeræ sæva latrocinatio.' Quippe latrones fenestras illas uncis et hamis aperiebant, et supellectilem diripiebant.

Impositum est vectigal herbis hortisque, dein remissum. Plin. ibid. 'Hercule nullum macelli vectigal majus fuit Romæ, clamore plebis incusantis apud omnes principes; donec remissum est portorium mercis hujus: compertumque, non aliter quæstuosius censum haberi, aut tutius, ac minore fortunæ jure, cum credatur pensio ea pauperum. Is in solo sponsor est, et sub dio reditus, superficiesque quocumque cœlo gaudens.'

Quod mireris: non etiam nunc alio censu personam suam aut mensam tuetur alitque summus ille rex regum, imperator Turcarum, quam ex hortorum suorum reditu, quos multos habet ad oram maris in Europa et Asia, juxta Constantinopolim.

His hortis colendis duo millia hortulanorum (*Bostangios* vocant) perpetuo incumbunt; et his hominibus hortisve præest vir præcipuæ auctoritatis in illa aula, quem *Bostangibachium* vocant.

Ille familiariter cum principe colloquitur, etiam de rebus quæ ad Reipub. statum spectant. Unde metus in ceteros Megistanes, simul et favor. Igitur rusticano illo et innoxio censu se tuetur princeps ille, neque fas putat ali tributis et vectigalibus publicis.

Ex hortis nata cognomina ipsa procerum videmus, 'Lactucinosque in Valeria familia non puduisse appellari.' Plin.

Etiam in herbis, quod mirum est, sibi discrimen invenere opulenti proceres, seque distinxere a pauperum mensis.

Plin. ibid. 'Etiamne in herbis discrimen inventum est, opesque differentiam fecere in cibo, etiam uno asse venali? In his quoque aliqua sibi nasci (volunt) pauperioribus negant, caule in tantum saginato, ut pauperis mensa non capiat. Sylvestres fecerat natura corrudas, ut quisque demeteret passim. Ecce altiles spectantur asparagi, et Ravenna ternos libris rependit. Heu prodigia ventris!'

[c] *Uno illo die*] Quia nempe *illo die*,

seque,' offert, 'suscepturum.' Ac ne, dum in urbem vehitur, ad pœnitentiam a L. Vitellio[e] et[1] P. Largo Cæcina,[f] mutaretur, in eodem gestamine[g] sedem poscit sumitque.[2]

esse juberet; idque munus semet obiturum *pollicetur. Ac ne, dum in civitatem defertur* Cæsar, *eum L. Vitellius et P. Largus Cæcina a proposito absterrerent, locum petit accipitque in eadem lectica.*

1 Edidi *et*, quod in Ms. Reg. legatur *a P. Largo*. Non crediderim emendandum *C. Largo*, ut hic Largus idem sit ac C. Largus qui consul fuit cum Claudio A. U. C. 795. At cum L. Vitellius hoc ipso A. U. C. 801. consul fuerit suffectus A. Vitellio, sic quoque P. Largum suffectum fuisse L. Vipsanio opinor; unde metus ne Claudius ad pœnitentiam a consulibus mutaretur. *Brotier.*—2 Ita Ms. Reg. in Mss. Bodl. *insumitque*. Ms. Flor. *is sumit*.

NOTÆ

vicem habebat Lusius Geta, cui non fidebatur imperandi cohortibus prætoriis; et altero Crispinus, ut puto, præesse debuit: ut mutabantur cohortes et excubiæ singulis diebus, ita et mutabat vicem præfectus; talis ordo dolum et insidias interrumpebat.

Mirabitur aliquis, præfuisse libertum prætorianis, sed non certe potentiores huic muneri impositi, sed tantum *equestres*; at certe liberti *annulis aureis* donati, *equestre fastigium* æquabant.

Ut puto, fiebant duæ excubiæ, altera in palatio, altera in castris prætorianis. Cohorti excubanti in aula signum dabat princeps ipse, excubanti in castris forte præfectus prætorii; nisi tamen idem signum daret Cæsar pro utraque statione.

[d] *Libertorum*] Nempe, *Cæsaris*; et hi liberti semper principis erant, quicumque imperium excepisset et jus patronatus perpetuo penes principem.

Quia nempe fiscum principis administrabant, aut alia negotia Cæsaris procurabant, necessitudo fuit, quam exuere non poterant, aut certe nolebant tali fastigio abstrahi.

[e] *A L. Vitellio*] Suspectabat illos Narcissus: attamen L. Vitellius imaginem Narcissi et Pallantis colebat inter Deos Lares suos. Sed talibus dominantium haud se immiscuisse, non minima prudentia Vitellii fuit.

[f] *P. Largo Cæcina*] Fratre, opinor, C. Cæcinæ Largi, qui consul cum Claudio fuit anno urbis 795; et in consulatu interfectus. Quem intelligit Asconius, in orat. pro M. Scauro: 'Scauri domum possidet nunc Longus Cæcina, qui consul fuit cum Claudio.' Scribe, *Largus*, et disce quæ hinc Asconii certa ætas. *Lipsius.*

[g] *In eodem gestamine*] Id est, gestatoria sella, quæ a Claudio deducta in vulgi usum, ut docui. Sic l. XIV. 'Gestamine Baulos pervectam.' Apparet tamen in uno gestamine plures sellas fuisse, ut hic vides in Narcisso, qui eodem gestamine sellam poscit sumitque. *Lipsius.*

Non *sellam*, sed *sedem* poscit Narcissus, nec sedes ea *sella* vocari debuit proprie: nam distincta a *sella gestatoria*, in qua plures sellæ generice sumtæ.

In eodem gestamine] Haud dubie fuit sella, seu lectica operta, de qua Dio l. LXXX. ubi de Claudio: 'Primus hic inter Romanos sella operta usus est, ac inde non imperatores modo, sed et nos etiam' (de se Dio loquitur) 'qui consulatum gessimus, vehimur: antea vero Augustus, Tibe-

34. Crebra post hæc fama fuit, inter diversas Principis voces,[h] cum modo incusaret flagitia uxoris, aliquando ad memoriam conjugii et infantiam liberorum revolveretur, non aliud prolocutum Vitellium, quam, 'o facinus! o scelus!' Instabat quidem Narcissus,[i] 'aperire ambages[j] et veri copiam facere:' sed non ideo[k] pervicit, quin suspensa, et, quo

Frequens postea rumor in Urbe *increbuit, inter varios Claudii sermones, cum modo argueret scelera uxoris, quandoque et ad recordationem matrimonii et ad tenerum filiorum ætatem relaberetur, nihil aliud profatum Vitellium, quam,* o crimen! o flagitium! *Contendebat sane Narcissus*, detegere ambages, et rei veritatem exprimere atque aperire; ut expiscaretur, quid sentirent, destinarent, cense-

NOTÆ

rius et alii lecticis utebantur, quibus nunc solent vehi mulieres.'

[h] *Inter diversas Principis voces*] Identidem Claudius in aliquas voces prorumpebat, doloris sui et iræ indices: mens illius ægra æstuabat, et modo ad flagitia uxoris, modo ad amorem, et ad susceptos ex ea liberos revolvebatur.

Et inter tantos animi et curarum æstus, nihil eum solatus Vitellius; nihil prolocutus est, nisi ambigua, et quo traherentur, inclinatura. Sic versuti aulici; sic mentem aut premunt, aut promunt, ut possint mox ea interpretari pro eventu et successu rerum.

[i] *Instabat quidem Narcissus*] *Instabat*, nihil non moliebatur, ut rei veritatem aperiret, ut detegeret scelus, ambages omnes enudaret, ut sensa Vitellii et Largi subodoraretur, eliceretque e Vitellio præsertim: sed nihil aliud expressit, quam ut ea responderent, quæ explicari possent quocumque sensu, prout res se verterent.

Instabat] Vertunt: Quasi *instaret urgeretque Narcissus, ut L. Vitellius aperiret ambages, ut clare loqueretur, mentemque vere et aperte promeret.*

Sed errant, nec satis Latine sciunt; aliquid dicerent, si Tacitus scripsisset, *aperiret, et veri copiam faceret:* ipse Narcissus multa hic molitur, ut aperiat ambigua animi illorum comitum, et ut exprimat quid sentiant, et quo inclinent, sed frustra.

Instabat] Instabat aperire ambages sceleris, simul et ambages quas obtenderent comites illi Claudii; seu ambages animi illorum recludere conabatur; aperiebat ambages criminis et matrimonii, quo imperium ipsum adultero destinaretur.

Veri copiam faciebat, veritatem rerum transactarum enudabat, ut sic eliceret quæ sentirent, et quo inclinarent Largus et Vitellius: sed callidi illi et aulæ periti, nihil nisi vaga, incerta, et quæ, quo res inclinarent, facile trahi possent, promsere.

[j] *Aperire ambages*] Possit esse duplex sensus: instabat, seu conabatur Narcissus aperire, si quid ambiguum et incertum adhuc esse videretur in probatione talis criminis, et rei veritatem explanare, et oculis aperte subjicere, ut eos convinceret, et res clara fieret.

Vel contendebat Narcissus expiscari mentem Vitellii et Cæcinæ, et quid de ea re censerent, elicere; vel utrumque simul, ut aliud ex alio eliceret.

Sic instabat, quia prævidebat, ipsos consultores fore Claudio, auctoresque vel veniæ vel supplicii Messallinæ;

ducerentur, inclinatura responderet, exemploque ejus Largus Cæcina uteretur. Et jam erat in aspectu Messallina, clamitabatque, 'audiret Octaviæ et Britannici matrem;' cum obstrepere accusator, 'Silium et nuptias' referens: simul codicillos,[l] libidinum indices, tradidit, quibus visus Cæsaris averteret. Nec multo post urbem ingredienti offerebantur communes liberi; nisi Narcissus 'amoveri eos' jussisset. Vibidiam depellere nequivit, quin[l] multa cum invidia[m] flagitaret, 'ne indefensa conjux exitio daretur.'[n]

rentve Vitellius et Largus: *sed nihil propterea evicit aut expressit* Vitellii, *quin ille ambigua, incerta, et quo traherentur itura, responderet, et quin ad illius instar se gereret Largus Cæcina. Et jam coram aderat Messallina, exclamabatque,* audiret *princeps* parentem Britannici et Octaviæ; *cum contra niteretur delator, memorans* Silium et matrimonium: *et simul libellos, quibus adulteria flagitiaque Messallinæ continebantur, tribuit Claudio, quibus oculos averteret. Et paulo post ineunti civitatem Cæsari, exhibebantur communes filii, nisi Narcissus* averti eos *præcepisset: Vibidiam absterrere non potuit, quin postularet, non sine magna offensione audientium,* ne inauditæ uxori pernicies strueretur. *Igitur* Narcissus *respon-*

1 Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus *quæ* pro *quin*. At in margine Ms. Bodl. *quin*, quod et in ceteris optimæ notæ scriptis et editis libris. Sic mox Puteolanus edidit *ergo auditurum*, cum alii habeant *igitur*. Brotier.

NOTÆ

et metuebat, ne eum ad pœnitentiam mutarent, et præcipue Vitellium, qui et *soccum* Messallinæ adorabat, teste Sueton.

[k] *Sed non ideo*] Sed non propterea profecit, quin ambo proceres aulici responderent per ambages; ita ut eorum verba possent trahi, et per interpretationem ambigue accipi, vel bene, vel male, pro successu rerum.

Juven. Sat. 10. 'sed quid Turba Remi? Sequitur fortunam, ut semper, et odit Damnatos. Idem populus,' &c.

[l] *Codicillos*] Literas intelligunt, et erant forte *literæ*, quæ ex Urbe missæ erant, et continebant nuptias cum Silio, et ceteram lasciviam.

Sed putem, potius fuisse *libellos*, qui omnes adulteros omniaque libidinum flagitia, stupra, atque adulteria Messallinæ, non nupera solum continerent; quod videtur exprimere per τὸ *libidinum indices*. Et sic magis avertebat oculos, irritabatque Claudium, adulterorum turba proposita.

Codicillos] Libellum, breviarium, memoriam, rationarium.

Codicillos, libidinum indices] Quibus haud dubie continebantur eorum omnium nomina, quibuscum stupri consuetudinem habuit Messallina, forte et ipsa ingenia libidinum. Vectium et Plautium non dissimulavit ultra; etiam Mnesteris histrionis meminit, qui tamdiu 'cubiculum principis persultaverit.'

Sed præcipue matrimonium Silii, tanta audacia celebratum in media civitate, ut juvenis cum uxore principis prædicta die, adhibitis qui obsignarent, velut suscipiendorum liberorum causa, conveniret, &c.

[m] *Multa cum invidia*] Pro sua sanctitate et reverentia, excitabat Vestalis invidiam seu offensionem populi et præsentium, adversus libertum

Igitur, 'auditurum Principem, et fore diluendi criminis facultatem,' respondit: 'iret interim virgo et sacra capesseret.'[o]

35. Mirum inter hæc silentium Claudii: Vitellius ignaro propior:[p] omnia liberto obediebant. 'Patefieri domum adulteri, atque illuc deduci Imperatorem' jubet. Ac primum in vestibulo, effigiem patris Silii, consulto Senatus

dit, cogniturum Cæsarem, et copiam fore *fœminæ* purgandi criminis; abiret interim Vestalis, et sacris operaretur.

Altum interea silentium Claudii: et Vitellius ignoranti similis: cuncta liberto parebant. Is aperiri ædes Silii *jubet*, atque illuc duci principem. *Et primo ipsi ostendit in atrio imaginem patris Silii, quæ decreto patrum sublata erat: dein*

NOTÆ

Narcissum, et indirecte in Claudium, qui adeo impotens iræ esset, ut etiam audire nollet orantem Virginem Vestæ Maximam.

[n] *Ne indefensa conjux exitio daretur*] Certe artificiosa mulier sibi defensionem ante paraverat, quam scelus admitteret, sed arte et prudentia quæ digna tali marito esset.

Sic Sueton. Claud. 29. 'Illud omnem fidem excesserit, quod nuptiis, quas Messallina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis et ipse consignaverit: inductus quasi de industria simularentur ad avertendum transferendumque periculum, quod imminere ipsi, per quædam ostenta portenderetur.' En defensio præstructa, et parata, quæ haud dubie valuisset, si audita fuisset Messallina.

[o] *Sacra capesseret*] Id est, officio suo fungeretur virgo, et ne se his rebus principis, ne se talibus flagitiis immisceret, tacite id, sed superbe tamen, admonebat pro servili ingenio libertus.

Sacra capesseret] Ne talibus negotiis se immisceret, sed sacris operari tantum satageret, ut professionem ipsius decuit: et ne putes ipsi commendatum a Narcisso aliquod sacrificium pro tali re.

Jubet tantum, ut abeat virgo, et sacris tantum se immisceat: nihil præterea. Sic l. III. hist. 'Virgines cum honore dimissæ,' cum nempe orarent pro Vitellio.

[p] *Ignaro propior*] Quasi attonitus et nescius indefinite. Amentem, ignarum, et nescium videri in tempore, non insipidi hominis est.

[q] *In vestibulo, effigiem patris Silii, consulto senatus, &c.*] In atrio sive in vestibulo ædium, imagines majorum: uti hic, Silii patris. Sed enim Silius legatus olim inferioris Germaniæ, damnatus crimine majestatis cum uxore Sosia Galla, ut l. IV. narratum: ideoque et imagines abolitæ, quas tamen filius restituerat. Criminatur ergo id libertus. *Lipsius.*

Non puto, restituerat, sed eas retinuerat, neque atrio amoverat juxta decretum patrum, quo damnatus Silius pater. Talia decora tolerabantur intra privatas ædes, donec delator, aut sævitia principis durius adverteret; ut nunc fit apud Silium.

In vestibulo] Eugraphius vetus Grammaticus in Andriam Terentii IV. 3. 'Romanis omnibus mos est, in atrio, hoc est, in vestibulo, habere Vestam (quippe cum inde vestibulum nominarint,) cui sacrificium quotidie

abolitam,[r] demonstrat: tum, quicquid avitum[1] Neronibus et Drusis,[s] in pretium probri cessisse:[t] incensumque et ad minas erumpentem,[2] castris infert, parata concione militum; apud quos, præmonente Narcisso, pauca verba fecit:[u] nam,

quicquid habuerant Nerones, et Drusi, in præmium flagitii concessum esse Silio; *sic incitatum et in minas erumpentem* Claudium *ducit in castra, jam ante vocata concione prætorianorum, apud quas paucis disseruit, suggerente Narcisso; quia*

1 Brotier. edidit *habitum;* et Cl. Chiffletius *habitum* non culpabat; sed *avitum* conjiciebat, quod probavit Lipsius.—2 Ita Mss. editio princeps et Ernestus. Frustra Puteolanus *prorumpentem;* ita tamen ediderunt Gronovius et Ryckius. Brotierus habet *Cohortium clamor dehinc continuus;* et sic lectionem defendit: 'Sic libri omnes editi. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Guelf.

NOTÆ

facerent; illic ei fuerat collocata ara.'

[r] *Consulto Senatus abolitam*] Nihil tamen de tali abolitione tradiderat Tacitus IV. 19. et 20. ubi de exitu Silii agit. Nisi forte tacite id involveretur in damnatione hominis, vel id reservasset forte in hunc locum.

Certe damnato homine, simul et memoria et imagines illius damnatæ, sicque abolitæ censebantur, moribus antiquis, vel etiam lege, præsertim publice, etiam olim vetere Repub.

At intra domos tolerabantur, aut etiam in municipiis clientelæ. Sic imago Bruti mansit Mediolani, nec eam sustulit Augustus, quia oppidani illi Galli, amici Bruti, forte et clientes.

[s] *Neronibus et Drusis*] Intelligit præcipue Drusum filium Liviæ et privignum Augusti, ipsum Tiberium, qui *Nero* dictus, et filium ejus *Drusum*, Germanicum Druso genitum, et filios ipsius, quorum vetustissimus *Nero*, alter *Drusus* vocabantur.

Forte et Claudium ipsum, qui frater Germanici; et ipsius filium, qui fato immaturo Pompeiis extinctus est: vix intelligat alios antiquiores, qui imperium non degustarant, et quorum viles aut obsoletæ jam opes, præ principis.

Neronibus et Drusis] Puto, intelligit præcipue Tiberium et Drusum filios Liviæ, et privignos Augusti, qui educati in domo regnatrice; et Drusus ipse ibi natus, qui et ex consuetudine stupri cum Livia, ex vitrico procreatus putabatur.

Dein intelligi possunt Germanicus filius Drusi, et Drusus filius Tiberii, et filii Germanici, et proles ipsius Drusi junioris, qui duos habuit Gemellos ex Livilla sorore Germanici. Nerones per adoptionem transierant in gentem Juliam et jam Cæsares erant, ut et filii Claudii tum imperantis.

[t] *In pretium probri cessisse*] Quicquid enim fuerat insigne apud Nerones et Drusos, ad Silium transtulerat Messallina, tanquam pretium et mercedem adulterii. *Ferretus.*

[u] *Pauca verba fecit*] Sueton. Claud. 26. 'Confirmavitque pro concione apud prætorianos, quatenus sibi matrimonia male cederent, permansurum se in cœlibatu; ac nisi permansisset, non recusaturum confodi manibus ipsorum. Nec durare valuit, quin de conditionibus continuo tractaret.'

etsi justum, dolorem pudor impediebat.[v] Continuus dehinc cohortium clamor, ‘ nomina reorum et pœnas’ flagitantium: admotusque Silius tribunali,[w] non defensionem, non moras tentavit, precatus, ‘ ut mors acceleraretur.’ Eadem constantia et illustres Equites Romanos cupidos maturæ necis fecit. Titium Proculum, custodem a Silio[3] Messallinæ da-

verecundia obstabat, quamvis legitimo dolori. Dein excepit *vociferatio continua prætorianorum, expostulantium* vocabula noxiorum, et supplicia; *adductusque Silius ad tribunal, non diluere scelus, non trahere tempus conatus est,* immo, ut nex festinaretur, *oravit. Eadem virtus permovit etiam insignes equites Rom. ut properam mortem cuperent.* Itaque rapi ad supplicium *jubet Titium Proculum ap-*

Continuus dehinc cohortium clamor. Ad aures accommodate.’—3 Bene Pichena ex Ms. Flor. Male in ceteris *Silio ac Messallinæ datum.* Brotier.

NOTÆ

[v] *Pudor impediebat*] Pudor nempe flagitii domestici impediebat, ne quantumvis justum dolorem verbis et oratione longiore expromeret; id sic et teste Sueton. Claud. 26. ‘ Confirmavitque pro concione apud prætorianos, quatenus sibi matrimonia male cederent, permansurum se in cœlibatu :’ sed ut levis ille ingenio in ceteris rebus, ita in matrimoniis.

[w] *Admotusque Silius tribunali*] Puto in ipsis Castris; nam ibi fuit tribunal perpetuum, quo imago aurea principis in sella curuli, aut quo ipse princeps alloqueretur prætorianos, et quod nemo alius escenderet, sine crimine majestatis, nisi forte, ut seditionem aliquam compesceret.

Quod tamen ex alio loco et alio suggestu potuit tribunus, qui vesaniam militarem coërceret, et animos sedaret: quod contigit post mortem Neronis, dum adventaret Galba ex Hispania, Nymphidio rebellante.

Tribunali] Forte, *tribunali* prætoris, cui ea quæstio gravis et ingens evenerat. Non enim, puto, Cæsar in tali causa sua judex. At si damnatus est Silius in Castris, sic forte, quia reus læsæ majestatis, et quia res urgebat, et agebatur salus principis et Reipub. sic forte damnatus esset a Claudio ipso cum assessoribus, et forte ipsis præfectis prætorii et tribunis extra ordinem, ut in re gravissima.

Tribunali] Formam tribunalis descripsit Vitruvius l. v. ubi de Basilica Julia, in qua fuit ædes Augusti et tribunal. Verba ejus hæc sunt: ‘ Item tribunal est in ea æde, Hemicyclio Schematis minoris curvatura formatum. Ejus autem Hemicyclii in fronte est intervallum pedes sex et quadraginta; introrsus curvatura pedes quindecim; ut qui apud magistratus starent negotiantes in basilica ne impedirent.’

Quibus verbis Vitruvius significat, formam illius tribunalis non semicircularem fuisse, sed arcuatam. Non enim justi ambitus, plenique centri Hemicylium illud fuisse, sed ita modulatum, ut in fronte, (id est, ut mathematici dicunt) in chorda sex et quadraginta pedes; introrsus vero, id est, in linea perpendiculari, quæ quasi sagitta est in arcu, quindecim pedes pateret.

Si enim justum plenumque Hemicyclium fuisset, linea hæc perpendi-

tum,[x] et indicium offerentem[y] Vectium Valentem et confes-

positum custodem Messallinæ a Silio, et Vectium Valentem, reum *confitentem, si-*

NOTÆ

cularis trium et viginti pedum esset introrsus, quæ media pars est diametri. Propterea *Schema* vocavit Vitruvius, curvatura Hemicyclio minore formatum.

Ex his dictis apparet, magnificum aspectum tribunalis fuisse, nec immerito majoribus judicibus assignatum, &c. Erat enim tribunal Consulum, Prætorum, Præfecti urbis, proconsulum et præsidum in provinciis, et Imperatoris in Castris, quod cespitium dicebatur. *Budæus.*

[x] *Custodem a Silio Messallinæ datum*] Legitur in Vaticano, *custodem Messallinæ dat-;* aliena deinde manu adpictum, *ac Silio.* Lego igitur: *Custodem Messallinæ datum;* vel etiam, *Custodem a Silio Messallinæ datum.*

Alterum quidem verum est, ut hic Titius sive a Claudio appositus uxori custos; sive a Silio, ut amicæ. Utrumque enim solens Romanis. De maritis Tibullus: 'Ipse malus docui, quo posset ludere pacto Custodes.' De amatoribus Propertius, 'Quos igitur tibi custodes, quæ limina ponam?' Misellus ille custos! cui id monstrum commissum, quod non Argus cum Mercurio custodisset. *Lipsius.*

Custodem Silio] Sine dubio Messallina castas imitata, per blanditias, hunc ἀοιδὸν philologum, seu musicum, a marito novo ipsa exegit. Martialis l. x. epig. 69. 'Custodes das Polla viro, non accipis ipsa.' Talis ille, qui 'dominam, nec vir nec fœmina' servabat adversus Nasonem. Juvenalis: 'quis custodiat ipsos custodes?' *Gronovius.*

Custodem] Apuleius; 'Acerrimum relinquens uxori secutorem.' Ælianus de Xerxe admiratore Platani: μελεδωνὸν αὐτῇ κατέλιπεν, ὥσπερ ἐρωμένῃ φρουρὸν καὶ φύλακα: 'Musicum seu sapientiæ doctorem ipsi reliquit, velut amasiæ custodem ac vigilem.'

Custodem] Nullus custos appositus apud regem Spartanum, neque uxori regis regum, Persarum nempe. Plato Alcib. I. 'Rex vero Persarum tantum superat alios reges, ut nemo unquam vel suspicionem habeat, posse principem nasci ex alio, quam ex ipso rege. Quare non custoditur uxor regis. Sed metu et pudore ipsa ultro custoditur.'

[y] *Indicium offerentem*] Bene, *confessum.* Nam *indicium,* ait in Eunucho Donatus, proprie est ejus, qui una peccaverit. Asconius ad illud Ciceronis: 'Quapropter, si indicium tibi postulas dari,' ait: '*Index* est, qui facinoris, cujus ipse est conscius, latebras indicat, impunitate proposita.'

Quæ tamen impunitas circumscripta est: quia, ut idem notat, 'certa sunt in quibus impunitas indici datur, ut in causa proditionis, majestatis, et si quid hujusmodi.' *Lipsius.*

Indicium offerentem] In aliis criminibus majestatis, qui jam damnandus indicium profiteretur, comperendinabatur, et sic vel obtinebat veniam, vel saltem exitium prolatabat.

Vectium] Si vere eques Rom. mirum subit quod artem medicam exercuerit, quæ tota Græcorum fuisse videtur. Sic Plin. l. xxix. 'Solam hanc artium Græcarum nondum exercet Romana gravitas: in tanto fructu, paucissimi Quiritium attigere, et ipsi statim ad Græcos transfugæ. Immo vero auctoritas aliter quam Græce eam tractantibus, etiam apud imperitos expertesque linguæ non est, ac minus credunt, quæ ad salu-

sum, et Pompeium Urbicum, ac Saufellum Trogum ex consciis 'trahi ad supplicium' jubet. Decius quoque Calpurnianus, vigilum Præfectus,[z] Sulpicius Rufus, ludi Procurator,[a] Juncus Virgilianus, Senator, eadem pœna affecti.

36. Solus Mnester[b] cunctationem attulit, dilaniata veste,[c]

mul et indicium professum, et Pompeium Urbicum, ac Saufellum Trogum, qui inter participes, et flagitii affines. Decius etiam Calpurnianus, qui vigilum cohortibus *præerat, Sulpicius Rufus, qui ludum curabat, Juncus Virgilianus e Patribus, eodem supplicio addicti* sunt.

Unus Mnester moram injecit, lacerato tegmine exclamans, intueretur plagarum

NOTÆ

tem suam pertinent, si intelligunt.'

Nisi si forte Vectius et alii similes jam divitias, opes, et honores hac arte quærebant, præsertim in aula.

[z] *Vigilum Præfectus*] Erant quatuor præfecti summæ auctoritatis in Urbe et aula. *Præfectus prætorii*, qui decem prætorianis cohortibus imperabat. *Præfectus urbis*, qui urbanis cohortibus; continebatque turbulentos cives, ac mancipia, jusque reddebat. *Præfectus annonæ*, qui curam habuit frumenti populo dividendi; et *præfectus vigilum*, qui nocturnis custodiis præerat, metu incendiorum, quæ Romæ frequentia. Prætorianæ cohortes decem millia; ceteræ cohortes urbanæ sex millia armatorum habuerunt, teste Dione.

Vigilum præfectus] Cohortes vigilum septem Romæ ab Augusto institutæ, qui remedium adversus incendia quæsivit; hunc militem ex libertinis collegit, qui tamen distributi in cohortes, quæ tribunos et centuriones habuere.

Et hic miles aptus potius ministerio, quam bello: attamen his utebantur bellis civilibus, præcipue intra civitatem.

[a] *Ludi Procurator*] Non id *munus* ordinarium fuit, ut vertunt, sed officium, seu *cura*, quam Cæsar amico cuipiam demandabat, et tantum ad dies quosdam et extra ordinem, pro libito, aut necessitate rerum.

[b] *Solus Mnester*] De quo Dio l. LX. 'Hoc etiam molestum erat, quod eadem Messallina, non sine omnium dolore, detinebat Mnesterem, abstractum a theatro; et quoties, cur non saltaret, mentionem populus faceret, et Claudio id mirum videretur, seque excusans inter alia juraret, eum secum non esse. Etenim credentes vere, eum quæ fierent ignorare, dolebant, solum ipsum nescire, quid in regia rerum ageretur, cum pleraque jam hostibus etiam innotuissent. Indicare tamen ea nolebant, verecundia Messallinæ, et Mnesteri parcentes: qui non minus populo, propter artem, quam formæ causa, fœminæ gratus erat. Tam egregius vero artifex saltandi erat, ut cum ab eo populus magno studio contenderet, ut quandam fabulam præstantem ageret, e scena prospexerit, dixeritque non posse se id facere, quod cum Oreste concubuisset.'

Et supra, ubi de Claudii Triumpho Britannico, sic Dio l. LX. 'Caii memoriam horrentes, omne æreum numisma, quod ejus imaginem haberet, conflari jusserunt; quod quidem factum est: non tamen æs in meliorem usum conversum, quia Messallina ex eo Mnesteris histrionis statuas fecit: hanc ei suæ consuetudinis gratiam referens, quia is ante Caio quoque

clamitans, 'aspiceret verberum notas,[d] reminisceretur vocis,[e] qua se obnoxium jussis Messallinæ[f] dedisset. Aliis largitione, aut spei magnitudine, sibi ex necessitate culpam: nec cuiquam ante pereundum fuisse, si Silius rerum potiretur.' Commotum his, et pronum ad misericordiam Cæsarem perpulere liberti, 'ne, tot illustribus viris interfectis, histrioni consuleretur: sponte an coactus tam magna peccavisset, nihil referre.' Ne Trauli quidem Mon-

stigmata, et recordaretur imperii sui Cæsar, quo se, jubenti Messallinæ morem gerere, jussisset. Aliis ex liberalitate, aut spei amplitudine, *facinus admissum, at* sibi extortum vi crimen; nec ulli prius intereundum fuisse, si Silius imperium obtineret. *His concitum, et promtum ad miserationem Claudium monuere liberti,* ne mimo parceretur, tot claris civibus interemtis; et nihil interesse, an ultro, vel invitus, tam immania deliquisset. *Ne quidem admissa*

NOTÆ

familiaris fuerat.'

Mnester] Sueton. Calig. 55. 'Mnesterem pantomimum etiam inter spectacula osculabatur, ac si quis saltante eo, vel leniter, obstreperet, detrahi jussum, manu sua flagellabat.'

[c] *Dilaniata veste*] In arte histrionica salutem suam quæsivit histrio Cic. 3. de Orat. 'Genus hoc totum oratores, qui sunt veritatis ipsius auctores; imitatores autem veritatis histriones, occupaverunt, in quibus res ipsa magnam vim habet: ut si quis nudet pectus, ostendatque vulnera, quæ Reipub. causa excepit, &c. In causa peroranda non dubitavit Crassus exercitare reum consularem, et ejus diloricare tunicam.'

Forte scidit vestem ad indicium doloris, et iræ, (quod pro more fiebat olim) simul et plagarum: primum fecit histrionice, secundum ex veritate rei.

[d] *Aspiceret verberum notas*] Tum certe vera scena, verus ludus fuit, cum sine larva se ipse exhiberet mimus nudum et flagris cæsum, ut obsequi Messallinæ vellet: quid magis mimicum, aut theatrali plausu dignum, in tali persona?

Forte in semet talem pompam excogitarat pantomimus, quo facilem Cæsarem adhuc eluderet, post tanta tamque publica flagitia.

[e] *Reminisceretur vocis*] In Claudii jussu, et vi majore Messallinæ, Mnesteris excusatio accipi debuit. Hæc aperit Dio l. LX. 'Mnesteris amore flagrans Messallina, cum neque pollicitis, neque minis, ullo modo ad coitum pellicere posset, petiit a Claudio, ut illum obsequi sibi juberet, quasi Mnesteris arte alia in re sibi opus esset: tum a Claudio jussus, Messallinæ in omnibus morem gerere, cum illa rem habuit, tanquam id princeps quoque jussisset.' *Vertranius.*

[f] *Obnoxium jussis Messallinæ*] Commentum fœminæ lepidum. Mimum istum deperibat Messallina. Solicitat. Ille tergiversari, metuere Imperatorem. Quid ergo, si maritus ipse jubeat? inquit.

Et cum marito egit, quasi opera Mnesteris aliqua in re illi usus. Ille vocatum mimum male accipit, jubet in omnibus uxori obediat pareatque. Paruit, et id jussum valere sibi nunc vult, ad veniam obtinendam et vitam. Dio LX. *Lipsius.*

tani Equitis Romani defensio recepta est: is modesta juventa, sed corpore insigni, accitus ultro, noctemque intra unam a Messallina proturbatus[g] erat paribus lasciviis ad cupidinem et fastidia. Suilio Cæsonino et Plautio Laterano mors remittitur: huic, ob patrui egregium meritum:[h] Cæsoninus vitiis protectus[i] est, tanquam, in illo fœdissimo cœtu, passus muliebria.[j]

37. Interim Messallina Lucullianis in hortis[k] prolatare

est excusatio Montani equitis Rom. Is honesta adolescentia, sed forma eximia, advocatus ultro, et intra spatium noctis unius, a Messallina profligatus erat, pari petulantia ad libidinem, et nauseam satietatemque. Suilio Cæsonino, et Plautio Laterano venia tribuitur: hulc ob res præclare gestas a patruo suo: Cæsoninus flagitiis defensus est, tanquam illius corpori illusum esset, in hoc turpissimo conventu.

Interim Messallina vitam extrahebat in hortis Lucullianis, meditabaturque preces,

NOTÆ

[g] *A Messallina proturbatus*] Sic Diod. Siculus l. III. 5. de Semiramide regina simili: ‘ Alium virum capere noluit, verita, ne imperio privaretur. Sed eos ex militibus eligebat, appetebatque, qui in Castris erant, forma, et decore præstantes, quos omnes post privabat vita.’

Proturbatus] Hoc dictum ambigue putem et obscœne, serio, quia illum in libidinem, et in exitium afflixit Messallina una illa nocte.

[h] *Ob patrui egregium meritum*] A. Plautii, suspicor, qui Britanniam Claudio subegit. *Lipsius.*

Ob patrui egregium meritum] De Plautio hoc Sueton. Claud. 24. ‘ A. Plautio etiam ovationem decrevit: ingressoque urbem obviam progressus, et in Capitolium eunti, et inde rursus revertenti latus texit.’

Meritum] Nempe in expeditione Britannica, de qua Sueton. Claud. 17. ‘ Cum decretis sibi a senatu ornamentis triumphalibus, leviorem majestati principali titulum arbitraretur, velletque justi triumphi decus; unde acquireret, Britanniam potissimum elegit: neque tentatam ulli post Divum Julium et tunc tumultuantem ob non redditos transfugas,’ &c.

‘ Massilia Gessoriacum usque pedestri itinere confecto, inde transmisit, ac sine ullo prælio aut sanguine, intra paucissimos dies, parte insulæ in deditionem recepta, sexto quam profectus erat, mense, Romam rediit, triumphavitque quam maximo apparatu.’

[i] *Cæsoninus vitiis protectus*] Sueton. Ner. 29. ‘ Ex nonnullis comperi, persuasissimum habuisse eum, neminem pudicum, aut ulla corporis parte purum esse, verum plerosque dissimulare vitium et calliditate obtegere: ideoque professos apud se obscœnitatem, cetera quoque concessisse delicta.’

[j] *Passus muliebria*] Simile illorum inventum in Suetonii Domitiano c. 10. ‘ Qui se, quo facilius expertes culpæ ostenderent, impudicos probaverant.’ Dii Deæque perdant istos, non corpore non animo viros. Adeo turpior omni morte hæc fuga mortis. *Lipsius.*

[k] *Lucullianis in hortis*] Jo. Antiochenus: ‘ Regia seu Palatio expulsa

vitam, componere preces,[l] nonnulla spe,[m] et aliquando ira: tanta, inter extrema, superbia agebat. Ac, ni cædem ejus Narcissus properavisset, verterat pernicies in accusatorem. Nam Claudius, domum regressus et tempestivis epulis[n]

aliqua spe, et sæpius indignatione: tantos spiritus gerebat ipsa etiam *in novissimis. Et nisi Narcissus ejus necem maturavisset, recidebat exitium in* ipsum *delatorem. Quippe Claudius in Palatium reversus, et tempestivo convivio exhilaratus,*

NOTÆ

et circa Asiatici hortos errans, quorum causa paulo ante miserum Asiaticum subverterat.' *Pichena.*

Lucullianis in hortis] Vide notas supra cap. 1. lib. XI.

[l] *Componere preces*] Id est, epistolas, codicillos, seu libellos supplices, (nam idem est) quibus et spem et sæpe iram seu offensionem immiscebat, et se adhuc Cæsaris uxorem fuisse, nimis ipsa meminerat.

[m] *Nonnulla spe*] Vivendi et se ulciscendi.

[n] *Tempestivis epulis*] Lipsius infra ad l. XIV. c. 2. putat, eorum convivia *tempestiva* fuisse, qui de die epularentur ante horam decimam vel nonam: quæ fuit hora solennis veteribus convivandi. Martial.' Imperat exstructos frangere nona toros.' Quia nempe sic præmature epulari videbantur.

At fuere *intempestiva* convivia eorum, qui in longum, et in multam noctem intempestamque, pertraherent epulas.

Forte *tempestiva* illa convivia, quæ lauta, jucunda, quæ omnibus suis numeris et partibus absoluta erant, ita ut plane recrearent et exhilararent convivarum animos.

Ex Varrone apud Gellium convivium res quatuor habere dicitur, ut sit perfectum. Nempe primo, ut belli homunculi collecti sint; secundo, ut lectus locus; tertio, ut tempus opportunum sit; quarto, et apparatus non neglectus: his unum addam, ut paulo longius extendatur.

His rebus ablatis, aut una aliqua istarum, jam erit, ut puto, convivium *intempestivum:* ut v. g. si de die et præmature celebretur, si in multam noctem, si loco nempe et tempore parum opportuno; si præter morem, si per nimium luxum, per excessum, et alia ejusmodi flagitia extendatur.

Itaque *tempestivum* convivium putem, quod omnibus numeris prædictis absolutum est, et contra *intempestivum,* cui talia desint: ut v. g. in eo, quod describit Tullius, M. Antonii, Philipp. 2.

' At quam multos dies in ea villa turpissime es perbacchatus! ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.' Cum dicit, *ab hora tertia,* quæ nobis *nona* matutina sit, jam, ut vides, non *tempus lectum;* idque nebulonum fuit. Cum dicit, *ludebatur, vomebatur,* en luxus, en gulæ intemperies!

Addit Tullius: ' personabant omnia vocibus ebriorum, natabant pavimenta vino, madebant parietes, ingenui pueri cum meritoriis scortis, inter matresfamilias, versabantur:' en flagitia, en scelera, quibus additis jam nihil *tempestivum,* jam nihil pro tempore et loco!

Et videtur ipse Tullius opponere *honestum* convivium *intempestivo,* pro Muræna: ' Neque in convivio moderato atque honesto, intempestivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio.' Easdem certe partes plurimas habere potest utrumque convivium. Sed

delinitus, ubi vino incaluit,[1] 'iri' jubet,' nuntiarique miseræ' (hoc enim verbo usum ferunt) 'dicendam ad causam postera die adesset.' Quod ubi auditum, et languescere ira, redire amor, ac, si cunctarentur, propinqua nox, et uxorii

postquam mero et epulis distentus incaluit, iri *præcipit*, monerique miseram, *(hac enim locutione usum tradunt)* ut crastina die veniret ad diluendum scelus. *Quod ubi intellectum est, et senescere iracundia, ac reverti cupido* cœpit, *et*

1 *Incaluisset* Brotier. et Homer.

NOTÆ

intempestivum in aliqua parte deficiet, aut superabit.

Dixi, requiri etiam ad tempestivum convivium, ut lautitia et deliciis, etiam et animi, paulo longius extendatur, neque certe recreatur tantum corpus convivio, sed et animus suam voluptatem habet, sive sermonibus, sive per diversa ἀκροάματα oblectetur inter epulas, ut olim usurpatum apud veteres.

Tullius eo ducit lib. de senectute: 'Ego propter sermonis delectationem conviviis tempestivis delector.' Haud me latet non laudari semper, immo et sæpe male audire *tempestiva* convivia. Seneca l. II. de Ira: 'Inde est, quod tempestiva filii convivia pater deterior filio castigat.' Et Tac. l. II. hist. 'Legati tribunique ex moribus imperatorum, severitatem æmulantur, vel tempestivis conviviis gaudent.'

Hæ epulæ *tempestivæ* male audiebant, ut in helluone Vitellio. Attamen *tempestivas* epulas sæpe laudatas videbis.

At certe si vera sit sententia Lipsii: nempe illa *tempestiva* esse convivia, quæ de die fiebant ante horam solitam: v. g. quæ incipiebant ab hora quinta aut sexta, quæ nobis nunc undecima, vel duodecima, et quæ hora tunc nebulonum. Sueton. de Nerone: 'Epulas a medio die ad mediam noctem protrahebat.' Et Plin. de Domit. 'ante medium diei distentus.' Certe nunquam laudari apud veteres potuerunt *tempestiva* convivia.

Attamen sæpe ipsa laudata videas. Cicero ad Atticum: 'Quas eos cœnas facere et obire scripsit ad me Sextius? quam lautas, quam tempestivas?' Et Cato Censorius 'tempestivis conviviis delectabatur.' Et *tempestivæ epulæ* de quibus hic, an de die, an ante horam? quasi vero!

Scio, video, utraque convivia, et *tempestiva* et *intempestiva* habuisse suum excessum, et vituperata utraque: sed cum hoc tamen discrimine, quod laudata sæpe *tempestiva* convivia, si nempe intra modum, si suo tempore et loco fierent, at *intempestiva* convivia nunquam.

In utrisque sæpe luxus nimius forte, et otium et libido immodica. Et cum modum non haberent ipsæ *tempestivæ* epulæ, vel etsi haberent, non recte æstimarentur, hinc sæpe minus laudatæ. Nam quis in rebus humanis, aut servet modum, aut recte æstimet? et quis agnoscat in se, aut fateatur in alienis servatum esse modum?

Attamen hæc differentia fuit, quod vera convivia *tempestiva*, haberent certum modum in æstimatione virorum honestorum et prudentum, quo distinguerentur ab *intempestivis:* et sæpius laudarentur; aut saltem non perinde arguerentur, cum contra

cubiculi memoria[o] timebantur; prorumpit[2] Narcissus, denuntiatque Centurionibus[p] et Tribuno,[q] qui aderant,[r] 'exequi cædem:[s] ita Imperatorem jubere.' Cus-

si morarentur, proxima nox, et fœminei thalami memoria metuebantur; erumpit Narcissus, indicitque Centurionibus, et Tribuno, qui astabant, ut cædem maturarent; ita principem mandare. *Additus e libertis Evodus custos et*

2 Pichena e Ms. Flor. In aliis *prorupit.*

NOTÆ

intempestiva convivia nunquam laudari possent.

[o] *Uxorii cubiculi memoria*] Sueton. Claud. 39. 'Inter cetera in eo mirati sunt homines et oblivionem et inconsiderantiam, vel ut Græce dicam, μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν. Occisa Messallina, paulo post quam in triclinio decubuit, cur domina non veniret, requisivit.'

Uxorii cubiculi] Cujus blanditiis reconciliaretur talis maritus, et solita facilitate flagitia omnia uxori, quantumvis perfidæ, condonaret.

[p] *Denuntiatque Centurionibus*] Quia nempe hoc toto die præfuit Narcissus prætoriano militi. Hoc imperio nixus, præfectum prætorii egit libertus.

[q] *Tribuno*] Nempe tribunus ille cohortis, quæ eo die ad aulam excubabat. Cuilibet cohorti unus tribunus præerat, sex centuriones inerant.

[r] *Qui aderant*] Aderant semper speculatores prætoriani, et centuriones, quoties epularetur, teste Sueton. et præsertim tribunus, qui excubanti per vices quolibet die cohorti præerat.

Qui aderant] Haud dubie tribunus affuit et centuriones cohortis prætorianæ, quæ hac die pro more vigilabat in atrio palatii. De qua Tac. l. 1. hist. 29. 'Igitur consultantibus placuit pertentari animum cohortis, quæ in palatio stationem agebat:' et ea cohors comitabatur principem quocumque iret, etiam ad sacrum et epulas; et sic quælibet cohors per vices.

Sic l. 1. hist. 24. 'Eo paulatim progressus est, ut per speciem convivii, quoties Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti, viritim centenos nummos divideret.'

[s] *Exequi cædem*] Mandatæ cædes illustrium virorum Tribunis vel Centurionibus. Ut puto, mandata cædes Agrippæ Posthumi a Livia, vel a Tiberio, solo nutu et verbo tantum Crispo Sallustio, qui mandata principis ipse præscripsit Tribuno, apposito custodiæ Posthumi, codicillis scriptis: attamen pro *more militiæ*, et forte etiam præmii accipiendi consilio, renuntiavit Tribunus Tiberio, *factum esse quod imperasset.*

Hinc anxius metu Sallustius, qui scripserat literas, suoque annulo obsignarat, ne scelus vindicarent Patres, Liviam adit, quia haud dubie mandata ab illa ipsa acceperat; quare et dissimulat Tiberius, quasi nescius facinoris; et id facile potuit, cum id neque voce neque scripto forte mandasset, et quia remotis arbitris id mandarat Livia Sallustio.

At Tribunus legit literas principis, coram centurionibus et militibus, forte et ipso Posthumo. Sed certe literæ illæ compositæ nomine principis, et forte Augusti, quasi adhuc

NOTÆ

spiraret; sed non erant Augusti vel principis; quamvis ipsius forte annulo obsignatæ essent: sed ipsius Sallustii; attamen nomine principis scriptæ erant; quod hinc colligi possit.

Quia Livia morbo, aut etiam morte Augusti nondum vulgata, jam secura erat imperii, jam imperabat ipsa, jam secura sceleris et vindictæ, talia moliebatur.

Et maxime metuebat ipsa Posthumum, ut vindicem exilii sui, et exitii fratrum, matris etiam, et sororis Juliæ, quos afflixerat Livia novercali odio. Patet ex Dione, apud quem multa objectat Livia ipsi Augusto, quod adhuc amaret filium Posthumum, eumque revocare in regios penates vellet.

At aliæ cædes, quæ mox imperatæ sunt, ut *Messallinæ*, sub Claudio. Narcissus facilitate principis, ut solebat, abutens, quia ad illum diem Præfecturam prætorii acceperat, cædem demandat Tribuno, tum excubanti ad palatii fores, et verbo tenus, non scripto aut annulo obsignat, sed tamen præsentibus centurionibus, quos ad idem immittebat, et *Evodo* liberto aulico, *exactore* addito.

Quod testimonium sufficiebat Tribuno patranti cædem lascivientis fœminæ, et sub tali principe, et senatu eo ævo de se solicito, nec talia admodum inquirente.

Apud Herodianum Plautianus mandat cædem Tribuno prætoriano, sed privatus ipse, nec nomine principis, immo adversus principem. Idcirco Tribunus scripta mandata petit, vel proprio astu, ut mandantem convinceret, et sic obstringeret sibi Cæsarem; vel sic principem vindicante numine, et suamet fraude se implicante damnanteque homine pessimo.

Callidior Tiberius, alias artes talibus cædibus perpetrandis adinvenit. Nam Germanicum opera Cn. Pisonis lento veneno illigavit, ac interemit Agrippinam uxorem illius, et Drusum ejusdem filium, alimenta subtrahendo; quasi ipsi fato, aut ultro inedia mori voluissent; et Neronem Germanici vetustissimum filium metu carnificis et laquei, unco ostentato, confecit procul in insula.

Aliæ cædes etiam mandatæ Tribunis prætorianis; vel occulte, ut Cn. Pisonis, quem a Tiberio ipso, immisso Tribuno occisum, verisimile est; vel palam damnante senatu, aut principe ipso jubente.

Et præcipue militares viri a Tribunis necati, etiam post damnationem. Sed id palam et *ex more militiæ;* et tum quæstor consulis, si reus senatorius esset, vel ipse Tribunus prætorianus legebat, si reus vir militaris foret, senatusconsultum, seu judicium senatus, coram reo ipso, et astantibus.

Mandata cædes Lolliæ Paulinæ exulis ab Agrippina, centurioni, sed id aperto facinore et crimine, nemine damnante Paulinam. Mandabat et necem Domitiæ Lepidæ, sed Narcissus sævienti fœminæ adversatus est; et favente liberto, vixit Lepida, ut infra videbimus.

Cædem Dolabellæ, Aquinum sepositi, mandavit centurioni Vitellius Imperator, sic et Vespasianus cædem Helvidii: sed palam et damnante principe; quod satis visum; nec tum, ut puto, sine scripto. Sic et Cæcinam ultus est Titus Cæsar, sed manifeste ducem conjurationis; quo casu mandata palam data, aut cædes publice approbata est, ante et post executionem: res enim urgebat, et prius gladius, quam codicillus adhibendus fuit.

Mandata et centurionibus cædes Syllæ apud Massiliam exulantis et Plautii in Oriente: sed sub Nerone, et per scelus instigante Tigellino; et talia haud dubie scripto mandabau-

tos[t] et exactor e libertis Euodus[3] datus. Isque raptim in hortos prægressus, reperit fusam humi,[u] assidente matre Lepida:[v]

exactor imperatæ necis. *Isque propere in hortos profectus, invenit* Messallinam *stratam humi*, juxta *accumbente matre Lepida, quæ rebus prosperis filiæ haud con-*

3 Brotierus et Homerus *Evodus.*

NOTÆ

tur, forte præfecti prætorio, et ipsius principis annulo obsignata.

Exequi cædem] Imperare potuit illo die Narcissus, pro jure suo, Tribuno et centurionibus prætorianis, quia ad illum diem præfectus prætorio erat, sed an codicillo scripto, suaque manu obsignato id imperaverit Narcissus, dubium reliquit Tacitus; nec tamen aliter tales cædes imperabantur pro more.

Attamen, quia epulabatur Claudius, jam vino distentus, qui talia ipse mandare debuit, et mox audire, *factum esse quod imperasset*, quia res urgebat, et festinabat Narcissus, ut puto, contentus fuit talem cædem imperare, Tribuno coram, et ipsis Centurionibus, et præterea additus ex interioribus aulicis Euodus libertus *exactor et custos;* id satis visum: hoc satis amplum rei mandatæ testimonium.

[t] *Custos*] Qui nempe prospiceret observaretque an recte et ordine res executioni mandaretur, ut imperata erat.

Sic supra l. III. de Pisone: 'Inditus lecticæ, et a Tribuno prætoriæ cohortis deductus est, vario rumore, custos salutis an mortis exactor sequeretur.'

Et infra l. XIII. 21. ubi de Agrippina, quæ objecta crimina dissolvit: 'Burrhus iis mandatis Seneca coram fungebatur. Aderant et ex libertis arbitri sermonis:' id est, veluti testes, custodes, et qui exigerent id, quod imperitasset Nero.

[u] *Humi*] Flentes humi sedebant, jacebant. Virg. l. XI. 'Consedisse urbem luctu.' Dictum est, quod tristes qui sunt, plerumque sedent; et Græci καθίζειν κλαίοντα, id est, *flentem reddere.* Eodem modo fere usurpant apud eundem Poëtam: 'duplicatque virum transfixa dolore.' Magnus enim dolor nos duplicat, et curvat. *Turnebus.*

Fusam humi] Horat. 'Format enim natura prius nos intus ad omnem Fortunarum habitum: juvat aut impellit ad iram: Aut ad humum mœrore gravi deducit, et angit: Post effert animi motus interprete lingua.'

Fusam humi, assidente matre] Reperio illum morem obtinuisse in summo luctu, ut mulierculæ lugentes humi prostratæ jacerent; status ille corporis abjectionem, etiam animi, demonstrat.

Sic Sisygambis mater Darii, apud Curt. l. X. nuntio accepto de morte Alexandri: 'Abscissa ergo veste, qua induta erat, lugubrem sumsit; laceratisque crinibus, humi corpus abjecit. Assidebat ei altera ex neptibus, nuper amissum Ephestionem, cui nupserat, lugens,' &c.

Et supra l. IV. 'Rex haud secus quam si parentis suæ mors nuntiata esset, crebros edidit gemitus, lacrymisque obortis, quales Darius profudisset, in tabernaculum, in quo mater erat Darii, defuncto assidens corpori, venit. Hic vero revocatus est mœror, ut prostratam humi vidit,' &c. Quia nempe uxor Darii obierat.

[v] *Assidente matre Lepida*] Quænam hæc Lepida? Ego vero reperisse me

quæ florenti filiæ[w] haud concors, supremis[x] ejus necessitatibus ad miserationem evicta erat; suadebatque, 'ne percussorem opperiretur: transisse vitam, neque aliud, quam morti[4] decus, quærendum.' Sed animo per libidines corrupto, nihil honestum inerat: lacrymæque et questus irriti ducebantur;[y]

sentiens, rebus adversis ejus, ad misericordiam flexa erat; monebatque, ne interfectorem expectaret, transactam esse vitam, neque aliud exoptandum ipsi quam mortem honestam. *Sed mente per voluptates infracta, nihil decorum supererat, ploratusque, et ejulatus inanes trahebantur; cum repentino adventu militum stre-*

4 Rhenanus *morte*. Melius ceteri e Mss. *morti*. Idem.

NOTÆ

censeo famosæ fœminæ (Messallinam dico) stirpem et matrem. Sueton. scribit: 'Post has Valeriam Messallinam Barbati Messallæ consobrini sui filiam in matrimonium accepit.'

Ubi dissimulant interpretes, quomodo hic Valerius Claudio consobrinus. Dicam ego. Ex L. Domitio et majore Antonia natus est Cn. Domitius pater Neronis principis, et item Lepida amita ejusdem, de qua infra. Hæc Lepida est illa ipsa quæ nupta Valerio Messallæ, et quæ hic Messallinæ dicta mater. At Claudius natus ex Druso et minore Antonia, uti clarum stemma istud.

M. Antonius III. vir.	Antonia *major*.	Cn. Domitius.	Nero imp.
	L. Domitius *maritus*.	Agrippina *uxor*.	
Octavia.	Antonia *minor*.	Domitia Lepida.	Valeria Messallina *uxor Claudii*.
		Valerius Messalla *maritus*.	
	Drusus *maritus*.	Germanicus.	
		Claudius Imp.	

Vides ergo Claudium et Lepidam Domitiam (id enim duplex illi nomen fuisse alibi ostendo) vere consobrinos. Atque hac ratione forte maritum ipsum Lepidæ Suetonius dixerit Claudii consobrinum.

Tamen tutius putarim legi, *Barbati Messallæ et consobrinæ suæ filiam*. Sententia quidem non alia est: et hæc Lepida Neronis amita, Messallinæ mater. Suet. Claudii c. 26. *Lipsius*.

[w] *Quæ florenti filiæ*] Quæ abutentem fortuna sua filiam minus amaverat, eam tamen adversis conflictatam non deseruit.

Florenti] Florenti filiæ et prospera fortuna abutenti in luxum et libidinem haud consentiebat bonæ frugis mater.

[x] *Supremis*] Per supremam necessitatem intelligitur mors, exitium, funus.

Supremis] Intellige mortem, ut ipso eventu comprobatum est. Posset tamen generice intelligi quæcumque necessitas extrema; quia cum Messallinæ affuit, solatiumque exhibuit Lepida mater, nondum mors illius certa fuit.

[y] *Ducebantur*] Ducebat trahebatque tempus fletibus et lamentis inanibus.

cum impetu[z] venientium pulsæ fores,[a] astititque Tribunus per silentium,[b] at libertus increpans multis ac servilibus[c] probris.

38. Tunc primum fortunam suam introspexit,[d] ferrumque[e] accepit, quod frustra jugulo ac pectori, per trepidationem, admovens, ictu Tribuni[f] transfigitur.[1g] Corpus matri

puere fores, affuitque Tribunus per silentium, at Evodus plurimis ac servilibus conviciis fœminam insectabatur.

Tunc primum fatum suum e proximo vidit, et gladium sumsit, quem dum frustra faucibus, ac pectori per metum admovet, manu Tribuni transfoditur: cadaver pa-

1 Mallet Lipsius *transigitur*.

NOTÆ

[z] *Impetu*] Non quod impetu opus fuerit ad pulsandas, aut aperiendas fores; quæ enim porta adversus Cæsarem? Sed recte sic expressit Tacitus advenientem Tribunum, Centurionibus militibusque armatis stipatum; qui adventus non sine terrore, aut consternatione, præsertim fœminarum; non tamen *infractæ* fores, ut vult Ablancurius, sed tantum *pulsæ*.

[a] *Pulsæ fores*] Vertunt, quasi vi et impetu militum dejectæ ruptæque fores essent: errant. Tantum impulsæ sunt, et statim ultro apertæ. Quis enim resistat Cæsaris imperio, totque irrumpentibus Centurionibus?

Pulsæ fores] Non dicit, *pulsatæ* fores. Nam sic forte intelligerentur *percussæ* fores vitibus centurionum, ut percutiebantur olim virgis lictorum, accedente magistratu.

Sed tum tantum *pulsæ*, seu impulsæ fores impetu advenientium militum: neque vi ruptæ aut effractæ, minus tum superbiente janitore, aut ne quidem interveniente.

[b] *Per silentium*] Tribunus tanquam vir gravis et militaris silentio astat, ut in re lugubri, quam invitus et mœrens exequebatur; at libertus pro servili ingenio in convicia et contumelias erumpit, dominamque tantum non morientem ignavis probris insectatur.

[c] *Servilibus*] Nempe et id pro ingenio servili: haud aliter libertus agere debuit; servat decorum.

[d] *Introspexit*] Huc usque e longinquo viderat Messallina fortunam comminantem sibi, et velut e specula, procul impendentem; at nunc e proximo, et velut intus; et in seipsa fortunam inspexit. Nudam apertamque fortunam vidit, nempe, tum sibi necessario pereundum, nec ullum tergiversandi modum superesse.

[e] *Ferrumque*] Pugionem nempe, a matre, ut puto, exhibitum, quæ virtutem suadebat.

Ferrumque accepit] Non quod ipse Tribunus obtulisset. Sed forte, quod ipsa mater Lepida exhibuisset, quo *morti decus* quæreret. In tali occasione, Romanæ matres vulnera a filiis exigebant. Sic Urgulania nepoti suo pugionem misit. Tac. l. IV. 22. 'Plautius Silvanus prætor, incertis causis, Aproniam conjugem in præceps jecit,' &c. paulo post: 'datis judicibus, Urgulania Silvani avia, pugionem nepoti misit,' &c.

[f] *Ictu Tribuni*] Gladio Tribuni in eam cædem immissi, pro more.

Ictu Tribuni] Forte eodem ferro,

concessum. Nuntiatumque Claudio epulanti, 'perisse Messallinam,' non distincto, sua an aliena manu: nec ille quæsivit: poposcitque poculum et solita convivio celebravit. Ne secutis quidem diebus, odii, gaudii, iræ, tristitiæ, ullius[h] denique humani affectus signa dedit, non, cum lætantes accusatores[i] aspiceret, non, cum filios mœrentes. Juvitque oblivionem ejus Senatus, censendo, 'no-

renti permissum. Relatumque e Claudio, cum mensæ accumberet, interiisse Messallinam, *haud addito, sua, an aliena vi; nec ille rogavit, petivitque scyphum, et quæ solent epulis usurpavit. Ne sequenti quidem tempore, indicia ulla prætulit offensionis, lætitiæ, aut doloris et mœstitiæ, nullius demum affectionis humanæ, non* etiam, *cum videret delatores gaudio gestientes, non cum liberos dolentes. Et firmavere oblivionem ejus Patres, decernendo* vocabulum *Messallinæ,* et imagines *illius*

NOTÆ

quo se tentaverat inutiliter Messallina.

Ictu Tribuni] Nempe gladio ipsius Tribuni. Nimirum dum dubitat, dum trepidat Messallina, dum frustra tentat gladium suum, moræ impatiens Tribunus, suo ense eam transfodit, vel etiam ferro ipsius Messallinæ, quasi mortem adjuvaret, manumque fulciret. Debuit ille propere exequi cædem, si placere voluit præpollentibus libertis.

[g] *Transfigitur*] Hoc meruit pessima fœmina; quippe non contenta libidinibus, et adulteriorum flagitiis, multas cædes nobilium perpetraverat. Ejus sævitiam magna ex parte describit infra Tac. l. XIII. 43. ubi de Suilio atrocissimo delatore. 'Ii acerbitate accusationis Q. Pomponium ad necessitatem belli civilis detrusum: Juliam Drusi filiam, Sabinamque Poppæam ad mortem actas: et Valerium Asiaticum, Lusium Saturninum, Cornelium Lupum circumventos: jam equitum Rom. agmina damnata, omnemque Claudii sævitiam Suilio objectabant, &c. Tum jussa Messallinæ prætendi.' Hæc igitur crimina omnia molita fraude erat Messallina.

Etiam Juliam Germanici filiam, formæ ejus æmula, quod sæpius sola cum Claudio ageret, extorrem egit, structis multis, et etiam adulterii criminibus, ob quæ Seneca ipse in exilium missus est, dein et eandem Juliam necavit.

Etiam ob libidines illius, manus sibi attulit Justus Catonius prætorii præfectus, cum posset Messallinam accusare apud Claudium, et sic forte se tueri. Testis Dio l. LX.

Transfigitur] Anno Romæ conditæ 801. Christi 48. Vide notas c. 20. *Tillemonius.*

[h] *Ullius*] Neque tamen id sine aliqua sapientia. Nam si *ira* movetur, irritat liberatores, et imperii, salutis, ac decoris sui vindices. Si *gaudio,* matrimonium, liberos, et amorem suum offendit; tanquam in re necessaria et ineluctabili silere ac dissimulare præstabat.

[i] *Accusatores*] Intelligit forte principes libertos, de quibus ante, qui licet periculi exsortes, tamen lætitiæ partem sibi vindicabant; vel alios fautores Narcissi, qui in facinoris, jam perpetrati feliciter, partem ultro veniebant; vel intelligit ipsas etiam fœminas, quæ Messallinam apud Ostiam detulerant, nempe, Calpurniam et Cleopatram.

men et effigies[j] privatis ac publicis locis demovendas.' Decreta Narcisso 'Quæstoria insignia;'[k] levissimum fastidii[2]

tollendas e locis publicis privatisque. *Concessa Narcisso eodem senatusconsulto* ornamenta quæstoris, *quæ minima pars fortunæ illius* fuit, *cum proximus a Pal-*

2 Brotierus legit *fastidii*, et sic fuse rem exponit: 'Hæc et cetera usque ad libri finem totidem apicibus exhibet Ms. Reg. quem sum secutus. Nec multum abludit editio princeps. Alii aliter. *Fastidii* pro *fastigii* emendavit Ernestus. Et quidem *fastidii* habent Mss. Vatic. 1863 et 1864. et Flor. *Fastigii* autem Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. et Jes. *Supra Pallantem* Ms. Flor. et recte. In Mss. Harl. Bodl. et Jes. *secundum Pallantem.* Demum pro *tristitiis multis*, quidam emendant *flagitiis inultis*, sicque legitur in Mss. Vatic. 1863 et 1864. Alii *flagitiis inultis*, ita quoque Mss. Vatic. 1958. et Bodl. Tamen in Mss. Vatic. 1958. supra *flagitiis* scriptum *tristitiis.* In editione principe *tristiciis multis*, quod et Ernestus probavit. Si quis tamen mallet *flagitiis multis*, non multum repugnarem. Multa sane extitere Agrippinæ et Neronis flagitia inde orta, sed quæ non fuerunt inulta; ideoque minime probabile *flagitiis inultis.* Plus tamen sensus in *tristitiis multis.*'—Omnes Editiones hactenus hic exhibuerunt: *cum secundum Pallantem et Callistum ageret:* nec ulli Interpretum locus hic de mendo suspectus hucusque fuit. Nihilominus *Narcissi* potentia revera nunc major fuit quam *Pallantis* aut *Callisti* propter susceptam in se solum cædis Messallinæ executionem: unde XI. 29. 'desistunt, Pallas per ignaviam; Callistus prioris quoque regiæ peritus, et potentiam cautis quam acrioribus consiliis tutius haberi. Perstitit Narcissus.' et 35. de Narcisso: 'omnia liberto obediebant.' Non agebat igitur *secundum*, id est post Pallantem et Callistum *Narcissus*, sed hos auctoritate atque potentia aulica tunc temporis præcedebat. Quare non dubitavi cum in Ms. Flor. viderem legi, *cum super Pallantem et Callistum a.* hanc verissimam lectionem Tacito restituere. Fugit hæc ut nonnullæ aliæ optimi Pichenæ diligentiam, dubio procul quod vox *super* nota expressa non perscripta hoc modo

NOTÆ

j *Effigies*] Quæ amotæ sunt, non subversæ tantum: demotæ ab illis locis, ne conspectus dolorem principis renovaret; si subversæ forent, non demebatur ignominia Claudii, immo augeri videbatur. Amoveri debuerunt penitus, ne stantes pudorem principis onerarent.

k *Decreta Narcisso Quæstoria insignia*] Quod liberti potentes essent apud Claudium, auctor est Tranquillus: 'His,' inquit, 'uxoribusque addictus, non principem se, sed ministrum egit; compendio cujusque horum, vel etiam studio, ac libidine, honores, exercitus, impunitates largitus est.'

Quod autem Callistum et Pallantem præponit Narcisso, aliter habetur apud eundem Tranquillum, qui Narcissum et Pallantem tradit fuisse præcipuos, quos amaverit, quibusque crediderit.

Callisti tamen et Pallantis, ut maxime principi gratorum, meminit Cornel. initio libri sequentis. *Ferretus.*

Concessa *insignia*, præter scipionem eburneum, et sellam curulem, si quæ fuerant. *Vertranius.*

Quæstoria insignia] Quod decus longe infra gloriam liberti, cum 'ornamenta consularia etiam procuratoribus ducenariis indulgeret' Claudius. Sueton. 24.

ejus,[m] cum supra Pallantem[n] et Callistum ageret. Honesta[o]

lante et Callisto ageret, honestas quidem res, sed ex quibus pejora emergerent

---

ξ. Hæc autem nota cum sæpius occurrat, ut h. l. 28. in vocabulo *superesset*. XII. 9. H. I. 51., ibique non fugerit Pichenam hujus intellectus, mirum hic non fuisse attentiorem. Erratum et in hoc ante Rhenanum H. IV. 53. Idem autem Flor. Cod. pro *fastigii* quomodo Mss. Reg. et meus tum Edd. habet *fastidii*. Quod etiamsi *Narcisso*, tanquam libertorum potentium vitiis obnoxio, quadrare possit videri, a Tacito tamen esse non inducor ut credam. Quoniam hic *Narcissum* laudat propter rem præclare gestam in punienda Messallinæ turpitudine, tum ita totam hanc historiam describit, modosque, quibus hoc negotium tractavit *Narcissus*, sic repræsentat, ut clare appareat eum potius admiratum hujus prudentiam, dexteritatem, et in exequendo toto hoc negotio constantiam, quam ullo modo sugillare voluisse status ipsius conditionem. *Levissimum* autem *fastigii ejus* dicuntur *quæstoria insignia* a Senatu ipsi decreta, ut decretus Pomponio triumphalis honos XII. 28. : ' modica

NOTÆ

[m] *Levissimum fastidii ejus*] Conjicio legendum, *lætissimum fastigii ejus*, et pro *flagitiis multis, flagitiis inultis*, sive *vitiis inultis*. Nam exemplar regium habet, *tristitiis inultis*. Rhenanus.

Levissimum] Pallantis et Narcissi imagines habuit Vitellius in cubiculo inter Deos Lares, ut teste Capitol. M. Antoninus ' tantum honoris magistris suis detulit, ut imagines eorum aureas in Larario haberet,' quod invaluit Romæ; nunc et Lutetiæ in Gallia nostra, ut clientes potentum benefactorum imagines etiam aureas in cubiculis suis venerentur.

[n] *Supra Pallantem*] Vulgo legitur *secundum* vice *supra:* cujus sensus sit, Levissimam Narcisso fuisse dignitatem illam *quæstoriam* respectu fastigii ejus, cum apud Claudium obtineret primum gratiæ ac potentiæ locum post Pallantem et Callistum. Hi enim, ut dixit, *flagrantissima gratia* erant.

Simili fere modo Tac. lib. seq. ' Decretusque Pomponio triumphalis honos, modica pars famæ ejus apud posteros.' Quod sequitur: *Honesta quidem* (scilicet ut libertis nihil amplius tribueretur, quam *quæstoria insignia*) intelligendum est ironice, propter corruptionem temporum, quibus valde liberti pollebant.

Nam eodem lib. seq. ait : ' Decreta Pallanti prætoria insignia :' ac deinde, ' Claudius libertos sibi et legibus adæquavit.' Sed cum eorum flagitia princeps inulta relinqueret, deterrima inde oriebantur, cum ii quotidie in majora flagitia prolaberentur. *Pichena.*

[o] *Honesta quidem, sed ex quibus, &c.*] Ea verba mutila et corrupta. Tacitus impositurus huic libro finem, judicium fert de tota Messallinæ Tragœdia : Nemo, inquit, adulteræ cædem accuset; quia merito pœnis fuit affecta : verum illinc fons tot malorum quæ secuta sunt.

Nam Messallina viva nunquam locus foret incesto neptis matrimonio, non veneficio Britannici, non tot sceleribus, quibus Nero infestavit orbem terrarum. *Salinerius.*

Honesta] Ita interpungenda et distinguenda sunt illa verba : *Cum secundum Pallantem et Callistum ageret, honesta quidem, sed ex quibus, &c.* Ita ut vox *honesta*, non referatur ad *quæstoria insignia.*

Nam nunquam talia decora *honesta* fuere in libertis ; sed *honesta* præsta-

quidem,[3] sed ex quibus deterrima orirentur, tristitiis multis.[4] P

sceleribus multis patratis mox, et perpetuis.

pars famæ ejus apud posteros.' *Ryck.*—3 Hic locus quoniam male distinctus erat in omnibus Edd. non intellectus est Interpretibus. Putarunt enim fere omnes, *honesta* respicere *quæstoria insignia*, diversimode tamen explicantes: alii, *atque erant illa quidem decora insignia, per quæ tamen deterrima faciendi facultatem Narcissus haberet, quia flagitia propter dignitatem vel* inulta *erant vel* multa; pro diversa lectione: alii, honesta *scilicet, ut libertis nihil amplius tribueretur, quam quæstoria insignia, ironice intelligendum* putant, *propter corruptionem temporum, quibus valde liberti pollebant. Sed cum eorum flagitia Princeps inulta relinqueret, deterrima inde orta, cum ii quotidie in majora flagitia prolaberentur.* Sed 'Non tali auxilio nec defensoribus istis' sanus sensus ex his verbis exsculpitur. Mihi Tacitus brevi hoc epiphonemate sententiam suam super Messallinæ cæde a *Narcisso* perpetrata proferre voluisse videtur: cujus sensus, neminem adulteræ hujus necem accusare debere, quoniam suo merito pœnis affecta. Interim dissimulari non posse, ex hac cæde, tanquam malorum fonte, multa et magna scelera profluxisse, quæ nunquam punita fuerint. Messallina enim viva, nunquam locum incestis nuptiis factum, nunquam veneficio Britannici, nunquam tot sceleribus, quibus Nero orbem terrarum infestarit. Separanda igitur distinctionis majoris nota hæc verba a præcedenti periodo. *Ryckius.*—4 Gronovius et Ryckius edunt *inultis* vice *multis.*

NOTÆ

bat agebatque Narcissus, cum adulteria Messallinæ et tales nuptias Silii vindicaret.

Ex quibus, licet his honestis, oriri mox debebant longe *deterrima* facinora, quam ea quæ vindicabat libertus, nempe, incestæ nuptiæ Agrippinæ, neces illustrium civium, veneficia, &c. de quibus sequentibus libris traditurus est Tacitus.

P *Flagitiis multis*] Vulgo *inultis;* sed malim *multis;* ita ut aliqua verba hic deesse putem: quod de *inultis* afferunt, falsissimum puto, quippe, an flagitia ipsius Narcissi *inulta?* statim post Claudii necem ab Agrippina occisus est. An incestæ Claudii nuptiæ? veneno et toto exitio vindicatum est. An ipsius Agrippinæ flagitia? nece et parricidio vindicata sunt. An ipsius Neronis scelera? ipse a senatu damnatus, ut more majorum necaretur, et sua manu periit. Sunt certe, ut scelerum, ita et supplicorum vices certissimæ, sic regente numine, cujus imperium est in ipsos reges.

Flagitiis inultis] Quantum conjicio, non sic scripsit Tacitus. Nam falsum est flagitia sequentia fuisse *inulta:* immo asperrime vindicata sunt in ipsorum auctores.

Scripsit potius, *flagitiis multis;* ita ut pauca quædam hic desint; forte hoc sensu *flagitiis multis, mox et atrocioribus perpetratis.* Quod verum esse patet ex historia sequenti.

Falsum etiam est quod dicunt, Narcissum postea, quia habuisset talia *insignia*, prorupisse in deteriora crimina: immo adversabatur impotentiæ et sceleribus Agrippinæ. Nec leges, ullum admissum postea scelus a Narcisso: immo cum suo domino fidelis servus statim occisus, eumque apud inferos comitatus est. Vide Senecam in Ludo.

Flagitiis] Mss. *Tristitiis multis.* Alii

NOTÆ

trahunt ad libertos, quorum nimia potentia, inulta et impunita manent flagitia.

Alii intelligunt de multis criminibus, quibus locum viamque aperuit cædes Messallinæ; ut sunt incestæ nuptiæ Claudii et Agrippinæ, adoptio Neronis, spreto Britannico et occiso, mors ipsius Claudii, et alia infinita mole numeroque scelera, quæ postea secuta, et velut ex illo fonte eruperunt.

Statim enim pœnitebit aulicos ipsos, non tolerasse libidines Messallinæ, præ sævo et *adducto* imperio Agrippinæ, quæ scenam aulæ non polluet tantum, sed et cruentabit.

Forte similis sententia reperitur, lib. I. hist. de Tigellino: ' Haud dubie servaverat' filiam Vinii, ' non clementia, quippe tot interfectis, sed effugio in futurum; quia pessimus quisque diffidentia præsentium, mutationem pavens, adversus publicum odium privatam gratiam præparat; unde nulla innocentiæ cura, sed vices impunitatis.'

Idem prodit Josephus de Callisto liberto, qui vivo Caligula, jam adulabatur Claudio, simili spe veniæ et impunitatis.

Flagitiis inultis] Sic complerem: *flagitiis inultis, aut sero punitis.* Inultis aut sero punitis, quia forte fortuna, vel potentia sua pœnam sibi debitam declinant, vel quia aulici sibi invicem talia condonant, parant amicos in futurum, quorum vicissim auctoritate et gratia defensi supplicium devitent. Sic de Tigellino, qui sub Nerone præpolluit, ejusque sævitiam et scelera incitavit. Infra Tacitus, hist. I. 72. ' Apud Galbam T. Vinii potentia defensus, prætexentis servatam ab eo filiam, et haud dubie servaverat, non clementia, quippe tot interfectis, sed effugio in futurum; quia pessimus quisque diffidentia præsentium, mutationem pavens,' &c.

Addo, *sero punitis.* Quia per multos annos sæviere Callistus, Narcissus, et Pallas; ipse princeps incestu pollutus, ipsa Agrippina, sicque impudica magis, et immanior ipsa Messallina, diu debacchata est; et talia flagitiorum portenta vel inulta, vel sero vindicata sunt.

C. CORNELII TACITI

AB

EXCESSU DIVI AUGUSTI

ANNALIUM

LIBER DUODECIMUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. 1. 2. Claudius de matrimonio cum libertis deliberat. 3. Agrippina, Germanici fratris ejus filia, aliis prælata, L. Silano, cui desponsa Octavia, insidias struit, 4. administro Vitellio, 5—7. cujus artibus inducti Senatus Populusque infames nuptias probant. 8. Silanus mortem sibi consciscit. Seneca ab exilio redux studiis Neronis præest, 9. cui despondetur Octavia.

10. Parthi Regem Roma petunt Meherdatem, 11. quem, missum a Claudio, Cassius in Regnum ducere conatur. 12. Obstat fraus Abgari et 13. Izatis. 14. Victus Meherdates Gotarzi traditur. Hoc mortuo Regnum in Vononem, dein Vologesem transfertur. 15. Mithridati, Regnum Ponti reciperare niso, Romani resistunt et Cotys et Eunones. 16. Uspe urbe capta, 17. Zorsines deserit Mithridatem, qui, 18. supplex Eunoni, 19—21. per eum a Principe veniam impetrat, Romamque perducitur.

22. Agrippinæ artibus Lollia cedere Italia jubetur, Calpurnia pervertitur. 23. Salutis augurium. Pomœrium Urbis prolatum, 24. et qui olim protulerint.

25. Nero Domitius a Claudio adoptatur auctoritate Pallantis. 26. Britannicus depressus. 27. 28. Colonia in Ubios deducta. Catti latrocinia agitantes vincuntur. 29. 30. Vannius Suevorum Rex a suis pulsus.

31. In Britannia turbantes reprimit Ostorius Icenos, 32. Cangos, Brigantes. 33—35. Silurum Regem Caractacum vincit. 36. Is, Romam perductus, 37. mascule Cæsarem alloquitur et veniam impetrat. 38. 39. Britanni vires reparant. Ostorius, obtentis triumphi insignibus, obit. 40. Ei Didius suffectus. Bellum intestinum Venutii et Cartismanduæ.

41. Neroni virilis toga maturatur, posthabito Britannico. 42. Burrus Prætorio præfectus. Agrippinæ arrogantia. Vitellio favet. 43. Prodigia Romæ. Caritas annonæ.

44—47. Bellum Armenios inter et Iberos. Rhadamistus Pharasmanis filius Iberus specie fœderis Mithridatem invadit, vinclis onerat, interimit. 48. Quadratus, Syriæ Præses, de ultione deliberat. 49. Pelignus Rhadamistum temere Regium insigne sumere hortatur. 50. Parthi Armeniam invadunt. 51. Rhadamistus a suis pellitur. Zenobia conjux, ab eo vulnerata, ægre servatur.

52. Furius Scribonianus relegatus. SC. de mathematicis. 53. SC. Claudianum de fœminis quæ servis conjungerentur. Adulatio in Pallantem. 54. Felix et Ventidius turbant Judæam. Quadratus quietem reddit. 55. Motus in Cilicia sedat Rex Antiochus.

56. Lacus Fucinus emissus et in eo navale spectaculum, 57. et convivium cum periculo. 58. Nero ducit Octaviam. 59. Statilius Taurus eversus. 60. Procuratorum in provinciis auctoritas aucta. 61. Cois concessa immunitas. 62. 63. Byzantiis tributum ad tempus remissum: ejus urbis situs.

64. Prodigia Claudianæ necis. 65. Lepidæ mors indicta. Narcissi liberæ voces. 66. 67. Claudium Agrippina veneno tollit. 68. Nero primordia Imperii capit. 69. Funus et consecratio Claudii. Gesta hæc annis sex,

C. POMPEIO. Q. VERANNIO
C. ANTISTIO. M. SUILIO RUFO
TI. CLAUDIO. V. SER. CORNELIO ORFITO
P. CORNELIO SYLLA. L. SALVIO OTHONE
D. JUNIO SILANO. Q. HATERIO
M. ASINIO MARCELLO. M'. ACILIO AVIOLA COSS.

CÆDE Messallinæ convulsa Principis domus, orto apud libertos certamine, quis deligeret uxorem Claudio, cœlibis vitæ intoleranti,[1 a] et conjugum imperiis obnoxio. Nec minore ambitu fœminæ exarserant: suam quæque nobilitatem, formam, opes,[2] contendere, ac digna tanto matrimonio ostentare. Sed maxime ambigebatur inter Lolliam Paulinam,[b]

Labefacta Cæsaris domo per necem Messallinæ, et nata inter libertos discordia, quis daret conjugem principi, vitæ cœlibis impatienti, et semper uxorum jussis addicto. Nec minori ambitione incitæ mulieres, suam quæque claritudinem, speciem, et *divitias* inter se *conferre, atque exhibere* ultro, quæ *tantis nuptiis digna* forent. *Sed præcipue certabatur inter Lolliam Paulinam, M. Lollio consulari genitam, et*

1 Mss. Vatic. 1863. Flor. Reg. et editio princeps, *cœlibis vitæ intonanti.* Mss. Vatic. 1864. et 1958. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *cœlibi vitæ intonanti.* Ms. Agr. *insolenti.* Recte emendavit Pichena *intoleranti.* Sic enim sæpe Tacitus. Jac. Gronovius perperam retinet *intonanti.* Brotier. Edd. antiquæ habent, *cœlibi vitæ intonanti,* quod defendere conatur Lipsius et Salinerius, sed infeliciter. *Intonare* enim est, cum ira invehere, quod haudquaquam Claudio convenit, pluribus pellicibus insueto. Præterea scripti Codd. variant: meus, *cœlibis vitæ insolenti;* quod, etsi sit optimum, præferre tamen receptæ semel a Pichena lectioni non placuit, qua pro *intonanti* edi curavi *intoleranti:* quod jam olim Mureto arrisit, et Tacito sæpe usurpatur. Annal. I. 31. IV. 2. 75. *Ryckius.*—2 Editio princeps *opem.* Mss. *dignam.* Sic forte Tacitus scripserat. *Opem* enim pro *opulentiam* dixere veteres, ut patet ex

NOTÆ

[a] *Intoleranti*] In veteribus libris, *cœlibi vitæ intonanti.* In manuscriptis quibusdam, *cœlibis:* et vellet Pichena, *cœlibis vitæ intoleranti.* Illud vulgatum, nescio quomodo, mihi pro moribus et sermone Claudii videtur. *Lipsius.* Narrat serio Tacitus, non nugatur; et cum ridet alios, non seipse ridendum propinat. Rectius *intoleranti.*

Cœlibis vitæ intoleranti] Sueton. Claud. 26. 'Nec durare valuit, quin de conditionibus continuo tractaret, etiam de Petinæ, quam olim exegerat, deque Lolliæ Paulinæ, quæ C. Cæsari nupta fuerat. Verum illecebris Agrippinæ, Germanici fratris sui filiæ, per jus osculi et blanditiarum occasiones pellectus in amorem,' &c.

[b] *Lolliam Paulinam*] Fuit ipsa neptis M. Lollii, de quo Vell. 2. 'Quo tempore M. Lollii, quem veluti moderatorem juventæ filii sui Augustus esse voluerat, perfida, et plane sub-

M. Lollii Consularis filiam,[c] et Juliam Agrippinam, Germanico genitam: huic Pallas, illi Callistus, fautores aderant: at Ælia Petina,[d] e familia Tuberonum, Narcisso fovebatur. Ipse modo huc, modo illuc, ut quemque suadentium audierat, promtus, discordantes in consilium[3] vocat, ac 'promere sententiam et adjicere rationes' jubet.

2. Narcissus 'vetus matrimonium, familiam[1] commu-

Juliam Agrippinam Germanici filiam. Hanc fovebat Pallas, illam Callistus. Sed favebat Narcissus Æliæ Petinæ, quæ *e gente Tuberonum* orta erat: *ipse* Claudius *modo in hanc, modo in illam pronus, ut cuique monentium aures præbuerat*, tandem *dissidentes* simul *in consilium rogat, ac proferre sententiam quemque, et addere rationes imperat.*

Narcissus priores nuptias, liberos communes *asserebat (nam Antonia Petinæ*

poëta, qui apud Ciceronem Tusculan. III. 19. laudat Priami domum, 'Ope barbarica Tectis cœlatis, laqueatis, Auro, ebore instructam regifice.' Puteolanus emendavit *opes*. In editione principe *digna*. Brotier.—3 Vulgo *concilium*, quod Grotius recte monuit privatæ deliberationi non convenire. *Ryckius.*

1 Muretus legit *filiam*, quod sequor. *Ryckius.*

NOTÆ

doli ac versuti animi consilia per Parthum indicata Cæsari fama vulgavit, cujus mors intra paucos dies fortuita an voluntaria fuerit ignoro.' Ex eo Lollio dignitas et opes familiæ.

De hac Lollia sic Plin. IX. 35. 'Lolliam Paulinam, quæ fuit Caii principis matrona, ne serio quidem ac solenni cærimoniarum aliquo apparatu, sed mediocrium etiam sponsalium cœna, vidi smaragdis margaritisque opertam, alterno textu fulgentibus toto capite crinibus, spinis, auribus, collo, manibus digitisque: quæ summa quadringenties HS. colligebat: ipsa confestim parata nuncupationem talibus probare. Nec dona prodigi principis fuerant, sed avitæ opes, provinciarum scilicet spoliis partæ. Hic rapinarum exitus: hoc fuit quare M. Lollius infamatus regum muneribus in toto Oriente, interdicta amicitia a Caio Cæsare Augusti filio venenum biberet, ut neptis ejus quadringenties HS. operta spectaretur ad lucernas.' Sunt 1,000,000. coronati.

De qua sic etiam Suet. Claud. 25. 'Lolliam Paulinam C. Memmio consulari exercitus regenti nuptam, facta mentione aviæ ejus, ut quondam pulcherrimæ, subito ex provincia evocavit, ac perductam a marito, conjunxit sibi, brevique missam fecit, interdicto cujusquam in perpetuum coitu.'

[c] *M. Lollii consularis filiam*] Non prisci illius Lollii, qui moderator C. Cæsari datus, ne erres, sed filii ejus, qui tamen quando consul fuerit, ignoro. Tempora suadent, et clarissime Plinius IX. 35. qui hanc Lolliam Paulinam neptem illius veteris Lollii appellat. *Lipsius.*

[d] *Ælia Petina*] De qua Suet. Claud. 26. 'Uxores deinde duxit Plautiam Urgulanillam triumphali, et mox Æliam Petinam consulari patre. Cum utraque divortium fecit: sed cum Petina ex levibus offensis: cum Urgulanilla, ob libidinum probra et homi-

nem,'[e] (nam Antonia[f] ex Petina erat) 'nihil in Penatibus ejus novum,' disserebat, 'si sueta conjux rediret; haudquaquam novercalibus odiis usuram[2] in Britannicum et Octaviam, proxima suis pignora.'[g] Callistus 'improbatam longo discidio,[3] ac, si rursus assumeretur, eo ipso superbam: longeque rectius Lolliam induci, quando nullos liberos genuisset, vacuam æmulatione, et privignis parentis loco futuram.' At Pallas id maxime in Agrippina laudare, 'quod Germanici nepotem secum traheret, dignum prorsus Imperatoria fortuna, stirpem nobilem, et familiæ Claudiæ[h] quæ[4]

filia erat) sic nihil novum in ejus familia *fore*, si solita uxor revocaretur, eamque novercali ingenio nequaquam usuram in Britannicum et Octaviam, propinqua suis pignora. Contra *Callistus* disserebat, *Petinam*, contemtam diuturno repudio, et si rursus acciperetur, illam eo ipso fastu impotentem fore: et longe melius Lolliam assumi, *quæ* cum nullam prolem edidisset, expers invidiæ et privignis instar matris futura esset. *At Pallas id præcipue extollere in Agrippina*, quod secum adduceret nepotem Germanici, dignum plane principali fastigio, sobolem illustrem, *dignamque sic*, quæ genti Claudiæ

2 *Usura* Puteolanus et Recentiores, quos secutus est Brotier. In editione principe *visura Britannicum*. Mss. Harl. Bodl. et Jes. *usuram;* quod non displicet: sic enim variatur oratio. *Brotier.*—3 Sic dedimus pro *dissidio*, ut jam sæpe: et sic quoque habent Mss. Reg. et meus. *Ryckius.*—4 *Quæ* redundare opinabatur Muretus. Certe si vox illa abesset, citatior illustriorque foret oratio. Haud tamen vitiosa est. Frustra ergo multi hunc locum vexavere, quos inter Heinsius, qui ita emendabat, *stirpe nobilem* Agrippinam, *et familiæ Juliæ Claudiæque posteros conjungere*. Brotier. Valde sudant in loci hujus constitutione Interpretes. In Cod. meo a prima manu est, *dignam prorsus i. f.* scilicet Agrippinam: quod vehementer placet. Intempestive enim Pallas hoc de Nerone dixisset: neque enim tum vel per somnium cogitabat adhuc Claudius de Domitii adoptione. Reliqua verba ita legebat Nicolaus Heinsius: *stirpe nobilem* (Nerone Agrippinam) *et familiæ Juliæ Claudiæque*

NOTÆ

cidii suspicionem.'

[e] *Familiam communem*] Alii *filiam* volunt; attamen τὸ *familiam* tolerari potest; nam tum familia communis, cum sunt liberi communes, at Antoniam susceperat Claudius ex Petina.

[f] *Antonia*] De qua infra Tac. 'Antoniam quoque et Octaviam sorores ejus,' (Britannici nempe) 'attinuit,' nempe sub mortem Claudii, dum res successoris ordinarentur: sicque mansit Antonia in penatibus principis. Hæc desponsa fuerat Cn. Pompeio Magno, dein Fausto Syllæ; mox a Nerone occisa.

[g] *Proxima suis pignora*] Id est, proxima Antoniæ, et iis liberis quos ex futuro matrimonio suscipere posset Petina, et certe propiora ea pignora quam Nero, qui ex Domitio Ænobarbo et Agrippina genitus.

Alios liberos habuit ex Urgulanilla prima uxore, nempe Drusum et Claudium; sed Drusus pyro strangulatus periit, et Claudiam ex Botere liberto conceptam ad matris januam abjici nudam jussit. Sueton. 27.

[h] *Et familiæ Claudiæ*] Expedir

posteros conjungeret;[i] ne fœmina[5] expertæ fœcunditatis,[6 j] integra juventa, claritudinem Cæsarum aliam in domum ferret.'[7]

3. Prævaluere hæc, adjuta Agrippinæ illecebris, quæ,[1] ad eum, per speciem necessitudinis, crebro ventitando, pellicit patruum, ut prælata ceteris, et nondum uxor, potentia uxoria jam uteretur. Nam, ubi sui matrimonii certa fuit,

nepotes commisceret: *cavendumque*, ne mulier fœcundi uteri et florente ætate, nobilitatem Cæsarum in aliam familiam transferret.

Hæc præpolluere, incitantibus Agrippinæ blanditiis, quæ ad illum sæpius veniendo, prætextu propinquitatis, illicit patruum, ut anteposita ceteris, et nondum conjux, jam tamen potentiam conjugis seu Augustæ *haberet. Nam postquam suarum*

posteros conjungere: hoc est conjuncturam. Freinshemius sic ferme præiverat. Sed quominus additio de familia *Julia* placeat Æmiliæ Lepidæ faciunt liberi, Augusti abnepotes, tum adhuc superstites, item Rubellius Plautus Livia Drusi filia prognatus. Unde potius vulgata lectio in posterioribus verbis retinenda, legendusque totus locus: *Dignam prorsus imperatoria fortuna, stirpe nobilem, et familiæ Claudiæ quæ posteros conjungeret.* Cum enim Agrippina per patrem esset naturaliter ex gente Claudia, et ex hac nulla amplius superesset quam Claudii Imperatoris domus, non absurde Agrippinæ matrimonium *familiæ Claudiæ posteros conjuncturum* dicitur. *Ryckius.*—5 *Nec fœmina* Ms. Reg. postulatque narratio. Libri editi *ne.* Brotier. Homerus habet *nec.*—6 Editio princeps *experta fœcunditati. Experta* quoque in Mss. Harl. Bodl. et Jes. Unde forte hic legendum *experta fœcunditate.* Brotier. Edd. hactenus, *experta.* Quod Latinum quidem, ut *expertus belli:* sed respicit proprie experientiam, quam aliquis ipse habet rei alicujus. Hic vero de experientia, quam alii habebant de Agrippinæ fœcunditate, sermo est. Unde recte Muretus et Pichena judicarunt scribendum, *expertæ fœcunditatis;* quod cum viderem auctoritate Cod. mei approbari, recipere non dubitavi, *Ryckius.* —7 Amicus malebat: *inferret.* Idem.

1 *Quæ* abest a Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editionibus Puteolani et Beroaldi. Licet non valde arrideat, nolui tamen omittere, quod defendatur auctoritate multorum Mss. codicum et editionis principis aliarumque præ-

NOTÆ

sententia potest: tamen mavelim scribi, *et familiæ Claudiæ, quin posteros conjungeret:* ut quasi hortantis ea sint liberti. *Lipsius.*

Familiæ Claudiæ quæ posteros conjungeret] Hoc est, magnopere suadere, ut diductam nunc in duas domos primæ nobilitatis gentem revocaret in unam, et Claudii nominis posteros, seque et fratris nepotem, matre illius uxore ducta, penatibus consociaret.

Ne matrona felicis et probati uteri, ætate habili et indeflexa, conjugio suo quemcumque alium extolleret, ac nobilitaret. Sic infra cap. 20. 'quin arriperet oblata et servaret exulem.' *Gronov.*

i *Quæ posteros conjungeret*] Repete animo vocem *dignum*, quæ ad duo refertur, ut supra sæpe notavi; et sic intellige, non tamen lege, *dignum prorsus imperatoris fortuna, stirpem nobilem* et *dignam*, quæ familiæ Claudiæ posteros conjungeret.

j *Ne fœmina expertæ fœcunditatis*]

struere majora, nuptiasque Domitii, quem ex Cn. Ænobarbo[2] genuerat, et Octaviæ, Cæsaris filiæ, moliri: quod sine scelere perpetrari non poterat,[k] quia L. Silano desponderat[1] Octaviam Cæsar, juvenemque et alia[3] clarum,[m] insigni triumphalium[o] et gladiatorii muneris magnificentia, protulerat ad studia vulgi. Sed nihil arduum videbatur in animo principis, cui non judicium, non odium erat, nisi indita[4] et jussa.

nuptiarum secura fuit, jam moliri altiora cœpit, *et destinare matrimonium Domitii, quem ex Cn. Ænobarbo pepererat, et Octaviæ Claudio genitæ: quod sine crimine patrari nequibat, quia Cæsar desponderat Octaviam L. Silano, adolescentemque alioqui* stirpe *illustrem ad amorem favoremque populi provexerat, cum ipsi triumphi ornamenta et exhibendi gladiatorii certaminis facultatem concessisset. Sed nihil difficile videbatur in animo dominantis, cui nulla ratio aut prudentia, non inimicitia erat, nisi aliunde impressa, atque imperata.*

stantissimarum. *Brotier.*—2 *Ahenobardo* Brotier. et Homer.—3 Bene Mss. Flor. Vatic. Lipsius et recentiores. Haud ita eleganter in Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editionibus veteribus *alias.* Brotier.—4 Mallet Muretus *indicta.* Minime tamen spernendum *indita.* Idem.

NOTÆ

Vulgo *experta fœcunditatis.* Sic Tac. lib. IV. histor. 'Veterem expertumque belli:' mallem tamen, *expertæ fœcunditatis.* Pichena.

[k] *Quod sine scelere perpetrari non poterat*] Non in eo fuit scelus, quod sponsalia rescinderentur, seu affinitas dirimeretur, sed in eo, quod crimen et exitium Silano strui debuit, ut id fieri posset, prout tum res erant.

Nam jam ille destinatione gener principis, jam triumphalis juvenis, jam ob talem affinitatem gladiatorium munus exhibitum populo, tot sacramenta, tot vincula abrumpi non potuerunt sine scelere: nec potuit dirimi affinitas, quin simul struueretur crimen in Silanum, et ex crimine exitium.

Et hoc ipso, quod vel illi interdicta esset amicitia et domus principis, eo ipso mors ipsi demonstrabatur.

Et ulterius etiam provecta est delatoris sævitia: nam statim senatu et prætura deturbatur; et quid hoc vellet, Silanus intellexit, et ipse executus est *die nuptiarum.*

[1] *Desponderat*] Fallitur Clariss. Harlæus, qui vertit; Octaviam nupsisse jam L. Silano. Nam tantum desponsa erat.

[m] *Juvenemque et alia clarum*] Ita diserte Vatic. vereque. Transmarina forma sermonis est, νεανισκὸν τά τ' ἄλλα λαμπρὸν, crebrumque apud Latinos. *Homo cetera bonus*, et similia: in Agellio, 'Homo pleraque non indiligens.' *Lipsius.*

Alia] Forte pro, alioqui clarum; quasi diceret, *juvenem* esse, et præterea *clarum:* quod non dedecet principatum. *Juvenem* regem optat Plato; et laudat Tacitus alibi, in ipso Nerone.

[o] *Insigni triumphalium*] Sueton. Claud. 24. 'Triumphalia ornamenta Siano filiæ suæ sponso nondum puberi dedit.'

Insigni] Forte *insignia*, seu *per in-*

4. Igitur Vitellius, nomine Censoris[p] serviles fallacias obtegens,[q] ingruentiumque dominationum[r] provisor, quo gratiam Agrippinæ pararet, consiliis ejus implicari, serere[t] crimina in Silanum, cui sane decora et procax soror, Junia Calvina, haud multum ante Vitellii nurus fuerat.[s] Hinc

Itaque Vitellius, vocabulo Censoris turpes astutias occultans, et imminentium principum prævidens, ut amicitiam Agrippinæ sibi conciliaret, sociari ejus consiliis cœpit, et *moliri criminationes adversus Silanum, cui certe formosa et petulans soror, Junia Calvina, quæ non pridem antea Vitellii filio nupta erat. Hinc princi-*

1 Bene Puteolanus et recentiores. Ita quoque emendatum in Ms. Vatic.

NOTÆ

signia triumphalium.

p *Nomine Censoris*] Cujus fuit in matrimonia inquirere, et ad talia flagitia senatorum advertere. Unde infero, damnatum incesti Silanum, non tamen capite aut exilio multatum, sed fuisse tantum senatu pulsum et prætura ejectum, quod jus fuit Censoris. Sed infamiæ et dedecoris impatiens Silanus se ipse mox occidit. Sicque odio dominantium concitato, etiam Italia ejicitur soror ipsius Calvina, quæ mox perculsa Agrippina revocabitur a Nerone, vivetque extento ad Vespasianum ævo.

q *Serviles fallacias obtegens*] Dubitavi, num prisco verbo scripsisset, *serviles pellacias.* Apud Lucretium scriptum: 'Subdola cum ridet placidi pellacia ponti.' Et convenientior huic sententiæ visa ea vox. Non enim tam fraudes erant, quam adulationes humiles et demissæ, ad pelliciendam parandamque gratiam Agrippinæ, ut addicit noster. *Lipsius.*

Erant veræ *fallaciæ* illæ ad decipiendum senatum populumque Rom. et ipsum principem, ad eludendas priscas leges, ad nova nuptiarum monstra, seu incesta comminiscenda. Idque ut faveret Agrippinæ consiliis et artibus.

r *Ingruentiumque dominationum*] Vertit Clar. Harlæus, quasi proximorum dominantium consilia prævideret Vitellius. Hoc verum est, sed non id statim ex verbis Taciti exprimendum. Nam pleraque alia etiam simul prævidere potuit: præcise prævidebat tantum, quinam proxime vel cum Claudio, vel post Claudium imperaturi essent; et præcipue intelligit Agrippinam et Neronem ejus filium.

s *Vitellii nurus fuerat*] Vertunt, quasi Vitellius hinc initium et causam prætexuerit, accusandi Calvinam, quod paulo ante nurus sua fuisset, quod falsum puto. Causa et initium accusationis Vitellio fuit, quod *decora et procax soror*, quod vocaretur Juno a fratre Silano, quasi soror et conjux illius esset, quod stulte studeret, ut habet Seneca. Nam ut puto, non modo decora, sed elegantis et festivi ingenii fuit, quæ et ipsa esset, et haberet in se sola, quicquid Deabus Junoni et Veneri affixerunt veteres poëtæ.

Vitellii nurus] L. Vitellius habuit teste Sueton. duos filios superstites, 'quos ex Sextilia probatissima nec ignobili fœmina, editos, consules vidit:' at filius istius Lucii Vitellii, qui postea princeps, habuit tantum duas uxores, nempe 'Petroniam, consularis viri filiam,' et 'Galeriam Fundanam

initium accusationis:[t] fratrumque[2] non incestum,[u] sed in-

pium delationis; et fratris sororisque amorem non illicitum, sed incautum, ad igno-

1958. In Mss. et editione principe *ferre*. Brotier.—2 Sic Mss. Flor. Vatic. Reg. et editio princeps ceteræque optimæ. Puteolanus ut et multi Mss. *fratris*. Ryckii Cod. et Ms. Agr. *fraternum*. Frater de fratre ac sorore dici jam lexicographis aliisque multis ante nos observatum. *Idem*.

NOTÆ

prætorio patre.' Igitur Calvina hæc, vel fuit conjux alterius Vitellii, qui frater principis, et statim repudiata: (nam Tacito, 'haud multum ante Vitellii nurus:') vel forte uxor fuerat alius filii istius L. Vitellii, qui tum aut mox obiisset: nam ex verbis Suetonii c. 3. inferri potest, habuisse Vitellium istum, non tantum duos, sed plures filios: 'decessit paralysi altero die, quam correptus est, duobus filiis superstitibus, quos ex Sextilia,' &c.

[t] *Hinc initium accusationis*] Quia *decora* et *procax soror* Silano, et non pridem *Vitellio nurus fuerat*, hinc initium accusationis. Hinc ad infamiam trahit Vitellius fratrum amorem, non incestum certe, sed tamen incustoditum; et quasi verum esset crimen, accusat Silanum, eumque ejicit senatu, prætura, &c.

Hinc initium accusationis] Puto, hic errat interpres Gallicus, qui vertit, *hinc initium accusationis* sumsisse Vitellium, quod Junia paulo ante ipsius nurus fuisset. Initium seu prætextus accusationis in Silanum sumsit delator, quia ei 'decora et procax soror Junia Calvina.'

[u] *Fratrumque non incestum*] Sic Vatic. quod probo. Vulgo *fratris*. In reliqua scriptura pendeo animi. Vulgatam si ferimus, sententiam esse volo; tractum in crimen esse, non amorem incestum inter fratrem, sororemque, sed tantum incustoditum, id est, amorem parum cautum circumspectumque, et qui sine crimine, rapi tamen in crimen potuerit.

Simillimum illud Plinii e l. VI. epistolar. 'Tuitus sum Julium Bassum, ut incustoditum nimis et incautum, ita minime malum.' Si quid mutandum, legerem, *incustoditum sermonem*.

E Seneca certe clarum, non aliud vere objectum esse huic Silano, quam verba adversus sororem nuptialia, et parum cauta. Ait in Ludo de morte Claudii: 'Qui quantum quidem in ipso fuit, damnatum incesti L. Silanum generum suum occidit. Oro propter quid? Sororem suam festivissimam omnium puellarum, quam omnes Venerem vocarent, maluit Junonem vocare:' ita enim restitui eum locum nuper. *Lipsius*.

Fratrumque non incestum, sed incustoditum amorem] Recte omnino. Sic Seneca Medea: 'Ad regum thalamos;' id est, regis et puellæ regiæ. Dein idem, 'Sceptrigeris rite tonantibus,' hoc est, Jovi et Junoni.

Neque erat, cur penderet animi Lipsius, in tam commoda explicatione reliqui. Non fœdam et scelestam libidinem, sed simplicem nimis et incautam, eoque malignæ interpretationi obnoxiam consuetudinem et conversationem arripuit in crimen.

Apud Senecam in Ludo scribendum: 'Si mehercules a Saturno petisset hoc beneficium, cujus mensem toto anno celebravit, non tulisset illud. Nedum ab Jove, quem, quantum quidem in illo fuit, damnavit incesti. L. Silanum enim generum,' &c.

Eodem pertinet ibidem: 'unum

custoditum amorem ad infamiam traxit: et præbebat Cæsar aures, accipiendis adversum generum suspicionibus caritate

miniam vertebat: et princeps huic *aures accommodabat, amore filiæ pronior audien-*

NOTÆ

abnepotem L. Silanum. Videris, Jupiter, an in causa mala? certe in tua.' Vide quæ ibi notavi. *Gronovius.*

Recte *fratris.* Silanus enim tantum hic proprie arguebatur. Hic unus quærebatur in exitium et crimen, ut matrimonio Octaviæ deturbaretur, et eveheretur ejus loco Nero ad has nuptias, spe principatus. Junia non premebatur, nisi indirecte.

Non incestum] Non certe *incestus* ille amor, sed *incustoditus* tantum, non crimen revera fuit. Sed Vitellius *ad infamiam* trahebat, et verum crimen interpretabatur.

Et certe, quasi comperto scelere, statim movetur senatu Silanus, statim præturam ejurare cogitur. Statim damnatur a senatu, aut a principe in cubiculo, tanquam certo et comperto crimine.

Nam mox se occidit; statim et ipsa Calvina ejicitur in exilium, tanquam veri incesti rea.

Quæruntur etiam sacra et piacula procurando incesto ex veteri ritu et Pontificum libris; itaque illo crimine, tanquam certo, pereunt frater et soror.

Sed hic deridet Tacitus *censorem* Vitellium, qui delatorem ageret, non sine summo scelere; et innocentem pronuntiat L. Silanum, cum dicit illum amorem fratrum, *non incestum, sed incustoditum*, ad infamiam tractum esse a pessimo illo accusatore.

Non incestum] Quod ita capiendum puto, ut non staret per Vitellium accusatorem, quin incustoditum illum amorem ad incestum traheret, et infamiam majorem, quam revera fuit: et ille certe amicitiam fratris, non incautum, non incustoditum amorem appellabat, sed incestum, et ad infamiam certam trahebat, idque satis, ut senatu moveret illum, nuptiisque depelleret.

Incustoditum] Seneca dicit, vocasse Juniam sororem, non *Venerem*, sed *Junonem:* quo forte non amor, aut cupido incesta demonstrabatur; sed quia casta uxor *Juno*, et *Venus* impudica, sic vocare maluit.

Vel quia forte sibi spe quadam despondebat imperium ex matrimonio Octaviæ, Jovemque se destinabat.

Incustoditum amorem] Sunt fœminæ quæ procacitatem, lasciviam, delicias et majorem honesto cultum præ se ferunt, quæ tamen a crimine et flagitio procul absunt. Quintil. 'Si est signum adulteræ, lavari cum viris, erit et convivere cum adolescentibus, &c. illa ex impudicitia fluere viderentur.'

Hæc *impudica* videntur, cum tantum sint *incustodita:* id enim oriri potest ex genio præter modum læto, et munditiis gaudente, et tantum suspectato propter amœniorem cultum, cum mens tamen sit innoxia. Et hoc loco sic fuit: hanc enim sororem Silani vocat Seneca *festivissimam puellarum;* vocat *Junonem*, non *Venerem* frater.

Habes egregium exemplum apud Livium Vestalis, sic festivæ, quæ decentioris cultus accusata, tamen absoluta est.

Luc. IV. 44. 'Eodem anno Postumia virgo Vestalis de incestu causam dixit, crimine innoxia, ob suspicionem propter cultum amœniorem, ingeniumque liberius, quam virgines decet, parum abhorrens famam,' &c.

Teste Seneca, Silanus 'Maluit Ju-

filiæ promtior. At Silanus, insidiarum nescius, ac forte eo anno Prætor, repente per edictum Vitellii[v] ordine Senatorio movetur, quanquam lecto pridem Senatu,[w] lustroque condito.[x] Simul affinitatem Claudius diremit;[y] adactusque Silanus, ejurare magistratum,[z] et reliquus Præturæ dies[a] in Eprium Marcellum[b] collatus est.

dis adversus generum calumniis. At Silanus structæ in se fraudis ignarus, ac forte eo anno prætor, repente edicto Vitellii senatu pellitur, quamvis diu ante recensito senatu, et lustro completo: simulque Cæsar sponsalia rescidit, coactusque est Silanus abdicare se magistratu, et reliquum præturæ tempus Eprio Marcello concessum est.

NOTÆ

nonem vocare. Quare, inquit, queruntur sororem suam stulte studere. Athenis dimidium licet, Alexandriæ totum.'

Sic forte, quia Athenis ducere licuit sororem, non quidem uterinam, sed ex parte, ex dimidio; at Alexandriæ licuit uterinam sororem habere uxorem, et ex toto, plebi et regibus ipsis, apud quos societas tori regnique inter fratrem et sororem fuit.

[v] *Per edictum Vitellii*] Nam Censores edicta proponebant. Livius l. XLIII. 'Multis equos ademerunt, in ea re cum equestrem ordinem offendissent, flammam invidiæ adjecere edicto, quo edixerunt, ne quis eorum,' &c.

Plinius l. XIII. 3. 'Urbis anno 665. P. Licinium Crassum, L. Julium Cæsarem censores edixisse, ne quis venderet unguenta exotica.' Suetonius de Rhetorib. 'De iisdem interjecto tempore Cn. Domitius Ænobarbus et L. Licinius Crassus CENS. ita edixerunt.' De quo ante, 'item censorium edictum subjiciam.'

Ne quem frustretur, qui *edictum*, tacentibus aliis, explicat, esse album Censorium, cum Senatorum nominibus, quod postquam Augustus publicarit primus, ex eo *Edictum* sit appellatum. Nihil aliis cum senatoribus; hic solo cum Silano negotium in hoc edicto Vitellio fuit. *Gronovius.*

[w] *Lecto pridem Senatu*] Et in aliorum senatorum album ascripto, lecto, approbatoque ipso Silano.

[x] *Lustroque condito*] Ideoque insolens illud Vitellii. Nam lecto senatu, et lustro semel condito, nemo patrum notari, nemo pelli senatu debuit, nisi sub novis censoribus, post aliud quinquennium, nisi forte in atroci crimine et comperto.

[y] *Affinitatem Claudius diremit*] Idque pro more veteri: cujus magis historicus aut histrio Claudius, quam verus assertor.

Affinitatem diremit] Sic et vetere Repub. sed prudentius. Val. l. VIII. 1. 'Quintus Maximus cum generum suum A. Attilium Calatinum periclitantem in judicio videret, affirmavit, se si in eo crimine sontem comperisset, diremturum affinitatem.' Nempe, ne probrum et dedecus familiæ inveherent tali affinitate.

[z] *Ejurare magistratum*] Quia nempe ex veteri more non potuit in jus trahi, et damnari, qui magistratum populi Rom. obtineret, nisi tempus constitutum implevisset, aut ejurasset.

Et in crimine privato expectabant finem magistratus; in crimine majes-

5. C. Pompeio, Q. Verannio Coss. pactum inter Claudium et Agrippinam matrimonium jam fama,[c] jam amore illicito firmabatur: nec dum celebrare solennia nuptiarum audebant, nullo exemplo deductæ[1] in domum patrui fratris filiæ.[1] Quin et incestum,[d] ac si sperneretur, ne in ma-

C. Pompeio Q. Veranio consulibus pactæ inter Claudium et Agrippinam nuptiæ; jam stabiliebantur et rumore, et amore incesto. Necdum tamen *solenni ritu celebrare matrimonium audebant, cum nullum* hactenus *exemplum* haberetur ullius *patrui, qui fratris filiam uxorem duxisset. Quin et formidabatur incestus, ac si*

1 Lipsius e Ms. Farnes. Sic et Flor. In Ms. Vatican. 1864. *deducte.* Ceteri Mss. et editiones veteres *deducta* . . . . . *filia.*

NOTÆ

tatis forte non item. In crimine Silani *violatæ religiones;* forte ad majestatem pertinere videbantur.

Ejurare magistratum] Hoc est, abdicare se magistratu. Et tum frangebantur fasces, teste Dione l. LIX. ‘ Magistratu detrusit, fractis ante fascibus.’ Nam prætor habuit sex fasces.

[a] *Reliquus Præturæ dies*] Nempe dies tum pauci quidam supererant. Ejuravit Silanus ad IV. Kal. Jan. sed plusquam satis tali homini nomen dignitatis, et ornamenta prætoria.

[b] *In Eprium Marcellum*] Et hæc nova criminum seges: nam pessimus ille delator evasit, sub Nerone, et sequentibus dominationibus, in optimorum civium, Patrumque et ipsius Reipub. exitium.

[c] *Jam fama*] Distinguunt libri mei, *matrimonium, jam fama.* Et recte; quoniam ante istos consules matrimonium pactum. Supra enim scriptum: ‘ quæ postquam matrimonii sui certa fuit.’ Statim etiam e Farnes. scripseris, *deductæ in domum patrui fratris filiæ.* Lipsius.

[d] *Quin et incestum*] Sententiam loci censeo: fruebantur quidem matrimonii bonis Claudius et Agrippina: at non securi; quia et incestum subesse videbatur, nondum firmatis ejusmodi nuptiis; et periculum, ne populus, ab exemplo, passim talia usurparet, publico malo.

Quin et incestum ac si sperneretur] Duas causas affert, cur matrimonium jam pactum nondum auderent celebrare: primum, ne princeps sine exemplo incestas nuptias faceret: alterum, ne exemplum daret aliis, idem facturis, malo publico.

Itaque legerim: *Quin et incestui via si sterneretur, ne in malum publicum erumperet, metuebatur.* Mercerus.

Sententiam loci censeo: fruebantur quidem matrimonii bonis Claudius et Agrippina: at non securi, quia et incestum subesse videbatur, nondum firmatis ejusmodi nuptiis, et periculum iræ cœlestis ob tam insigne flagitium: non enim metuebant, ne populus ab hoc exemplo usurparet, nec in malum publicum id erupturum credebant.

Nec enim postea tale Senatusconsultum fecissent. Sed Deos verebantur: eos enim incestu offendi crediderunt, quod satis patet ex auctore nostro, infra XII. 8. ubi ‘ sacra ex legibus Tulli regis, piaculaque apud lucum Dianæ per Pontifices danda,’ procurando incestui Claudius hic

lum publicum erumperet,[e] metuebatur.[f] Nec ante omis-

contemneretur, timebant, *ne in exitium Reipub. exiret: nec prius cunctari desie-*

NOTÆ

suasit. *Freinshemius.*

Quin et incestum] Nondum 'celebrare solennia nuptiarum audebant, nullo exemplo.' Quin et tales nuptias celebrando, metuebant incestum perpetrare. Ac si tale flagitium *sperneretur*, id est, si perpetraretur *incestum*, metuebant, ne tale facinus principis in malum aliquod publicum erumperet.

Potuerunt igitur metuere, non modo iram ex cœlestibus, quia nempe olim talia flagitia summa religione procurabantur, veluti prodigia monstraque, sed etiam ex hominibus timere poterant malum aliquod publicum. Habes simile incesti exemplum, et similis metus in Nerone.

Infra l. XIV. 2. 'Tradit Cluvius ardore retinendæ Agrippinam potentiæ eo usque provectam, ut medio diei, cum id temporis Nero per vinum et epulas incalesceret, offerret se sæpius temulento comtam, et incesto paratam, &c. pervulgatum esse incestum gloriante matre, nec toleraturos milites profani principis imperium.'

Similem aliquam perniciem metuebant Claudius et Agrippina; et certe si non invisæ et ingratæ primoribus adulatorum hæ nuptiæ fuerunt, certe optimæ et integræ parti plebis et procerum, ut puto, non admodum placuere; adeo pauci reperti sunt, qui tales nuptias æmularentur, etiam ævo corruptissimo.

Non autem metuebant, ut volunt interpretes, ne alii idem flagitium auderent, immo ad sui exemplum alios impulere gratia et auctoritate, et decreto in id facto.

Infra: 'decretum postulat quo justæ inter patruos fratrumque filias nuptiæ etiam in posterum statuerentur. Neque tamen repertus est, nisi unus talis matrimonii cupitor, &c. quem plerique Agrippinæ gratia impulsum ferebant.'

[e] *Ne in malum publicum erumperet*] Vertunt, ne Dii talem incestum clade Reipub. vindicarent. Certe puto, neque metuebant ultores Deos, neque perniciem Reipub. nam pactum jam firmatumque matrimonium amore incesto; sed palam celebrare tales nuptias nondum audebant, timebant potius populum vindicem, et forte milites, ne principem profanum horrerent.

Vel ne eo exemplo incestum sperneretur, et in id vel in pejus prorumperent cives; sicque spretis legibus res in malum publicum abiret: nam licet nullæ leges sanctæ id prohiberent, tamen verecundia naturæ ac sanguinis, et quia nunquam tale quid usurpatum fuerat, id certe pro summa lege fuit.

Aut forte indefinite id intelligendum, ne quid malum in publicum oriretur ex hoc incesto, ne ipsos horreret populus, ne quis motus in ipsos propterea oriretur.

Ne in malum publicum erumperet] Brevior est hoc loco Tacitus, quam ut mens ejus satis præcise capi possit.

Forte metuebant Deos ultores talis incesti, ne malum ideo immitterent Reipub. vel in ipsosmet dominantes, quod idem est: nam *easdem rationes* illi *habent cum Republica.* Supra Tac. 'ita nati estis, ut vestra bona malaque ad Rempub. pertineant.'

Vel etiam metuebant senatum populumque Rom. ne tales nuptias exhorrerent, spernerentque auctores et

sa cunctatio, quam Vitellius suis artibus id perpetrandum sumsit. Percunctatusque Cæsarem, ‘ an jussis Populi an auctoritati Senatus cederet?’ ubi ille, ‘ unum se civium et consensui[2] imparem,’[g] respondit, ‘ opperiri intra palatium’

runt, quam Vitellius suis consiliis id peragendum suscepit. Et cum rogasset Cæsarem, an populi imperiis, an auctoritati Patrum pareret? *postquam ille subjecit,* se unum civium, et *universorum ordinum* consensui resistere non posse, *eum*

2 Ms. et Puteolanus *consensu.* Copulam *et* deletam immerito vult Lipsius. *Brotier.* Cod. meus: *unum se et civium consensui imparem.* Quod magis placet. Etsi enim Princeps sub genere *civium* comprehendatur, non tamen est *unus civium:* nisi forte sic dixit Claudius. Nicolaus Heinsius, *unum se tot*

NOTÆ

ipsos imperitantes, tanquam incestos et profanos; quod maxime metuendum principi, ut patet infra de incesto Neronis.

In eum sensum nos trahit, id quod sequitur de Vitellio, qui metum ex populo et cunctationem omnem abrumpit hac arte, ‘ percunctatusque Cæsarem, an jussis populi, an auctoritati senatus cederet,’ &c.

Igitur huic cunctationi principum præcipue occurrit Vitellius, advolat in senatum, cui suadet pro virili, ut approbet matrimonium, quasi e Rep. esset, quasi *summa rerum* ageretur, et statim universo huic civium consensui cedit Claudius. Itaque potissimum id metuebant dominantes, quamvis etiam alia mala ex monstrosis illis nuptiis advertere et metuere possent.

Nam hoc quasi monstrum ea ætate procurari debuit. Nec *malum* unum et simplex, sed multa erigit capita, et invadit, qua parte non providetur; nec etiam unum quid nobis cogitandum objicit hoc loco Tacitus.

[f] *Metuebatur*] Forte magis metuebant infamiam ex tali incesto, quam ipsum incestum: et sic *erumpere in damnum publicum* potuit, si populus dominantes, ut incestos et profanos, exhorruisset.

Quod metuebant evenit, sed non qua ratione metuebant. Nam ex incestis his nuptiis veneficium, parricidium, et adoptio Neronis, omni parricidio exitiabilior.

Et hanc *incesti* infamiam veritus præcipue Nero, statuit propterea matrem amovere, dein et occidere, illamque e medio tollere, ne suspectaretur in ipsa.

Tac. ibidem: ‘ Igitur Nero vitare secretos ejus congressus, &c. postremo ubicumque haberetur, prægravem ratus, interficere constituit: hactenus consultans veneno, an ferro, an qua alia vi.’

[g] *Et consensui imparem*] Aptius ad quæsita Vitellii Claudius non potuit respondere. Is dixerat imperatori: Populus vult, senatus postulat nuptias tuas cum Agrippina: consensumne tuorum civium nihili facies? Ad quæ Claudius, se esse unum ex civibus, et eorum consensui obsecuturum.

Nec fefellere usquequaque Vitellii promissa, licet is Claudium palpo percuteret. Ecce senatores: ‘ haud defuere qui certatim, si cunctaretur Cæsar, vi acturos testificantes erumperent curia.’ Ecce populum: ‘ con-

jubet: ipse curiam ingreditur,[h] summamque Remp.[3] agi obtestans, veniam dicendi[i] ante alios exposcit, orditurque: 'Gravissimos Principis labores, quis orbem terræ capessat, egere adminiculis, ut domestica cura vacuus, in commune consulat. Quod porro honestius Censoriæ mentis[4] levamen,[j]

expectare intra domum *jubet* Vitellius; *qui et senatum intrat, ac de summa rerum agi testatus, facultatem censendi ante alios efflagitat, disseritque:* Maximas Cæsaris curas, quibus orbem universum regat, opus adjumentis habere, ut domestica solicitudine immunis, Reip. provideat. Ceterum, quod honestius

civium consensui imparem: veram scripturam opinabatur. *Ryckius.*—3 Sic Ms. Flor. Lipsius et recentiores. Alii *reipublicæ.* Latine utrumque. *Brotier.*—4 Male quidam tentant *Cæsareæ mentis.* Idem.

NOTÆ

globatur promiscua multitudo, populumque Romanum eadem rogare clamitat.' *Salinerius.*

[h] *Curiam ingreditur*] Sueton. Claud. 26. Claudius 'suborauavit proximo senatu qui censeret, cogendum se ad ducendam eam uxorem, quasi Reipub. maxime interesset, dandamque ceteris veniam talium conjugiorum, quæ ad id tempus incesta habebantur.'

[i] *Veniam dicendi*] Potuit quilibet senator loco sententiæ promere quicquid e Repub. esse censeret; dein rem consul referebat ad Patres; et ea de re sententiis prolatis, senatusconsultum fiebat. Rei tamen propositæ nulla ratio habita, nisi retulissent consules; quod quandoque abnuebant.

Veniam dicendi ante alios] Quia consularis, quia Censor et Collega Cæsaris; et sic quasi princeps senatus; et præsertim quia de summa Reipub. disserebat, et quia in flagrantissima gratia dominantium fuit Vitellius.

[j] *Quod porro honestius censoriæ mentis levamen*] Immo *censoriæ*, non *Cæsareæ*, ut volunt. Nam censorum erat, exigere matrimonia. Censor adigebat solenne jusjurandum: 'Tu ex animi tui sententia uxorem habes?' teste Gellio IV. 20.

Huc pertinet oratio Q. Cæcilii Metelli Numidici, 'quam in censura dixit ad populum de ducendis uxoribus,' ut est apud eundem I. 6. vel 'de prole augenda,' ut inscribit Suetonius, qui et Augustum eam senatui recitasse, et populo per edictum notam fecisse, scribit c. 89.

Itaque censor uxore legibus ducenda exemplum salubre prodebat populo. Claudius autem tum non modo nomen et potestatem censoris usurpavit, sed certe *censor* fuit, et post longum intervallum, Augusto antea et aliis magisterio morum contentis. Sueton. c. 16. 'Gessit et censuram intermissam diu post Paulum Plancumque censores.'

Quod honestius levamen ei, qui non nomen modo Censoris munus et officium, sed et mentem castam illam, sanctam, integram, dignamque censore unico et morum custode, præstaret? *Gronovius.*

Censoriæ mentis] Vel quia princeps ipse censor; et censoris est, non modo sua, sed et aliorum civium matrimonia ad normam exigere: vel generice sumi potest hoc sensu; quod

quam assumere conjugem, prosperis dubiisque sociam: cui cogitationes intimas, cui parvos liberos tradat, non luxui aut voluptatibus assuefactus, sed qui prima ab juventa legibus obtemperavisset.'

6. Postquam hæc favorabili oratione præmisit, multaque Patrum assentatio sequebatur; capto rursus initio, 'Quando maritandum Principem cuncti suaderent, deligi oportere fœminam nobilitate, puerperiis,[1] sanctimonia insignem.[m]

solatium animi censorii, quam accipere uxorem rerum secundarum adversarumque participem? cui consilia secretiora, cui parvos filios committat, non luxuriæ aut libidinibus assuetus, sed qui jam ab adolescentia legibus obedivisset.

Postquam hæc faventibus animis præmissa, et plurima patrum assentatione excepta sunt, sic rursus orditur; Quandoquidem omnes censerent, uxorem ducendam principi, eligi debere mulierem, quæ claritudine stirpis, experta fœcun-

NOTÆ

porro honestius levamen mentis severæ, castæ, sanctæ, et qualem habere decet censorem generis humani, censorem urbis et orbis?

Vel quia nullas ipse voluptates nisi legitimas, aut ex præscripto legum, nulla nisi sua matrimonia expertus esset, vel quia *marium omnino expers.*

Censoriæ] Sic, quia censoris fuit advertere, an ceteri civium matrimonia celebrarent, et an rite ducerent uxores, et *ex animi sententia* haberent illas; ideoque tanto magis censor ipse uxorem legitimam habere debuit, et legibus parere, qui leges exigebat.

[1] *Puerperiis*] Quam melius fuisset illi, et toti generi humano, si nunquam peperisset? Sueton. Ner. 6. 'Præsagio fuit etiam Domitii patris vox, inter gratulationes amicorum, negantis, quicquam ex se et Agrippina, nisi detestabile, et malo publico nasci potuisse.'

Et Plin. l. VII. 8. 'In pedes procedere nascentem, contra naturam est: quo argumento eos appellavere Agrippas, ut ægre partos, &c. Neronem quoque, paulo ante principem, et toto principatu suo hostem generis humani, pedibus genitum parens ejus scribit Agrippina.'

Et ideo sibique et aliis infauste genitus putabatur: et omnes Agrippas miserrimos fuisse scribit Plinius, etiam et ipsum M. Agrippam, qui felicissimus in speciem videbatur. De Postumo quid attinet dicere, qui stolidus, abdicatus a patre, et in insula clausus atque occisus est?

[m] *Sanctimonia insignem*] Ut soror, ut Juno, quæ vixit infœdissimo Caii fratris contubernio, ut quæ mox exoletis ejus objecta, quæ a Lepido corrupta spe dominationis, quæ stupris et adulteriis demeruit Pallantem, ut incestis nuptiis patrui Claudii se polluere tandem posset.

Sanctimonia] Id falsissimum, et dignum ore impudico Vitellii: nam teste Sueton. Caius cum omnibus sororibus stupri consuetudinem habuit. Et Tacit. XIV. 3. 'Puellaribus annis stuprum cum Lepido spe dominationis admiserat, pari cupidine ad libita Pallantis provoluta.' Etiam forte ante incestas nuptias cum patruo Claudio.

Sanctimonia] Deridet senatum, illu-

Nec diu anquirendum,[1] quin Agrippina claritudine generis anteiret: datum ab ea fœcunditatis experimentum:[n] et congruere artes honestas.[o] Id vero egregium, quod, provisu Deum, vidua jungeretur[p] Principi, sua tantum matrimonia

ditate, et castimonia anteiret. Nec diu quærendum, *aut dubitandum*, quin Agrippina nobilitate familiæ præcelleret: eam puerperiis insignem, et convenire egregias artes. Et illud eximium *esse*, quod providentia numinum, vidua nuberet Cæsari, qui suas tantum uxores habuerit: accepisse a patri-

1 Sic Pichena ex Ms. Flor. et recentiores. In Mss. Vatic. Harl. Bodl. Jes. ex editionibus veteribus, *inquirendum*.

NOTÆ

ditque impudenter Vitellius conscientiæ populi Rom. qui stupro illigatam sciebat Agrippinam cum Lepido, et cum ipso fratre Caio, et Pallante liberto; non dicam cum Seneca, ut Dio, sed cum Tigellino. Adulatur ille delator dominaturæ fœminæ, quod facile homini, et quasi innatum fuit.

n *Fœcunditatis*] Hoc verum de primo ejus matrimonio cum Domitio Ænobarbo, sed in exitium generis humani. Et vere Domitius, eum ei suscepisse filium nuntiaretur, amicis dixit, ex Agrippina et ex se nihil boni nasci posse.

At cum secundo marito Passieno, neque cum tertio, Claudio nempe, nullum ipsa fœcunditatis experimentum dedit: longe felicius et ipsi et Reipub. fuerit, si nunquam genuisset.

Fœcunditatis experimentum] Quia ex Domitio Neronem suscepit. Nam ex Crispo Passieno bis consule, cui secundo nupsit, nullos genuit liberos. Colligitur ex Sueton. Ner. 6. ‘ Crispi Passieni vitrici sui hæreditate ditatus est,’ Nero nempe.

Quod non fieret, si Passieno liberi fuissent: illam haud dubie successionem captarat ingenio muliebri Agrippina, eamque obtinuerat filio suo Neroni, ut postea principatum a Claudio. Et postquam testamentum et opes demeruerat, bonum virum veneno interfecit proba fœmina.

o *Artes honestas*] Intellige doctrinam, eloquentiam, comitatem, prudentiam rerum, ceterasque eximias artes, quibus excolebantur ingenia splendidarum mulierum eo ævo. Nam et elegantibus commentariis suos suorumque casus descripserat Agrippina, qui commentarii laudantur ab ipso Tacito.

p *Vidua jungeretur*] Vidua erat Agrippina, mortuo, sub initia imperii Claudiani, Crispo Passieno, cui post Domitium nupserat. Plinius l. XVI. ‘ Arborem mori eximiam ætate nostra adamavit Passienus Crispus bis consul, orator, Agrippinæ matrimonio et Nerone privigno clarus.’

Sueton. Nerone: ‘ Verum Claudio imperium adepto, non solum paternas opes recuperavit, sed et Crispi Passieni vitrici sui hæreditate ditatus est.’ Tamen idem ille Passienus antea maritus Domitiæ sororis Ænobarbi.

Quod ex Quintiliano colligas l. VI. c. 11. Apud Senecam de hoc eodem l. IV. Natur. Quæst. initio: ‘ Crispus Passienus, quo nil novi acutius in omnibus rebus, maxime in distinguendis (omnino scrib. *distringendis*) et curandis vitiis, sæpe dicebat, adulationi opus esse, non claudere ostium,

experto.[q] Audivisse a parentibus, vidisse ipsos,[r] arripi conjuges ad libita Cæsarum:[s] procul id a præsenti modestia.

us, conspexisse ipsos, abduci uxores ad libidinem principum; longe differre

NOTÆ

sed aperire, et quidem sic quemadmodum amicæ solet: quæ si impulit, grata est: gratior, si effregerit.'

Iterum scribe, *sed operire;* id est, leviter obducere, opponere ostium: ne pereat dicto sua Venus. *Lipsius.*

Vidua jungeretur] Patefacta nuptiis domo, ne opus esset abducere eam a marito: quod prius Augustus atque Caligula, et deinde Nero fecerunt. Quo etiam pertinere arbitror, quæ statim sequuntur: 'Statueretur immo documentum, quo uxorem imperator acciperet,' non raperet; eoque sensu defendi potest ista oratio: nec opus est, ut pro, *quo uxorem*, legas, *quo modo uxorem:* quod putabat vir doctissimus. *Freinshemius.*

Vidua] Nempe Crispi Passieni, de quo sic scholiastes vetus Juvenalis curiose retulit ad versum Sat. IV. 'venit et Crispi jucunda senectus.' 'Crispus,' inquit, 'municeps Viselliensis tirocinio suo in senatu ita cœpit: Patres Conscripti, et tu Cæsar: propter quod simul oratione,' (malim orationem, ut duplex causa laudis fuerit, et libertas et eloquentia) 'plenissime a Tiberio collaudatus, plurimas sponte causas apud C. V. egit; pro qua re in Basilica Julia, ejus statua posita est. Consulatus duos gessit. Uxores habuit duas, primam Domitiam, deinde Agrippinam, illam amitam, hanc matrem Neronis Cæsaris. Possedit bis mille sestertia;' scribo, *bis millies sertertium:* quia homo prædives, et Suetonius ait, Neronem hæreditate ejus ditatum, 'omnium principum gratiam appetivit, sed præcipue Cæsaris, quem iter facientem secutus est pedibus. Hic, nullo audiente, a Caio interrogatus, haberetne, sicut ipse, cum sorore germana consuetudinem? Nondum, inquit, quantumvis decenter et caute, ne aut negans, eum argueret, aut assentiens, semet mendacio dehonestaret. Periit per fraudem Agrippinæ, quam hæredem reliquerat, et funere publico elatus est.'

Scita narratiuncula, quam scholiastes refert ad *Crispum*, qui sub Domitiano. Atqui *Vibius* ille nomine fuit: nec quadrant hæc in eum, re aut ævo, quæ hic dicta.

De morte autem hominis, quod Hieronimus ecce Chronico eam principe Caligula ponit, anno ejus secundo: 'Passienus filius, fraude hæredis suæ necatur:' sane falsum est. Constat enim, sub initia Claudii obiisse, ex Suetonii Nerone capite 6.

Agrippina illi hæres, 'et per ejus fraudem,' ut diserte in scholiastæ extremis hic verbis legis, periit.

[q] *Sua tantum matrimonia experto*] Quia nempe alienas uxores nunquam rapuerat, aut abduxerat, ut Augustus; et præcipue Caligula, qui nunquam duxit, sed abduxit fœminas: *matrimonium* et *uxor* pro eodem est.

[r] *Vidisse ipsos*] Principe Caio. *Lipsius.*

[s] *Ad libita Cæsarum*] Forte Augustum ipsum intelligit, sed præsertim C. Caligulam, de quo Suet. Calig. XXV. 'Liviam Orestillam C. Pisoni nubentem, cum ad officium et ipse venisset, ad se deduci imperavit, intraque paucos dies repudiatam biennio post relegavit, quod repetisse usum prioris mariti tempore medio videbatur. Alii tradunt, adhibitum

Statueretur immo documentum, quo uxorem[t] Imperator ac-

id a præsenti abstinentia: institueretur immo exemplum, quo conjugem

NOTÆ

cœnæ nuptiali, mandasse ad Pisonem contra accumbentem, noli uxorem meam premere, statimque e convivio abduxisse eam secum, et proximo die edixisse, matrimonium sibi repertum exemplo Romuli et Augusti.'

Sic et Lolliam Paulinam evocatam ac perductam a marito sibi conjunxit; sic et Cæsoniam ex alio viro trium filiarum matrem.

Aliena matrimonia pari licentia polluit. Suet. Cal. 36. 'Super sororum incesta, et notissimum prostitutæ Pyrallidis amorem, non temere ulla illustriore fœmina abstinuit: quas plerumque cum maritis ad cœnam vocatas, præterque pedes suos transeuntes, diligenter ac lente, mercantium more, considerabat; etiam faciem manu allevans, si quæ pudore demitterent. Quoties deinde libuisset, egressus triclinio, cum maxime placitam sevocasset, paulo post recentibus adhuc lasciviæ notis reversus, vel laudabat palam, vel vituperabat, singula enumerans bona malave corporis, atque concubitus.'

Sic et Seneca: 'Asiaticum Valerium in primis amicis habebat, ferocem virum, et vix æquo animo alienas contumelias laturum: huic in convivio, id est, in concione, voce clarissima, qualis in concubitu esset uxor ejus, objecit.'

[t] *Documentum, quo uxorem*] Nugax oratio: quid enim? non antea imperatoribus semper uxor? semper. Quid ergo opus ei rei documento? Tu corrige, *quomodo uxorem.* Lipsius.

Recte *documentum quo;* nempe, quod documentum secuti et æmulati principes; alii uxorem ducerent, acciperent, non abducerent.

Documentum, quo] Forte supplendum hic: *statueretur immo documentum, quo uxorem imperator* fratris filiam *acciperet:* at si nihil supplendum, ut quidem existimo, sic intelligi possit: non tamen legi, ut vult Lipsius. Statueretur documentum, quomodo, non tamen qualem, uxorem imperator acciperet.

Vel sic, fieret senatusconsultum, juxta cujus præscriptum, imperator posset etiam ducere fratris filiam, si liberet, vel conduceret.

Nam infra: 'Morem accommodari, prout conducat,' quod idem fere est, ac pro libito principis; 'et fore hoc quoque in his quæ mox usurpentur:' et infra; 'Decretum postulat, quo justæ inter patruos fratrumque filias nuptiæ, etiam in posterum statuerentur.' *Quo,* id est, juxta quod, seu cujus ex præscripto, uxorem princeps acciperet.

Forte tamen id generice intelligendum. Statueretur immo documentum, seu decretum, quo princeps uxorem ducere teneretur, non definiendo, quam uxorem, neque qua ratione, sed tantum, uxorem ducere adigeretur, ne, nempe, alienas raperet.

Quo uxorem Imperator.... acciperet] Est vis quædam in verbo *acciperet,* respondens ad id quod supra dixit, *arripi conjuges:* sicuti lib. II. 'tracturum conjuges:' et hist. III. 'dum quæ accipi poterant, rapiuntur.' Ait igitur: documentum hoc aliis principibus erit, quo documento uxores accipiant, non arripiant. *Pichena.*

Documentum, quo] Alii, *quomodo;* sed non is genius Taciti, ut ad nostrum palatum sapiat, aut loquatur: hunc sensum esse puto: 'Statueretur immo documentum, quo uxorem

ciperet.[2] At enim, nova[u] nobis in fratrum filias conjugia: princeps assumeret. Verum *objiciunt*, nova *esse* nobis matrimonia filiarum

2 In Ms. Flor. lacuna est inter *Imperator* et *acciperet*. Forte quod olim scriptum *quo uxorem Imperator fratris filiam acciperet*. Mox enim cap. seq. Claudius 'senatum ingressus, decretum postulat, quo justæ inter patruos fratrumque filias nuptiæ.... statuerentur.' Conjectabat Lipsius, *quomodo uxorem*. Brotier. *Statueretur immo documentum, quo uxorem Imperator acciperet*. Ita Reg. et meus: sine ulla lacunæ suspicione, quam quatuor aut quinque literarum post τὸ *Imperator* hærere in Cod. Flor. testatur Pichena. Qui tamen vulgatam utcumque tolerari posse putat, hujusque sententiæ approbatorem habet Freinshemium. Sed cum *documentum* proprie sit exemplum vel præceptum ad imitandum, non videtur vulgata lectio stare posse: neque enim hoc matrimonium ipsi, qui primum illud contraxit exemplo esse potuit, sed aliis post hunc Principibus, uxores quæsituris futurum erat. Unde cum

NOTÆ

imperator' non abduceret, non raperet, sed acciperet.

Nam certe Augustus Liviam abduxit, Tiberius rapuit, Caius utroque pejor, et rapuit, et abduxit: 'at procul id a præsenti modestia,' qua Claudius uxores accepit. Firmat Vitellius de Claudii modestia, quod 'non luxui aut voluptatibus assuefactus, sed qui prima ab juventa legibus obtemperavisset;' quod 'sua tantum matrimonia expertus' esset.

Nullumque adhuc talis modestiæ documentum fuerat in Cæsarum domo; hinc mox jocus apud Suet. Domit. 10. 'Interemit Ælium Lamiam ob suspiciosos quidem, verum et veteres et innoxios, jocos: quod post abductam uxorem laudanti vocem suam, heu taceo, dixerat: quodque Tito hortanti se ad alterum matrimonium, responderat; μὴ καὶ σὺ γαμῆσαι θελεῖς;' id est, 'Num et tu vis habere uxorem?' abducendo nempe.

Documentum, quo] *Quo*, non *quomodo*: et documentum illud non idem præcise est cum decreto Patrum, quod infra postulat Claudius: quod ad fratrum filias restringitur, loquitur nunc in genere Vitellius.

Nec certe statuissent Patres documentum, quo principes omnes ducerent fratrum filias: non modum præscriberent ipsi *principali* matrimonio. Vult tantum Vitellius, statui documentum indefinite, quo nempe principes ducerent potius uxores, quam abducerent.

Dicit; 'vidisse ipsos, arripi conjuges ad libita Cæsarum;' potius, inquit, statuatur documentum, quo uxorem accipiat imperator, non rapiat; indicant tamen lacunam fuisse in Ms. Florent. sic, *quo uxorem impèrator ..... acciperet;* quasi in lacuna ea esse debuerit, *frqtris filiam:* quod tamen *documentum* ineptum putarem.

Nec certe illud mox postulant principi soli, sed omnibus civibus; et lacunæ illæ mihi quandoque suspectæ: quære adhuc mecum, multa perrumpit labor improbus.

Quo uxorem Imperator] Non aliud hic intellige, quam quod habetur supra; 'quando maritandum principem cuncti suaderent;' itaque statueretur *documentum, quo uxorem* princeps acciperet, *duceret*, non *abduceret*.

[u] *At enim, nova*] In concionibus, rem breviter et abrupte exequitur Tacitus; hæc omnia pendent ex illo verbo, *orditurque;* nempe gravissimos principis labores egere *adminiculis*,

sed aliis gentibus solennia,[v] nec lege ulla prohibita: et sobrinarum[w] diu ignorata tempore addito percrebuisse:[x] mo-

fratris: sed *hæc* aliis nationibus usurpata *constat*, nec ulla lege *apud nos* vetita; etiam sobrinarum diu incognita, serie temporis invaluisse; *legem, seu*

Lipsio pro, *quo*, existimo *quomodo* rescribendum: in quam sententiam jam ante commeavit J. F. Gronovius. *Ryckius.*

NOTÆ

&c. deligi oportere fœminam, &c.

Mox: 'at enim, nova nobis in fratrum filias conjugia' esse; supple, *orditur*, seu disserit: concessio est, quasi diceret, esto sint *nova* illa Romanis *conjugia*; attamen *aliis gentibus solennia sunt, nec ulla lege prohibita*, etiam apud Romanos.

[v] *Aliis gentibus solennia*] Anaxandrides enim legitur sororis filiam duxisse, ex quo Doryeum, Leonidam, et Cleombrotum sustulit, cum id apud Græcos liceret. *Vertranius.*

Aliis gentibus solennia] Athenis id placuit, testis Isæus et in Lysiæ vita Plutarchus; etiam et apud Hebræos. Talem namque Abrahamo Saram fuisse Josephus putat: post datam legem, etiam Herodes fratris sui filiam duxit, et suam filiam fratri Pherotæ despondit.

Phineo patruo promissa Andromede. Ovid. Metamorph. l. v. Id permisit Claudius, vetuit Nerva, dein rursus permisit Heraclius. Non dubito, quin apud Ægyptios id licitum fuerit, ubi et sororem Reges duxere.

[w] *Sobrinarum*] Sobrinas appellat, tamen palam est, intelligi debere de consobrinis. Quis enim hoc censeat, eos, quos proprie sobrinos, legum auctores appellant, arceri inter se nuptiis? nunquam factum. Sed veteres, hæc miscebant, vocularum haud æque curiosi captatores.

In Glossis priscis legas: 'Ανεψιὸς *consobrinus, sobrinus.* Alibi: Θεῖα πρὸς μητρὸς, *consobrina.* Et: 'Εξάδελφος, ἐκ δύο ἀδελφῶν θηλειῶν, *consobrinus.* Quid, quod Velleius simili libertate, *consobrinum Ti. Gracchi* Scipionem Nasicam appellat, qui jurisconsultorum finitione sobrinus sit? *Lipsius.*

[x] *Tempore addito percrebuisse*] Malim, *tempore percrebuisse*, rejecta voce quæ glossographum sapit: aut potius invertam, *tempore adeo*; et id verum puto.

De re ipsa, Plutarchus auctor in Causis, quæst. VI. apud Romanos sobrinarum conjugia (ἀνεψιὰς ipse appellat, et bene vertit Xylander) fuisse invisa: cœpisse tamen a levicula causa, quam ipse denarrat: factumque decretum populi, 'licere omnibus ducere usque ad consobrinas; supra autem vetari.'

Hoc quando proprie cœperit, non dicit: satis vetus esse, ex Livio discas: apud quem, lib. XLII. ita loquitur Sp. Ligustinus: 'Cum primum in ætatem veni, pater mihi uxorem, fratris sui filiam, dedit:' immo quasi in laudem hoc recenset.

Sane conjugia ea deinceps crebra: et sic inter illustres, M. Marcellus Juliam Augusti F. duxit sibi consobrinam: aliique plures.

Sustulit tamen eas ipsas nuptias Theodosius, de quo Victor. 'Tantum,' inquit, 'pudori tribuit et continentiæ, ut consobrinarum nuptias vetuerit, tanquam sororum.' Permiseruntque iterum Arcadius et Honorius l. XIX. C. de nuptiis. *Lipsius.*

rem accommodari, prout conducat,[y] et fore hoc quoque in his, quæ mox usurpentur.'

7. Haud defuere, qui certatim, 'si cunctaretur Cæsar, vi acturos'[z] testificantes, erumperent curia. Conglobatur promiscua multitudo, 'Populumque Romanum eadem orare,'[a] clamitat. Nec Claudius ultra expectato, obvium apud forum præbet se gratantibus: Senatumque ingressus, 'decretum' postulat,[b] 'quo justæ[c] inter patruos fratrumque filias

consuetudinem attemperari, prout utile sit, et futurum hoc etiam inter ea, quæ postea in more et in usu sint.

Et fuere qui certatim, si moraretur Cæsar, vim adhibituros *obtestantes*, *senatu egrederentur*. Simul *congregatur confusa multitudo*, eademque flagitare populum Rom. *exclamat*. *Nec Claudius ultra opperitur*, sed *obviam veniens*, *in foro offert se gratulantibus*, *et curiam intrans*, senatusconsultum *petit*, quo decerneretur, legitima esse inter patruos fratrumque filias matrimonia. *Neque tamen inventus*

NOTÆ

[y] *Prout conducat*] Præcipue Reipublicæ; et utilitas publica, et principum, etiam in privatos transmittitur.

[z] *Vi acturos*] Forte *adacturos*, idque per vanam assentationem, ut demereantur Agrippinam et Claudium, a quibus in id immissum Vitellium sciebant.

Itaque, quasi erumpere parati e curia, testantur, se vim facturos, se *vi acturos*, si sperneret tale matrimonium Cæsar; quasi magnopere interesset Reipub. et eo tum gratior assentatio, quo violentior.

[a] *Populumque Rom. eadem orare*] Amabat populus Agrippinam, ut prolem Germanici, et ejus filium eadem causa; et quia una ea supererat virilis soboles per fœminas, tot filiis interfectis utriusque sexus. Itaque domum Germanici florere iterum plebs gaudebat. Sed populi Rom. amores breves et infausti.

[b] *Decretum postulat*] Ait Tacitus, *fratrum filias*: et stricte capias; non enim licuit *sororum*. Quod notavit accurate et diffuse, quantum satis est, Cujacius XIII. observ. c. 16. quem non exscribo. Nec sustulit Nerva hoc Sc. ut idem vera interpretatione collegit. De Claudii hoc facto Tragicus: 'Genitamque fratris conjugem captus sibi Toris nefandis flebili junxit face.'

Ubi melius leges, *genitamque fratre conjugem captam*. Domitianus imitatus exemplum est, qui *Juliam* habuit filiam Titi. *Lipsius*.

[c] *Quo justæ*] Incestum carpit festive Seneca in ludo: 'Cogitate, P. C. quale portentum in numerum Deorum se recipi cupiat; principes pietate et justitia Dii fiunt. Scilicet hic pius et justus, quoniam Druidarum immanem religionem advexit, nostram prorsus extirpavit, ut Romæ nuptiarum sacra essent, quibus ipse, cum sibi Agrippina nuberet, triginta senatoribus, innumeris equitibus Rom. mactatis, principium dedit, hunc nunc Deum facere vultis?'

Druidarum religionem advexit, non quod tales nuptias celebrarent Galli, seu Druidæ, sed quia in illis nuptiis multos homines occidit, mactavit, et Galli homines sacrificabant. Immo Claudius ipse Druidarum sacrificia prohibuit, sed incestum et immanitatem hominis deridet Seneca; forte

nuptiæ etiam in posterum statuerentur.' Neque tamen repertus[d] est, nisi unus, talis matrimonii cupitor, T. Alledius[1] Severus,[e] Eques Romanus, quem plerique, 'Agrippinæ gratia impulsum,' ferebant. Versa ex eo civitas, et cuncta fœminæ obediebant, non per lasciviam, ut Messallina,[2] rebus Romanis illudenti. Adductum[f] et quasi virile servi-

est, nisi unus, qui tale conjugium vellet, T. Alledius Severus eques Rom., quem multi Agrippinæ causa *ad id* incitatum *dicebant. Exinde mutata civitas, et omnia parebant mulieri, non insultanti Reipublicæ Rom. per libidinem et petulantiam, ut Messallinæ: asperum, et quasi virile servitium: publice severa dominatio, et sæpe*

1 Ita Lipsius et recentiores. In veteribus editionibus *Talledius.* Alledius forte est gulosus ille, de quo Juv. v. 118. 'Tibi habe frumentum, Alledius inquit, O Libye; disjunge boves, dum tubera mittas.' *Brotier.*—2 Brotier. et Homer. *Messallinæ:* sed libri plerique editi *Messallina.* Bene in Mss. Reg. Harl. Bodl. et Beroaldus *Messallinæ;* sicque emendandum viderat Ill. Huetius. *Brotier.*

NOTÆ

sic Tac. quia Gallos in curiam invexit, supra lib. XI.

[d] *Neque tamen repertus*] Suetonius de eodem; 'Confecit nuptias,' inquit, 'non repertis, qui sequerentur exemplum, excepto libertino quodam, et altero primipilari, cujus officium nuptiarum ipse cum Agrippina celebravit.' Sunt autem sub Domitiano frequentata ex eo senatusconsulto matrimonia.

At Cocceius Nerva rerum potitus, sororis fratrisve filiam uxorem habere prohibuit, ut in eodem scripsit Dio.

Inventus est tamen L. Antoninus Cæsar, qui M. Aurelii Antonini Philosophi fratris Lucillam filiam duxit uxorem: quod illi soluto legibus licuit; ceteris non item. *Vertranius.*

[e] *T. Alledius Severus*] *T. Alledius* scribo, et vidi postea, ita citare hunc locum Beroaldum. In monumentis priscis, M. ALLIDI: in Juvenali: 'tibi habe frumentum, Alledius inquit.' Quod noster unum imitatorem sceleris ejus facit, Suetonius dissentit, qui duos tradit cap. 31. Noster, credo, non habuit curæ, nescio quem recensere *libertinum:* vocat etiam *equitem R.* quem ille *Primipilarem:* nec aberrat, quoniam primi pili comes, gradus equestris. Martialis: 'Et referes pili præmia clarus eques.' *Lipsius.*

Talledius] Reposui *T. Alledius;* et verisimilius est sic appellatum fuisse. Sic Sueton. 'Non repertis, qui sequerentur exemplum, excepto libertino quodam et altero primipilari.'

[f] *Adductum*] Id est, grave et severum, quasi non fœminæ esset, sed viri alicujus gravissimi. Forte metaphora sumta vel a superciliis, quæ adducuntur et contrahuntur, cum gravitatem aliquis asseverat aut imitatur. Sic infra Tac. l. XIV. 'Modo familiaritate juvenili Nero, et rursus adductus, quasi seria consociaret,' &c. vel ab arcu, cujus cornua adducuntur et contenduntur, ut validius evibretur telum.

Adductum] Bene adductum, nem-

tium :[g] palam severitas, ac sæpius superbia : nihil domi impudicum, nisi dominationi[h] expediret. Cupido auri immensa obtentum habebat, quasi subsidium Regno pararetur.

8. Die nuptiarum[i] Silanus sibi mortem conscivit :[j] sive

fastus atque impotentia : nihil in penatibus lasciviæ aut libidinis, nisi imperandi cupidini conduceret : opum inexplebilis cupido prætextum habebat, quasi subsidium dominationi quæreretur.

Die conjugii Silanus sibi necem intulit : sive eo usque vivendi spem prorogaverat,

NOTÆ

pe, ex parte dominantium; *addictum* autem dici posset ex parte servientium.

Adductum, &c. servitium] Imperium et servitium relationem habent: si virile, si adductum et rigidum sit imperium, ita et servitium : si remissa mitisque dominatio, ita obsequium et patientia.

[g] *Servitium*] *Imperium* et *servitium* reciprocantur. Fuit *adductum servitium* illud in obedientibus et inservientibus, quod idem *adductum imperium* fuit, in imperante stricto jure fœmina. Attamen possit hic dici *addictum*, quia *servitium* agitur ; et infra, ubi de Gothonibus, legi posset *paulo adductius regnantur :* quia de imperio agitur, quod aut severius aut remissius est. Sed parum refert; nam *addictius regnantur*, idem est, ac *addictius* serviunt : utroque loco magis placeat *addictius*, et *addictum*.

[h] *Nisi dominationi*] Intelligit præcipue adulterium Agrippinæ cum Pallante, quo forte meruit Agrippina nuptias principis. Is libertus Claudii tanta superbia fuit, ut ne quidem vocem sociaret cum libertis suis, ut omnia scripto mandaret. Is regi regum imperabat, non sine fastu plusquam regio.

Ut puto, fuerat hic olim inter mancipia Antoniæ minoris : nam frater ejus Felix *Antonius* sic pro more vocabatur nomine patronæ suæ. At Claudius, seu Caligula, forte uterque Antoniæ hæres talia cimelia exceperant. Sic Narcissus *Claudius* vocabatur, nomine patroni sui. Callistus, C. *Julius*, eadem forte causa.

[i] *Die nuptiarum*] Sic Suet. Claud. 29. ‘ Silanus abdicare se prætura, ante quartum Kal. Januarias, moriqne initio anni coactus, die ipso Claudii et Agrippinæ nuptiarum : in quinque et triginta senatores, &c. animadversum.’ Sic interpungit Lipsius. At certe patet ex Seneca, priscam interpunctionem germanam esse, et hæc uno tenore legenda.

Sic enim ait de Claudio in Ludo : ‘ ut Romæ nuptiarum sacra essent, quibus ipse, cum sibi Agrippina nuberet, triginta senatoribus, et innumeris equitibus mactatis, principium dedit.’

Forte non eo ipso die mactati tot illustres viri, sed circa principium talium nuptiarum.

Nuptiarum] Anno Olympiadis 207. Romæ conditæ 802. Jesu Christi 49. imperii Claudii 9. Vide notas l. xi. c. 38. *Tillemon.*

[j] *Sibi mortem conscivit*] Patet ex verbis Senecæ, non fuisse capite damnatum Silanum a Claudio, aut a Senatu. Seneca de Claudio : ‘ Quantum quidem in ipso fuit, damnatum incesti L. Silanum generum suum occidit.’

Igitur eum tantum *incesti* damnavit, nec proprie occidit Claudius : nec Claudio pepercisset Seneca, in

eo usque spem vitæ produxerat, seu delecto die, augendam ad invidiam. Calvina, soror ejus,[k] Italia pulsa est. Addidit Claudius, 'sacra[l] ex legibus Tulli Regis, piaculaque apud lucum Dianæ per Pontifices danda:' irridentibus

sive accepto eo *tempore, quo magis odium incitaret* in dominantes. *Soror illius Calvina Italia ejecta est. Adjecit Claudius* sacrificia ex decretis Tulli regis, et piacula apud nemus Dianæ per pontifices facienda; non sine *irrisu civium*

NOTÆ

ipsum male affectus ob exilium. Patet etiam ex Tacito, non capite aut exilio, nec incesti damnatum fuisse Silanum, sed tantummodo infamatum, quo senatu et nuptiis Octaviæ depelli posset.

Itaque a Censore Vitellio notatus Silanus ob flagitium incesti, sive certum sive incertum, et senatu ac magistratu tantum pulsus est; sed ipse dolore et ignominia adactus, mori maluit.

Nec superesse decori suo voluit juvenis, et diem nuptiarum incestarum elegit, ut tali tempore majus odium in nuptias illas, et in auctores mortis concitaret; vel etiam nonnulla adhuc spe.

[k] *Calvina soror ejus*] Fortasse illa quæ vitam produxit ad Vespasiani imperium, de qua Suet. cap. 23. Vespas. 'Cum Mausoleum repente patuisset, ad Juniam Calvinam e gente Augusti pertinere dicebat.' Nam Silani isti inter abnepotes Augusti fuerunt, ut dicam. *Lipsius.*

Calvina soror ejus Italia pulsa est] Sed mox restituta a Nerone principe; nempe post necatam Agrippinam, quasi sic parricidium redemturus esset. Tac. XIV. 12. 'Ceterum quo gravaret invidiam matris, eaque demota, auctam lenitatem suam testificaretur, fœminas illustres Juniam et Calpurniam, &c. sedibus patriis reddidit.'

[l] *Addidit Claudius sacra*] Vertit Clar. Harlæus, quasi id addiderit Claudius senatusconsulto, quo Calvina *Italia pulsa est.* Sed non satis patet ex Tacito, an id addiderit ex se Claudius, ut Pontifex Max. vel alio titulo, an vero propterea senatusconsultum expresserit, et in id proprie fieri jusserit decretum Patrum.

Quocumque modo deridiculo fuit Claudius; quippe sic magis historicum aut histrionem agebat, quam principem. Sic antea historiæ fabularis sciens et amans Tiberius, *thure et mero libabat*, cum senatum iuiret, ut olim Minos; quibus ineptiis risum meruere dominantes.

Sacra ex legibus Tulli] Non alia sacra piaculaque recipio, quam quibus Tullus olim rex in Horatio sororiam cædem luit expiavitque.

Livius: 'Itaque ut cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri, ut filium expiaret pecunia publica. Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis (quæ deinde genti Horatiæ tradita sunt) transmisso per viam tigillo, velut sub jugum misit juvenem.'

Similiaque Dionys. lib. III. qui addit, ea sacra per Pontifices facta: convenienter cum iis quæ hic Tacitus. *Lipsius.*

Sicque eodem piaculo luitur incestum cum sorore, quo ipsa cædes sororis.

cunctis,[m] quod pœnæ procurationesque incesti id temporis[n] exquirerentur. At Agrippina, ne malis tantum facinoribus notesceret, veniam exilii[o] pro Annæo Seneca, simul Præturam impetrat, lætum in publicum rata, ob claritudinem studiorum[p] ejus, utque Domitii pueritia tali magistro ado-

omnium, quod eo tempore supplicia et piacula incesti quærerentur. At Agrippina, ne improbis tantum factis inclaresceret, gratiam exilii obtinet pro Annæo Seneca, simul et *præturam,* id *gratum in vulgus existimans, ob celebritatem doctrinæ et eloquentiæ illius, et ut Domitius* adhuc *puer* sub *tali præceptore increscceret, et*

NOTÆ

[m] *Irridentibus cunctis*] Et hercle ridiculum, quod Claudius Silani cum sorore incestum piacularibus sacris lueret, ipse in eadem culpa. Nam piacula istæc cave alio referas, quam ad crimen Silani. *Lipsius.*

Irridentibus cunctis] Causa certe ridendi fuit, quod imperitantes ulciscerentur, procurarentve incestum fictum et commentitium, eo ipso tempore, quo verum certumque incestum illi palam et publice perpetrarent.

Attamen hic Taciti sensus esse possit, risisse nempe omnes, ' quod pœnæ procurationesque incesti id temporis exquirerentur.'

Quia nempe ævo Claudii, et jam ante olim, tales ritus spernebantur, nec jam prodigia illa seu monstra procurabantur, nec advertebantur, nisi in metu, inquit Tacitus; vel ob utramque causam allatam irrideri meruit Claudius.

[n] *Id temporis*] Nempe quo incesta publice et auctoritate senatus populique Rom. decernebantur firmabantque in futurum; quo talia pridem obliterata et neglecta, tamen in morem et usum revocarent.

[o] *Veniam exilii*] Relegatus enim Seneca post Quæsturam a Claudio in Corsicam insulam, ob suspicionem adulterii cum Julia Germanici filia, Vinicii uxore. Cujus criminis scena a Messallina fuit; scena, dico. Non enim reipsa expetit in te hæc culpa, o Romani nominis et sapientiæ magne sol. *Lipsius.*

[p] *Ob claritudinem studiorum*] Intellige ingenium, eloquentiam, juris divini et humani peritiam. Etiam et sapientiæ Stoicæ nempe, qua præcellebat, amorem doctrinamque eximiam.

Ob claritudinem studiorum ejus] Quintil. x. Instit. de Seneca: ' Cujus et multæ alioqui et magnæ virtutes fuerunt, ingenium facile et copiosum, plurimum studii, multarum rerum cognitio; in qua tamen aliquando ab iis, quibus inquirenda quædam mandabat, deceptus est. Tractavit etiam omnem fere studiorum materiam. Nam et orationes ejus, et poëmata, et epistolæ, et dialogi feruntur. In Philosophia parum diligens, egregius tamen vitiorum insectator fuit: multæ in eo claræque sententiæ, multa etiam morum gratia legenda: sed in eloquendo corrupta pleraque, atque eo perniciosissima, quod abundant dulcibus vitiis, velles eum suo ingenio dixisse, alieno judicio: nam si aliqua contemsisset, si parum concupisset, si non omnia sua amasset, si rerum pondera minutissimis sententiis non fregisset; consensu potius eruditorum, quam puerorum amore comprobaretur. Verum sic quoque jam robustis et severiore genere satis firmatis legendus, vel ideo quod exercere potest utrumque

lesceret,[q] et consiliis ejusdem ad spem dominationis uteretur:[1] quia Seneca fidus in Agrippinam, memoria beneficii, et infensus Claudio, dolore injuriæ,[r] credebatur.

9. Placitum dehinc, non ultra cunctari:[s] sed designatum Consulem,[t] Memmium Pollionem, ingentibus promissis in-

ipsius etiam consultis uterentur in spem imperii; quia Seneca fidelis in Agrippinam sperabatur, memoria impetrati reditus, simul *et infestus Claudio, ira acceptæ injuriæ.*

Visum est illis *postea non amplius morari, sed magnis pollicitationibus impellunt Memmium Pollionem consulem designatum, ut proferret sententiam, qua Claudius*

1 Gronovius et Ryckius et Brotierus et Homerus omnes habent *uterentur;* et sic Pichena ex Ms. Flor.—Haud ita bene in aliis Mss. et veteribus editionibus *uteretur.* Brotier.

NOTÆ

judicium. Multa enim, ut dixi, probanda in eo, multa etiam admiranda sunt, eligere modo cura sit: quod utinam ipse fecisset; digna enim fuit illa natura, quæ meliora vellet, quæ quod voluit, effecit.' Hæc ascripsi, quia summorum virorum est de summis viris judicare.

[q] *Tali magistro adolesceret*] Magno, magno magistro: utili privatim et publice, si Neronis indoles, aut Romana fata voluissent. Sed ad historiam, adde hæc Scholiastis, in Juvenalis Sat. v. 'Seneca sub Claudio, quasi conscius adulteriorum Juliæ, Germanici filiæ, in Corsicam relegatus, post triennium revocatus est. Qui etsi magno desiderio Athenas intenderet, ab Agrippina tamen, erudiendo Neroni, in palatium adductus, sævum immanemque natum et sensit cito, et mitigavit; inter familiares solitus dicere: non fore sævo illi leoni, quin, gustato semel hominis sanguine, ingenita redeat sævitia.' *Lipsius.*

[r] *Dolore injuriæ*] Quia pulsus in exilium a Claudio erat, ob Juliam filiam Germanici, in qua suspectabatur adulterii, idque instigante Messallina; sicque falso crimine, quicquid maligne obtrectet Dio, virtuti Romanæ perpetuo infensus.

[s] *Placitum dehinc non ultra cunctari*] Ambitionem suam ordine componit provehitque Agrippina; neque enim statim omnia audet, facinora sua per intervalla dispensat.

Primo nuptias cum patruo, dein matrimonium filii cum Octavia, dein et proconsulare imperium et adoptionem Neronis astruit; cædesque et crimina quandoque bonis artibus egregiisque factis, industrie, nunquam innocenter admiscet.

[t] *Designatum consulem, Memmium*] Ordo rogandi sententias in senatu veteris Reip. varius fuit; alias enim is toto anno servabatur, quem Consul initio magistratus, habito senatu, in rogando observarat. Alias primus rogabatur, qui a Censoribus princeps in senatum lectus fuerat: alias qui designati consules erant. Imperio constituto id legimus tributum Consuli designato, ut quæ ejus, omnium plerumque ea sententia esset.

Exemplaque suppeditant libris superioribus Drusus, Haterius, et Silius: infraque sequentibus, Barea Soranus, et alii; et apud Senecam

ducunt,[1] sententiam expromere,[u] qua oraretur[2] Claudius, 'despondere Octaviam Domitio:' quod ætati utriusque non absurdum, et majora patefacturum[v] erat. Pollio haud disparibus verbis, ac nuper Vitellius, censet: despondeturque Octavia, ac, super[3] priorem necessitudinem,[w] sponsus jam et[4] gener Domitius, æquari Britannico, studiis matris, arte eorum, quis, ob accusatam Messallinam, ultio ex filio timebatur.[x]

rogaretur, despondere Octaviam Domitio; *quod ætati utriusque satis congruebat, et ad majora viam aperiebat. Pollio non dissimili oratione, ac nuper Vitellius, sententiam promit, et despondetur Octavia, ac præter veterem conjunctionem, Domitius jam sponsus et gener* principis, cœpit *adæquari Britannico, ambitu matris,* et *artibus illorum, qui ob delatam Messallinam, ex filio* ipsius *vindictam formidabant.*

1 *Inducit* Mss. Vatic. 1864. Reg. Corb. et editio princeps, quos secuti sunt Brotierus et Homerus: in Ms. Vatic. 1863. *inducunt*, sed supra emendatum *inducit*, quod et Mureto placebat. Melius enim ad Agrippinam, quam ad Agrippinam ejusque fautores referas. Ms. Vatic. 1958. et Puteolanus *inducunt*. Brotier.—2 Sic Mss. Flor. Vatic. 1863. et 1958. et Bodl. in margine. Non recte in quibusdam Mss. et editione principe *hortaretur*. Idem.—3 Sic Pichena ex Ms. Flor. Ante eum et in multis Mss. *secundum*.—4 Gronovius omisit *et*.

NOTÆ

Ludo de morte Claudii, Janus pater. Quamobrem contendit Agrippina, Memmium censere, Octaviam Claudii filiam cum privigno L. Domitio elocari. *Vertranius.*

[u] *Sententiam expromere*] Talia promebant, loco aut additamento sententiæ; nam non solum consul designatus, sed et senator quicumque id juris habuit, ut loco sententiæ promeret in senatu quicquid e Repub. esse censeret.

Sed ut res hic plus dignitatis haberet, impellunt ad id promendum Consulem designatum, qui non potuit rejici, quia cos. et quia interiora aulæ arcana penitius nosse existimabatur, et quia res ejusmodi fuit, cui multi faverent, propria spe, etiam et amore olim Germanici.

Quandoque tenuis senator, licet in re gravi, spernebatur a consulibus, qui relatum abnuebant, aut rem ad principem per adulationem rejiciebant, ut auctor constitutionis fieret.

Hæc audet consul designatus: attamen talia promere in senatu, inconsulto principe, periculosum fuit sub Tiberio, aut simili principe severo: tales namque inquiri secreta dominationis acriter vetabant.

[v] *Majora patefacturum*] Nempe patefacturum iter ad adoptionem Domitii, dein et ad imperium, quod toto molimine præstruebat Agrippina Neroni filio. Sic supra de Silio: 'majorem ad spem accingi, nec enim occultum quid post tale matrimonium superesset.'

[w] *Super priorem necessitudinem*] Pater ejus ex Domitio et Antonia majore procreatus, et mater ejus Agrippina neptis Drusi et Antoniæ minoris.

[x] *Quis, &c. ultio ex filio timebatur*] Intelligit Callistum, Pallantem, et

10. Per idem tempus legati Parthorum[y] ad expetendum, ut retuli,[z] Meherdaten missi, Senatum ingrediuntur, mandataque in hunc modum incipiunt: 'Non se fœderis[a] ignaros, nec defectione a familia Arsacidarum venire; sed filium Vononis, nepotem Phrahatis, accedere[1] adversus dominationem Gotarzis, nobilitati[b] plebique juxta intolerandam. Jam fratres, jam propinquos, jam longius sitos,[c] cædibus exhaustos: adjici conjuges gravidas,[d] liberos parvos, dum

Sub idem tempus oratores Parthorum missi, ut memoravi, ad postulandum Meherdatem, curiam introeunt, et mandata exponunt hoc modo; venire se, non inscios amicitiæ ac societatis suæ, nec quasi desciscerent a gente Arsacidarum, sed accire filium Vononis adversus imperium Gotarzis, quod proceribus populoque perinde intolerabile *esset*. Jam fratres, jam cognatos, jam longius amotos, necatos *esse* atque interfectos: adjungi tot cædibus uxores prægnantes, et parvulos filios, dum iners pace, præliis infelix, socordiam *suam*

1 Sic Mss. Vatic. Flor. Reg. &c. editio princeps, Ryckius et recentiores.

NOTÆ

præcipue Narcissum, quem tamen statim pœnitebit ambitiosæ fœminæ, rursusque volet Britannicum successorem imperii; sed dolum et scelus Agrippinæ fata sinent, ut postea suomet ipsa scelere pereat.

[y] *Parthorum*] Vide notas l. XI. c. 8.

[z] *Ut retuli*] L. XI. c. 10. 'Turbatæ Parthorum res inter ambiguos, quis in regnum acciperetur,' &c. 'Quidam ad Meherdatem prolem Phraatis obsidio nobis datum' inclinabant.

[a] *Fœderis*] Nempe Romanorum cum Parthis, et præcipue cum regibus Parthorum Arsacidis, addunt, neque se deficere *a familia Arsacidarum*, immo vocare ipsos ad regnum filium Vononis, qui vere e stirpe Arsacis.

[b] *Nobilitati*] Proceres intelligit, et præsertim principes e regia stirpe ortos.

[c] *Longius sitos*] Per *propinquos*, intelligit eos, qui et cognatione propinqui et habitatione proximi Gotarzi essent. Nempe *propinquos*, qui in aula degerent. Et per *longius sitos* intelligit etiam *propinquos*, seu cognatos, qui procul amoti erant in Mediam, aut in Hyrcaniam et Scythiam.

Nam eo amoveri solebant Regii sanguinis juvenes, ne suspicionem moverent regnanti, si in aula aut in proximo degerent. Videtur hic Tac. distinguere inter *fratres* et *propinquos*.

[d] *Abjici conjuges gravidas*] Sic in vett. reposuimus *adjici*: significat enim Gotarzen scelera sceleribus cumulantem, nec contentum esse fratribus propinquisque trucidatis, nisi illis uxores gravidas et liberos adjiciat. *Rhenanus*.

Adjici] Vox *abjici* non mihi displiceat. Nam cum abjiciuntur uxores gravidæ, sic partus exponitur exitio, ut pereat.

Et forte sic abjectæ uxores, quia suspectæ adulterii, quasi spurios Arsacidas inferre solio vellent, quasi non concepissent ex viro vere Arsacida; vel metu tantum et sævitia.

socors domi,[e] bellis infaustus,[2] ignaviam sævitia tegat. Veterem sibi ac publice cœptam nobiscum amicitiam: et subveniendum[f] sociis, virium æmulis,[g] cedentibusque per reverentiam. Ideo Regum obsides liberos dari,[h] ut, si domestici imperii tædeat, sit regressus ad Principem Patresque, quorum moribus assuefactus Rex melior ascisceretur.'

11. Ubi hæc atque talia dissertavere, incipit orationem

immanitate velet. Antiquam ipsis et publico consilio initam nobiscum societatem; et succurrendum fœderatis, potentiæ æmulis, cedentibusque per honorem. Propterea filios principum obsides præberi, ut si *nos* præsentis dominationis pœniteat, confugere possimus ad Imperatorem et Patres, quorum virtutibus et disciplina imbutus, melior princeps assumeretur.

Postquam hæc et similia disseruere Parthi, *ingreditur orationem Cæsar* de

Puteolanus, Ms. Bodl. et in margine Ms. Vatic. 1958. *accersere.*—2 In Ms. Vatic. 1958. *Bellisque infaustus.* Sed *que* supra scriptum et recens additum. In Ms. Agr. *Belli infaustus*, quod Modio et Lipsio placet, nimio, ut opinor, antiquitatis studio. *Brotier.* Ms. meus: *bellique infaustus:* quod Modius hinc ab Agricola enotatum Lipsio laudaverat: cui id placet et ea forma dictum videtur, qua *militiæ clarus.* Ryckius.

NOTÆ

[e] *Socors domi*] Id est, *in pace*, cui opponit statim, *bellis infaustus.* Male qui de re familiari intelligunt.

[f] *Et subveniendum*] Ideoque subveniendum sociis, quibuscum amicitia jam olim suscepta et servata cum fide.

[g] *Virium æmulis*] Cave intelligas, *imperii æmulis:* suum quæque gens habuit imperium. Tantum de finibus contendebant imperii, non de imperio. At Carthaginenses contra olim, non de finibus, sed de toto eodemque imperio, certabant adversus Romanos.

Parthi, sicut et Germani, eo ævo erant tantum majoris potentiæ Romanorum æmuli, metu, ne crescerent et aliena invaderent. Imperium Romanum minuere et finire, non occupare, conabantur.

De Germanis Seneca l. II. de Ira c. 15. 'Deinde omnes istæ feritate liberæ gentes, leonum luporumque ritu, ut servire non possunt, ita nec imperare. Non enim humani vim ingenii; sed feri et intractabilis habent. Nemo autem regere potest, nisi qui et regi.' Et c. 16. 'Fere itaque imperia penes eos fuere populos, qui mitiore cœlo utuntur. In frigora septentrionemque vergentibus immansueta ingenia sunt, ut ait poëta: Suoque simillima cœlo.'

Æmulis] De finibus imperii sui uterque populus, non de eodem imperio; de gloria fere tantum certabant.

[h] *Ideo Regum obsides liberos dari*] Non hæc sola ratio, sed ut amoverentur aula; ne nempe rebus novis locus patefieret, ne proceres haberent, quem in locum imperitantis sufficerent; aliquando etiam, ne qua injuria, ne insidiæ ipsis pararentur, si in patria et apud populares remanerent.

Cæsar 'de fastigio Romano, Parthorumque obsequiis;'[i] seque D. Augusto[j] adæquabat, 'petitum ab eo Regem' referens, omissa Tiberii memoria;[k] quanquam is quoque miserat.[l] Additque præcepta (etenim aderat Meherdates) 'ut non dominationem et servos,[m] sed rectorem et cives cogitaret; clementiamque ac justitiam, quanto[n] ignara[10] barbaris,

magnitudine Rom. et reverentia Parthorum: *seque comparabat cum Divo Augusto, memorans*, postulatum ab eo regem; *nulla facta mentione Tiberii, quamvis is etiam misisset. Adjecitque præcepta (quippe præsens intererat Meherdates)* ut non superbiam dominantis et servitia reputaret, sed principem et cives; clementiamque et justitiam usurparet, quæ *virtutes*, quanto magis ignotæ Par-

1 Ita Mss. Vatic. Reg. et editio princeps. In Mss. Farnes. et Corb. *ignota*. Ms. Harl. et Puteolanus *ignoratiora*. Ms. Jes. *ignorantia*. Ms. Guelf. *ignoran-*

NOTÆ

[i] *Parthorumque obsequiis*] Ne intelligas proprie *obedientiam*, sed tantum obsequelam et honorem, quasi per officium et comitatem; aut certe eam *reverentiam*, quæ non majori quidem, sed potentissimo æmulo exhibetur.

Talia jactabat pro amplitudine sua Cæsar, sed quæ tamen intelligi debent, prout sunt, non prout dicuntur.

[j] *Seque divo Augusto*] Talem *Cæsarem* deridet obiter Tacitus, quem ne quidem hoc vocabulo (Cæsaris) dignatus esset Augustus; et quem toties ille spreverat, et a Repub. amoverat, quasi abdicaret prorsus. Vide Sueton.

Seque D. Augusto adæquabat] O stuporem hominis! hinc prima mali labes; hinc et Agrippina, tanquam altera Livia Augusta, adoptandum ipsi privignum Neronem dedit, pestem generis humani. Exemplo Augusti, privignis, ut subsidiis imperii, se firmabat Claudius: quasi vero! Cujus neque prudentiam, neque felicitatem, genium, vel auctoritatem habuit: merum hoc δορυφόρημα βασιλείας.

[k] *Omissa Tiberii memoria*] Omittebantur nomina *Tiberii* et *Caligulæ*, cum principio anni in acta D. Julii et Augusti jurarent Patres; quia infensa et abominata eorum principum memoria senatui, quem internecione delevissent.

Ideoque et nunc etiam omittit Claudius mentionem *Tiberii:* et infra *Caligulæ*, ubi de nuptiis Lolliæ Paulinæ.

Etiam forte sic *Augusti* tantum meminit, ut sic magis extollat fortunam, seu vim sui principatus, velut eximiam et præcellentem aliis dominantibus.

[l] *Is quoque miserat*] Et quidem tres miserat, Vononem, Phraatem, Tiridatem. Adi l. II. supra, et VI. *Lipsius*.

[m] *Dominationem et servos*] Sic fere infra Tac. hist. I. 18. 'Neque enim Romæ, ut in ceteris gentibus, quæ regnantur, certa dominorum domus, et ceteri servi, sed imperaturus es hominibus, qui nec totam servitutem pati possunt, nec totam libertatem.' Et hist. IV. 8. 'Quomodo pessimis imperatoribus sine fine dominatio, ita quamvis egregiis modus libertatis placet.'

[n] *Quanto*] Quanto magis novæ et

tanto toleratiora[2] capesseret.' Hinc versus ad legatos, extollit laudibus 'alumnum urbis,[p] spectatæ ad id modestiæ:[q] ac tamen[3] ferenda Regum ingenia,[r] neque usui crebras mutationes. Rem Romanam huc satietate gloriæ provectam, ut externis quoque gentibus quietem velit.' Datum[4][s] post

this, tanto tolerabiliores *essent*. *Dein conversus ad legatos, laudibus evehit* alumnum civitatis, *illum* eximiæ præterea modestiæ *esse, et si quandoque forte secus eveniret*, attamen toleranda dominantium libita, neque conducere, sæpius reges mutari: principes Rom. eo usque satietate honorum processisse, ut externis etiam nationibus pacem datam optent. *Postea mandatum C. Cassio*,

tiora.—2 Pichena ex Ms. Flor. In Mss. Vatic. 1863 et 1864. *tolleratiora*. Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres *tolerantiora*.—3 Editio princeps *attamen*. Melius disjungerentur, *at tamen*. Brotier.—4 Sic optime Ms. Corb. editio princeps et recentiores. Male Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *datam*. *Post hæc C. Cassio, qui Syriæ præerat, deducere juvenem ripam ad Euphratis jubet*. Pro *post hæc* in editione principe *posthac*. Idem.

NOTÆ

incognitæ essent illæ virtutes apud Barbaros, tanto promtius illas usurparet, tanquam gratiores, lætioresque novis subditis: et sic, quia alii reges superbiam et sævitiam in populares exercebant.

[o] *Ignara*] Supple, *magis;* et *ignara:* idem est, ac *ignota:* sic infra; 'nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta, et astus oppugnationum.'

[p] *Alumnum urbis*] Cui respondent ea quæ supra habentur c. 10. 'Ut sit regressus ad principem patresque, quorum moribus assuefactus Rex melior ascisceretur.'

[q] *Spectatæ ad id modestiæ*] Id est, spectatæ præterea modestiæ; dicit esse alumnum urbis, et præterea spectatæ modestiæ, quæ præcipua virtus in principe, et in summa fortuna. Sic infra 20. hoc lib. 'Suscipi bellum avio itinere, importuoso mari: ad hoc reges feroces,' &c.

[r] *Ac tamen ferenda Regum ingenia*] Ibi supplendum aliquid per mentem, ut expleatur sensus; quasi diceret Claudius: Princeps quem rogatis, spectatæ modestiæ est; et licet ea virtus deesset quandoque, tamen ferenda dominantium ingenia, et fere ut subditi, ita et regnantes; neque mutationes principum reipublicæ utiles sunt. Tac. hist. IV. 8. 'Bonus civis meminit temporum quibus natus est, quam civitatis formam patres avique instituerint: ulteriora miratur, præsentia sequitur; bonos principes voto expetit, qualescumque tolerat.'

Ferenda Regum ingenia] Libris hist. respondet Eprius, se tolerare quemcumque principem: et apud Plutar. affirmat vir prudens, nullam Reipub. formam non meliorem esse bello civili.

[s] *Velit. Datum*] Legitur et *datam*, puncto præcedenti omisso hoc sensu: quod melioris, potentioris, ac victoris est, ut aliis populis pacem datam velit, tanquam summus arbiter pacis, belli, atque imperii; idque dignum fastigio Romano.

hæc C. Cassio, qui Syriæ[t] præerat, deducere juvenem ripam ad Euphratis.[u]

12. Ea tempestate Cassius ceteros præminebat[1][v] peritia legum:[w] nam militares artes per otium ignotæ, industriosque aut ignavos pax in æquo tenet. Attamen, quantum sine bello dabatur, revocare priscum morem, exercitare legiones,[x] cura, provisu perinde agere, ac si hostis ingrueret: ita dignum majoribus suis, et familia Cassia[y] ratus,[2] per illas

qui Syriam regebat, deducere adolescentem ad littus Euphratis.

Eo ævo Cassius ceteris civium *præcellebat doctrina legum: quippe bellicæ artes pace incognitæ* sunt, *et strenui inertesque in ötio parem habent famam. Attamen quantum sine armis licebat, ipse restituere veterem disciplinam, exercere militem, solicitudine et providentia perinde se gerere, ac si hostes imminerent: ita dignum existimans avito decore et Cassia gente, quæ apud illas etiam nationes fama incla-*

1 Mss. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres *præeminebat*. Mss. Reg. Vatic. et editio princeps *ceteris præerat*. A Gronovio et recentioribus editum *præminebat* ex usu Ms. Flor.—2 Forte Tacitus omiserat *ratus*. Certe abest a Mss. Flor. Reg. et editione principe. Primus edidit Puteolanus. *Brotier.*—

NOTÆ

[t] *Syriæ*] Vide notas VI. 31.

[u] *Euphratis*] Vide notas VI. 31.

[v] *Cassius ceteros præminebat*] De illo potuit fere dici, quod Livius de Sempronio l. XXVIII. 'Bello quoque bonus habitus, ad cetera, quibus nemo ea tempestate instructior civis habebatur, congestis omnibus humanis a natura fortunaque bonis, nobilis idem ac dives erat: forma viribusque corporis excellebat, facundissimus habebatur, seu causa oranda, seu in senatu et ad populum suadendi locus esset: Juris Pontificii peritissimus, super hæc bellicæ quoque laudes, consulatus compotem fecerant.'

[w] *Peritia legum*] Nempe scientia divini humanique juris, nempe rerum ac negotiorum, quæ in Repub. quæ in senatu tractabantur, peritissimus erat: quod maximi momenti fuit apud principem, res in pace administrantem.

Sic etiam et in senatu tueri bonos cives, malis resistere facile potuit. Hinc via ad summos honores; nec certe dabatur Syria, nisi primoribus, seu *majoribus*, ut habet Tac. in Agricolæ vita.

[x] *Legiones*] Quatuor legiones erant in Syria, et par numerus auxiliarium advolabat ex civitatibus proximis, aut a regibus seu dynastis Orientis, si bellum Parthorum ingrueret. Ceteri reges hoc tractu, præter Parthos, spernebantur, aut sola fama nominis Rom. exterrebantur.

[y] *Familia Cassia*] Fama illa Cassiorum in Oriente incepit a C. Cassio, qui in Cæsarem conspiravit. Meminit Justinus XLII. 4. 'Orodes, &c. bellum cum Romanis gessit, Crassumque imperatorem cum filio et omni exercitu Romano delevit. Hujus filius Pacorus missus ad persequendas Romani belli reliquias, magnis rebus in Syria gestis, in Parthiam, patri suspectus revocatur: quo absente, exercitus Parthorum relictus in Syria, a Cassio Quæstore Crassi,

quoque gentes[z] celebrata. Igitur excitis, quorum de sententia petitus Rex, positisque castris apud Zeugma,[a] unde maxime pervius amnis, postquam illustres Parthi, Rexque Arabum Acbarus[3][b] advenerat, monet Meherdaten, 'barbarorum impetus acres cunctatione languescere, aut in perfidiam mutari: itaque urgeret cœpta.' Quod spretum fraude Acbari, qui juvenem ignarum, et summam fortunam in luxu[c]

ruerat. Igitur accersitis illis, *quorum consilio postulatus rex* erat, *metatusque castra apud Zeugma, qua maxime transiri potuit Euphrates, et cum nobiles Parthi, et Abbarus Rex Arabum accessisset, docet Meherdatem*, vehementes barbarorum impetus mora senescere, aut in fraudem desciscere; itaque cœptis instaret. *Quod contemtum dolo Abbari, qui incautum adolescentem, et summum imperium in*

3 In Mss. et editionibus veteribus *Acbarus*, vel *Æbarus*, vel *Abbarus* appellatur. Emendandum *Abgarus*, ut docent nummi Abgarorum regum quos videas apud Bayerum, *Histor. Osrhoen.* et *Edess. nummis illustrata.* Brotier. Ryckius

NOTÆ

cum omnibus ducibus trucidatur. His ita gestis, non magno post tempore, Romanis inter Cæsarem Pompeiumque civile bellum oritur: in quo Parthi Pompeianarum partium fuere, et propter amicitiam, cum Pompeio bello Mithridatico junctam, et propter Crassi necem, cujus filium in partibus Cæsaris esse audierant: quem ultorem patris victore Cæsare futurum, non dubitabant. Itaque victis partibus Pompeianis, Cassio et Bruto auxilia adversus Augustum et Antonium misere,' &c. Sic etiam Dio l. XL. 'Hic Cassius, cum Carris ei a militibus, odio Crassi inductis, imperium esset delatum, atque etiam ipse Crassus, ob magnitudinem cladis, ultro id concederet, non acceperat; tunc autem necessitate rerum adductus Syriæ, et præsente in casu et postea etiam, præfuit; nam barbari ab ea non abstinuerunt, et cum Antiochiam usque et Antigoniam venissent, Cassius, positis insidiis, Osacem ducem cum ceteris Parthis interfecit, et tum Pacorus tota Syria excessit.' Et post occisum Cæsarem, rursus bello civili Syriam occupavit Cassius. Dio l. XLVII. 'Itaque Cassius ad Syros notos sibi et amicos, a Crassi expeditione, contendit:' et infra; 'his actis in Syriam venit, ibique et populum, et exercitus omnes, nullo negotio sibi adjunxit.'

[z] *Per illas quoque gentes*] Ob Cassium illum, qui *τυραννοκτόνος*, cujus in Syria prospera res post cladem Crassi. *Lips.*

[a] *Zeugma*] Urbs Cyrresticæ regionis minoris, in Syria provincia, et ad Euphratem fluvium: hodie *Sobcha*, oppidum præfecturæ Aleppi, in Souria regione imperii Turcici Asiatici. *Tillemonius.*

[b] *Rex Arabum Acbarus*] Vulgo *Abbarus*, quod solenne illis regibus nomen, ut Ptolemæus Ægyptiis. Vatic. *Acbarus* semper scriptum, et Appiano Ἄκβαρος: in nummis antiquis, Ἄβγαρος. *Lipsius.*

Arabum] Vide notas lib. VI. cap. 44.

[c] *Summam fortunam in luxu*] Sic Vitellius hist. I. 30. 'Fortunam principis inerti luxu ac prodigis epu-

ratum, multos per dies attinuit apud oppidum Edessam.[d] Et vocante Carrhene, 'promtasque res'[e] ostentante, 'si citi advenissent,' non cominus[f] Mesopotamiam,[g] sed flexu Armeniam[h] petunt, id temporis importunam, quia hyems occipiebat.[4]

13. Exin nivibus et montibus fessi, postquam campos[1] propinquabant, copiis Carrhenis adjunguntur. Tramissoque amne Tigri,[i] permeant Adiabenos,[j] quorum Rex Izates[2]

voluptatibus positum esse *existimantem, multis diebus in urbe Edessa retinuit. Et cum accerseret* illos *Carrhenes*, faciliaque omnia *monstraret*, si propere advolassent, *non brevi itinere in Mesopotamiam*, ut debuerant, *sed* longiori *circuitu in Armeniam tendunt, tum temporis infestam* agmini *et iniquam, quia hyems incipiebat.*

Exin fatigati nivibus et montibus, cum ad plana accederent, copiis Carrhenis junguntur. Trajectoque flumine Tigri, pervadunt Adiabenos, quorum Rex Izates

legit *Abgarus*, et sic Brotier. et Homer.—4 Ita Ms. Vatic. 1958. Puteolanus et recentiores. Ms. Vatic. 1864. *quia hyems occupabat.* Mss. Vatic. 1863. Reg. et editio princeps, *quam hyems occupabat.* Placebat quoque Mureto *occupabat.*

1 Gronovius *campi;* Ryckius *campis:* at Flor. Reg. et Ryckii Codex *campos propinquabant.*—2 Mss. Vatic. 1863 et 1864. et editio princeps *Juliates.* Ms.

NOTÆ

lis' præsumsit. Sic hist. I. 62. Domitianus, 'filium principis adulteriis et stupris,' agebat. Et hist. IV. 2. 'ex paterna fortuna, tantum licentiam usurpabat.'

[d] *Edessam*] Urbs Calchitidis regionis minoris, in Mesopotamia: hodie *Orpha*, oppidum præfecturæ Rika, in *Diarbeck*, provincia imperii Turcici Asiatici. *Tillemon.*

[e] *Promtasque res*] Facilia et in manibus omnia, si festinarent; facilem nempe victoriam, facile occupatu regnum; quod verum fuisse, patet clare ex sequentibus infra cap. 14.

Nam cum illi tardassent, longiusque iter cepissent, devio flexu per *Armeniam*, tamen imparatum adhuc Gotarzem deprehendere. 'Ceterum Gotarzes, nondum satis aucto exercitu, flumine Corma pro munimento uti,' &c.

[f] *Cominus*] Non breviore itinere Mesopotamiam petunt, ut poterant, sed flexu longiori per Armeniam; in quo error duplex, et quia longius iter, et quia infestum erat, instante hyeme; quia nempe equiti incedendum fuit, per montes et quidem nivibus infestos.

[g] *Mesopotamiam*] Vide notas VI. 36.

[h] *Armeniam*] *Armenia major;* vide notas VI. 32. *Armenia minor;* vide notas XI. 9.

[i] *Tigri*] Vide notas VI. 37.

Tigri] Varro de Lin. L. IV. 'Tigris, qui est ut leo varius, qui vivus capi adhuc non potuit, vocabulum e lingua Armenia: nam ibi et sagitta, et quod vehementissimum flumen, dicitur *Tigris.*'

[j] *Adiabenos*] Subintellige *rex*, nam supra c. 13. 'Adiabenos quorum rex

societatem Meherdatis palam induerat, in Gotarzen per occulta et magis fida inclinabat. Sed capta in transitu urbs Ninos,[k] vetustissima sedes Assyriæ,[l] et Arbela,[3] castellum insigne fama,[m] quod, postremo inter Darium atque Alexan-

aperte transierat in partes Meherdatis, sed *secreto et magis sincere in Gotarzen propendebat. Sed ex itinere expugnata urbs Ninos, antiquissima metropolis Assyriæ, et castellum illustre fama, quod ultima inter Darium et Alexandrum pugna*

Vatic. 1958. *Hyliates.* At cum in iisdem Mss. cap. seq. sit *Ezates,* et Josephus, qui rem totam narrat *Antiq. Jud.* xx. 2 et 3. Principem illum appellet *Izaten,* de ejus nomine minime dubitandum. *Brotier.*—3 Hæc duo desunt in

NOTÆ

Izates.' Itaque rex Izates cum Adiabenorum exercitu, et Abbarus cum Arabum copiis, abscedunt. Non male qui reponunt *Adiabeno,* supple, exercitu. Josephus de Adiabenorum rege multis locis.

Adiabene] Regio minor Assyriæ provinciæ, prope Euphratem fluvium: hodie pars præfecturæ *Mosul,* et ad orientem urbis *Mosul,* in *Diarbeck,* provincia imperii Turcici Asiatici. *Tillemon.*

[k] *Ninos*] Ninus vel Ninive, urbs Adiabenes tractus, et ad Tigrin fluvium in Assyria provincia: hodie *Eski-Musul,* id est vetus *Mosul,* urbs in ruinis jacens ad oram orientalem Tigris fluvii, in provincia *Arzerun* sive *Curdistan,* sub Turcico imperio Asiatico. Ex ruderibus urbis *Eski-Musul* crevit urbs nunc dicta *Mosul* ad oram occidentalem Tigris fluvii. Caput est præfecturæ *Mosul,* in *Diarbeck* provincia proprie dicta. *Tillem.*

[l] *Assyriæ*] Assyria tribus modis considerari potest. Primo Assyria, sub *Syriæ* nomine, aut vice versa, Syria, sub *Assyriæ* nomine, fuit regio Asiæ ad mare Syriacum, partem maris Mediterranei, et ad Euphratem Tigrinque fluvios. Hodie *Souria* vel *Soristan* regio, et *Diarbeck* regio late sumta, sub Turcico imperio Asiatico. Secundo modo *Assyria* fuit aliquando regio imperii Persarum sive Parthorum, ad Euphratem et Tigrin fluvios; hodie *Diarbeck* regio late sumta, &c. Tertio modo *Assyria* proprie dicta, regio minor, vel provincia Assyriæ regionis, et ad orientem Tigris fluvii: hodie *Arzerun,* vel pars regionis, *Curdistan, &c.* in Turcia Asiatica, et in finibus regni *Persiæ.* Ex Chartis et Tabulis Sansonis, &c. *Tillemon.*

[m] *Castellum insigne fama*] Attentum lectorem non fallet vitium. Quid enim? an ad *Ninon* postremum Darii cum Alexandro prælium fuit? Immo haud procul Arbela, apud pagum Gaugamelæ. Inseruerim ergo vocem, *sedes Assyriæ, et Arbelæ castellum insigne fama:* aut certe si satis intelligitur, addita copula, *sedes Assyriæ, et castellum.* Lips.

Castellum] Duo sunt hoc loco, *Ninos,* et *Castellum* illud *insigne fama:* duo sunt propugnacula, duobus locis diversis posita; quæ tum ex itinere oppugnata sunt a Meherdate.

Primum capta Ninos vetus sedes Assyriæ, dein et Castellum Arbela, quo loco profligatus olim Darius ab Alexandro.

Castellum] Legit Lipsius, *Arbela Castellum.* Fuit vero Arbela urbs Arbelitidis tractus, in Assyria regione; hodie in ruinis jacet. *Tillem.*

Castellum insigne fama] Forte, in-

drum prælio,[n] Persarum[o] illic opes conciderant. Interea Gotarzes, apud montem,[p] cui nomen *Sambulos*,[q] vota Diis

Persarum vires illic profligatæ erant. Interea Gotarzes Diis loci vota nuncupabat

Mss. et editionibus veteribus. At cum sint necessaria, ea merito supplevere Ryckius et Ernestus ex Ms. Agr. qui illa, ut videtur, ab eruditi alicujus viri

NOTÆ

telligit, fuisse olim Ninon urbem validissimam, et vetustissimam Assyriæ sedem, sed tunc fuisse castellum. Nihil tamen affirmo; nam potest fieri ut nomen castelli hic interierit; vel etiam non nominatum, sed præteritum sit a Tacito, ob celebritatem loci, et quia satis id designare videtur, cum ibi victum Darium asserit.

Castellum] Subintelligenda hic conjunctio *Et*, non tamen legenda; et id pro genio Taciti, qui conjunctiones spernit: nec difficile est distinguere inter urbem vetustissimam Assyriæ sedem, seu μητρόπολιν, et Castellum sic designatum.

Nec lege cum Lipsio, *Arbela*, sed tantum subintellige. In re quippe vulgatissima, non ascripsit nomen Tacitus, contentus illud designasse his verbis, *castellum insigne fama, quod postremo, &c.*

[n] *Prælio*] Anno Mundi 3723. anno 2. Olympiadis 112. Romæ conditæ 423. ante Christum natum 331. *Tillemon.*

[o] *Persarum*] Vide notas VI. 31.

[p] *Gotarzes, apud montem*] Vertunt, quasi in monte Castra posuisset. Hoc non dicit Tacitus, sed tantum *vota* suscepisse in monte; nam procul amotis hostibus, potuit facile discedere a Castris, et montem ipse ascendere cum paucis comitibus, et ibi vota suscipere.

Et cum ille mons summa religione esset, non forte ita commode situs fuit pro bello et expeditione. Forte pro opportunitate et otio, dum aberant hostes, vota suscipiebat Gotarzes Diis, et præcipue Herculi pro victoria obtinenda.

Apud montem] Erant in Oriente montes pro Diis, templis, et aris; sic mons Carmelus, ubi Diis operatus Vespasianus. Aliis populis luci et sylvæ pro delubris; arbores pro numinibus; secretum et solitudinem petebant, ut Deo vacarent.

Apud montem cui nomen Sambulos] Ut puto, talia vota, seu sacra faciebat Gotarzes, more priscorum regum Orientis, et more ipsius Mithridatis regis, qui ex magnis priscisque Persarum regibus originem ducebat. Hunc ritum descripsit accurate Appianus de bell. Mithridat.

'Ille vero (Mithridates) in Cappadocia, cum præsidia omnia Murenæ percurrisset, expulissetque, Jovi bellorum præsidi rem divinam fecit, patrio more in monte sublimi, colophonem seu fastigium aliud alio majus e lignorum strue componens.' Sic autem tota res agitur.

'Primi reges ipsi ligna afferunt, dein circumponunt in orbem alteram struem, seu congeriem ligni breviorem, et altiori quidem fastigio mel, lac, vinum et oleum et aromata omnis generis inferunt; inferiori vero strui apponunt cibos atque opsonia ad celebrandum convivium, quo astantes excipiunt: tale sacrificii genus faciunt ipsi reges Persarum apud Parsargadas. Mox accendunt ligni congeriem, quæ inflammata propter magnitudinem, procul et ad mille stadia multis mortalibus conspicitur, traduntque accenso flammis cœlo, ad

loci suscipiebat, præcipua religione Herculi:[4] qui, tempore stato,[5] per quietem monet Sacerdotes, 'ut, templum juxta, equos venatui adornatos sistant:' equi, ubi pharetras telis[6] onustas accepere, per saltus vagi, nocte demum, vacuis pharetris, multo cum anhelitu redeunt. Rursus Deus,[r] qua[7]

in monte, cui vocabulum Sambulos, sed *præcipua veneratione Herculis, qui certo et constituto tempore, in somnis præcipit sacerdotibus,* ut prope delubrum admoveant equos, venationi paratos: et *postquam equi acceperunt pharetras sagittis plenas, per sylvas palantes, nocte tandem revertuntur, exhaustis pharetris, multum*

conjectura accepit. *Brotier.* Omisit ea Gronovius.—4 Bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et Ernestus. Male editio princeps quam sequitur Gronovius, *præcipue religione Herculis.* Brotier.—5 Pichena ex Ms. Flor. Mss. Harl. Bodl. Jes. et veteres editiones *statuto.*—6 Sic Ms. Vatic. 1958. et Puteolanus. In Mss. 1863 et 1864. *telis omissis onustas;* unde quidam tentavere *telis omnigenis* aut *missilibus onustas.* Sed frustra. Pro *ubi* in Mss. Harl. et Jes. *ut.* Brotier.—7 Sic Pichena ex Ms. Flor. et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe *quas .... pererraverit.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *quas .... pererraverint.*

NOTÆ

multos dies, hue accedere neminem posse.'

Quantum patet ex verbis Appiani primi Reges per honorem, ut fere fit in omni ritu solenni, afferunt ligna, struemque in excelso monte componunt amplissimam altissimamque, juvantibus haud dubie ministris, postquam ipsi reges primi primum ligni fasciculum astruxere. In hoc supremo fastigio mox addensatæ sylvæ seu materiæ et strui lignorum affunditur mel, lac, vinum et oleum, et omne genus aromata ingeruntur, quibus abundat Oriens.

Dein infra illam molem, circumstruunt aliam in circulum minorem, ad quam epulantur omnes cum ipso rege, distinctis tamen locis pro sorte astantium. Post epulas, accendunt ignem, qui propter amplitudinem materiæ, et celsitudinem montis, ad multa millia populis conspicitur.

Cetera ignis perficit absumitque: nihil enim superest agendum regi aut aliis, qui ob vehementiam flammæ et vaporis, statim abscedere a monte coguntur.

Apud montem] Athen. 12. Phœnix Colophonius Poëta de Nino ita scribit, l. 1. Iamborum: 'Ninus vir quidam fuit, ut audio, Assyrius, qui auri mare possidebat, Et alia copiosius quam arena est Caspia. Astra nunquam vidit, nec forsitan id optavit; Ignem apud Magos sacrum non excitavit, Ut lege statutum est, Deum nec virgis attigit; Sacrificiis Deos non est veneratus,' &c.

Persarum Magi igne in montibus accenso, quod πυρητεῖα et πυρήϊα vocabant, fasciculos verbenarum, seu virgultorum manu tenentes, carmina sua et ἐπῳδὰς accinebant, et vaticinabantur. Strabo. Herodot.

q *Sambulos*] Montis nomen apud Tacitum XII. Annal. in Asia uspiam, circa Mesopotamiam. Ex Thesauro Geographico Ortelii. *Tillem.*

r *Rursus Deus*] Non mirum, si Parthi Deum venatorem colunt; maxime enim venatu oblectantur illi populi, et instar *justitii* est apud illos, si rex et Megistanes a venatu quandoque

sylvas pererraverit, nocturno visu demonstrat: reperiunturque fusæ passim feræ.

14. Ceterum Gotarzes, nondum satis aucto exercitu, flumine Corma[s] pro munimento uti: et, quanquam per insectationes et nuntios[t] ad prælium vocaretur, nectere moras, locos mutare, et missis corruptoribus, exuendam ad fidem hostes[1] emercari. Ex quis Izates Adiabeno,[2] mox Acbarus, Arabum cum exercitu, abscedunt, levitate gentili,[u] et quia experimentis cognitum est, barbaros malle Roma[3] petere Reges, quam habere. At Meherdates, validis auxiliis nudatus, ceterorum proditione suspecta, quod unum erat[4] reliquum, rem in casum dare, prælioque experiri statuit. Nec detrectavit pugnam Gotarzes, deminutis hostibus ferox.[v]

anhelantes. Iterumque Hercules nocturna specie ostendit loca, *qua saltus* ipse *percurrerit, inveniunturque belluæ passim stratæ.*

Porro Gotarzes nondum satis copiis firmatus, utebatur fluvio Corma pro vallo, et quamvis per convicia et nuntios ad pugnam provocaretur, trahere tempus, castra mutare, missis qui solicitarent, hostes præmio proposito corrumpebat, ut fidem mutarent. Ex quibus Izates Adiabenus, dein Abbarus Arabum rex, *cum copiis suis abeunt, mobilitate nationi ingenita atque insita; et quia experientia compertum est, Parthos malle ex urbe postulare reges, quam habere. At Meherdates firmissimis copiis exutus, reliquorum suspecta fraude, quod unum supererat, summam belli fortunæ committere, ac prælio decernere statuit. Et ultro pugnandi copiam fecit Gotarzes, hostium abscessu audacior. Et pugnatum utrimque ingenti strage, et*

1 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. et editiones omnes veteres. Cl. Ernestus *hostem.*—2 Plerumque legitur *Adiabenus.* Sic Gronovius, Ryckius, Brotierus et Homerus. — Videtur scribendum *Adiabeno*, ut subintelligatur ex proximo *cum exercitu;* quæ sententia J. F. Gronovii. Ante enim h. l. c. 13. 'permeant Adiabenos, quorum rex Izates.' *Ryckius.*—3 Sic Ms. Reg. et Puteolanus. In Mss. Jes. Guelf. Herbip. et editione principe *Romam.*—4 Omise-

NOTÆ

abstinent. Hinc forte superstitionis origo et sacerdotum somnia, seu vera, seu falsa.

[s] *Corma*] Fluvius hic ex Tacito circa Assyriam aut Armeniam fuisse videtur. Ex Thesauro Geographico Ortelii.

[t] *Nuntios*] Nempe per tubicines et cornicines, pro more militiæ.

[u] *Levitate gentili*] Id est, pro ingenio gentis Arabum, quæ levis et fluxa fide: pro levitate, quæ a natura tali genti innata ac insita est.

[v] *Deminutis hostibus ferox*] Ex his verbis colligi potest, reges Adiabenum et Abbarum abscessisse domum; non in castra Gotarzis; ita ut neutrarum partium jam essent; quod missis corruptoribus emercatus erat Gotarzes. Erant tantum hi socii, aut stipendiarii Parthorum. Itaque abscedunt, belli exitum e longinquo speculaturi.

Concursumque magna cæde et ambiguo eventu: donec Carrhenen, profligatis obversis longius evectum,[w] integer a tergo globus circumveniret. Tum omni spe perdita, Meherdates, promissa Parrhacis, paterni clientis, secutus, dolo ejus vincitur, traditurque victori. Atque ille, 'non propinquum, neque Arsacis de gente,[x] sed alienigenam et Romanum,' increpans, auribus decisis vivere jubet, ostentui clementiæ suæ, et in nos dehonestamento. Dein Gotarzes morbo obiit, accitusque in Regnum Vonones, Medos[5] [y] tum præsidens. Nulla huic prospera aut adversa, quis memo-

ancipiti exitu: donec a tergo agmen a pugna integrum circumdaret, interciperetque *Carrhenem, qui fusis stratisque qui sibi adversabantur, longius irruperat. Tum spe omni amissa, Meherdates fidens promissis Parrhacis clientis paterni, fraude ejus in vincula conjicitur, dediturque victori. Atque ille objurgans victum*, quasi neque cognatus esset, neque de stirpe Arsacis, sed extraneus et Romanus, *amputatis auribus, vivere eum sinit*, velut *in exemplum lenitatis suæ, et in nos infamiæ. Dein Gotarzes morbo interiit, vocatusque* est *ad imperium Vonones, qui tum Medis præerat. Nullæ huic secundæ res aut prosperæ quibus celebraretur; brevi regno nec*

runt *erat* Brotier. et Homer.—5 *Medis* omnes ferme Mss. et editiones veteres. Pichena e Ms. Flor. *Medos*. Brotier. et Homer. retinent *Medis*.

NOTÆ

[w] *Longius evectum*] Quod non imperatoriæ prudentiæ fuit in tali duce, præcipue qui rem haberet cum equitibus et sagittariis Parthorum, qui per *frontis tergique vices* statim redeunt, cum terga verterint, redintegrantque pugnam, et sic sæpe bella profligant.

Attamen ille *globus integer* a pugna, *subsidiarius* haud dubie fuit; quo in genere copiarum maximum belli momentum, si stent, aliis pulsis, et pugnam suscipere velint.

Quod video fere Romanis in usu fuisse, ut legiones fortissimas velut in subsidiis haberent, vel victoriæ pugnantium testes, vel si pellerentur, vindices; ita ut virtute sola et sanguine sociorum sæpe vincerent hostes.

[x] *Neque Arsacis de gente*] Video id fere objectum hisce principibus, quoties ut ignavi aut degeneres spernerentur. Sic alibi apud Tacitum l. VI. 'Materno genere Arsacidam, cetera degenerem' increpant.

Forte *materno genere* ille *Arsacida* dicitur, quia certe ex matre Arsacida procreatus erat, sed quæ talem filium ex principe vere Arsacida non suscepisset, sed spurium partum edidisset.

Vel sic omnes infelices, aut ignavos increpabant; quasi animo degeneres, simul et a stirpe et origine Arsacis deflexissent, aut saltem tali nomine indigni censerentur.

[y] *Medos*] Media regio imperii Persarum sive Parthorum, ad mare Caspium. Hodie *Kilan* et *Adirbeitzan* provinciæ integræ, et pars provinciæ *Erak-Atzen*, in regno Persiæ hodierno. Ex Chartis Sansonis. *Tillemon.*

Medos præsidens] Non rector, sed rex Medorum fuit, pro more regis magni regna fratribus distribuendi.

raretur: brevi et inglorio imperio perfunctus est; resque Parthorum in filium ejus Vologesen translatæ.

15. At Mithridates[z] Bosphoranus,[a 1] amissis opibus[b] vagus, posteaquam Didium, Ducem Romanum, roburque exercitus[c] abisse[2] cognoverat, relictos in novo Regno, Cotyn, juventa[3] rudem, et paucas cohortium, cum Julio Aquila, Equite Romano; spretis utrisque, concire nationes, illicere perfugas: postremo, exercitu coacto, regem Dandaridarum[d] exturbat Imperioque ejus potitur. Quæ ubi cognita, et jam

illustri defunctus est; imperiumque Parthorum transmissum est ad filium ejus Vologesen.

At Mithridates Bospori rex, amisso regno palabundus, cum comperisset Didium ducem Rom. et validissimas copias abscessisse, relictosque in novo regno Cotyn juvenili ætate ignarum, et paucas cohortes cum Julio Aquila equite Rom. contemtis utrisque, cœpit concitare gentes, allicere transfugas: tandem collecto exercitu, ejicit regem Dandaridarum, et regnum ejus occupat. Quæ postquam comperta sunt, *et*

1 Græcis Βοσπορανός. In Mss. Latinis *Bosphoranus*. Nihil ergo mutaverim ut scribatur *Bosporanus*, *Bosporus*. Sic, si Græcorum usus obtineret, scribendum foret *Mithradates*. Passim enim in nummis ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ. Sæpe etiam in Mss. Latinis *Mithradates*. Brotier.—2 Ita Mss. Vatic. et ex usu vetere. Alii *abiisse;* et sic Gronovius et Ryckius.—3 Amicus malebat:

NOTÆ

[z] *Mithridates*] Dio Mithridatem quendam nominat, prolem magni illius; cui Claudius regnum Bosphori largitus sit, libro LX. Sed is alius debet fuisse ab isto. *Lipsius.*

[a] *Bosphoranus*] Bosphorani populi Sarmatiæ Europææ et Asiaticæ ad Bosphorum Cimmerium.

Hodie pars *Tartariæ partæ* et *Circassiæ*, ad fretum *Kerci* vel *Caffa*. Tillemon.

[b] *Amissis opibus*] Id est, *regno* Bosphori, quod ejus fratri Cotyï dederant Romani.

[c] *Roburque exercitus*] Puto, legiones; et illæ *paucæ cohortes*, quæ relictæ erant cum Julio Aquila, erant tantum, vel vexillarii legionum, vel *cohortes* auxiliares, vel *cohortes* quædam Romanorum, quæ separatæ militabant eo ævo.

Ita ut illæ cohortes, partim Romanæ, partim auxiliares essent. Et infra c. 17. cum dicit Tac. *Præfectum cohortis* occisum, intellige de cohorte auxiliarium; nam *Præfecti* illi, non *Tribuni*, vocabantur, qui cohortibus his auxiliarium præerant.

Et cum dicit ibid. 'plerisque centurionum interfectis,' hoc proprie sumi debet de cohortibus Rom. legionariis; nisi forte auxiliares illi Romanis armis Romanaque disciplina instituti essent. Attamen *Centuriones* etiam dicti in Cohortibus auxiliarium, ut et inter Classiarios et Urbanas cohortes, quæ ex libertinis.

[d] *Dandaridarum*] Dandarii populi Mæotarum populorum, circa Mæotin paludem, in Sarmatia Asiatica. Hodie pars *Circassiæ*. Ex Chartis Gullel. Sansonis. *Tillemon.*

jamque Bosphorum[e] invasurus habebatur, diffisi propriis viribus Aquila et Cotys, quia Zorsines, Siracorum[4] Rex,[f] hostilia resumserat,[h] externas et ipsi gratias quæsivere, missis legatis ad Eunonen, qui Adorsorum[5][i] genti præcelle-

quia statim irrupturus Bosporum existimabatur, parum fidentes propriis copiis Aquila et Cotys, quia Zorzines rex Soracorum ad hostes rursus defecerat, externas et ipsi copias excivere, missa legatione ad Eunonem, qui præsidebat genti Adorsorum.

---

juventæ.—4 Ante hic legebatur *Soracorum.* Cod. Flor. habet, *Syracusorum.* et paulo post, *Seracos.* Meus: *Seracosiorum.* et *Seracos.* Reg. et Farn. *Siracusorum:* ex qua inconstantia de mendo constat. Scribendum autem cum Lipsio *Siracorum.* Straboni enim Σίρακες appellantur l. XI. populi Achardeum fluvium, qui e Caucaso fluens in Mœotim exit, accolentes, ea potentia, ut temporibus Pharnacis viginti millia equitum auxilio ipsi miserint. Ptolemæus vocat Σηρακηνούς. *Ryckius.* Perperam in Mss. *Syracusorum rex.* Alias populos illos vocant *Seracos, Soracos.* Brotier.—5 Prave appellantur in Mss. *Adhorsci, Adorsi, Adversi.* Sunt *Aorsi* quos memorat Plinius, VI. 16. *Brotier.* Servant igitur Brotier. et Homer. *Aorsorum;* et sic alibi.—Ante hic scribebatur *Adorsorum.* Sed cum Strabo d. l. τὰ τῶν Σιράκων καὶ Ἀόρσων φῦλα, atque ita

NOTÆ

[e] *Bosphorum*] Bosphorus Cimmerius, fretum inter Sarmatiam Europæam et Asiaticam, et quo Mæotis palus et Pontus Euxinus simul junguntur.

Hodie *Kerci* vel *Caffa,* inter parvam Tartariam et Circassiam regiones, et *Limen* seu mare *de Zabache* et mare Nigrum seu Majus. *Tillemon.*

[f] *Zorsines, Siracorum Rex*] Vulgo *Soracorum;* Farnes. *Siracusorum.* Vera scriptura, *Siracorum.* Nam et a Strabone l. XI. Τὰ τῶν Σιράκων φῦλα dicuntur. Populi sunt ad Caucasum. *Lipsius.*

In propriis iis gentium nominibus non admodum laborandum; aliter enim pronuntiant Latini et scribunt, aliter Græci auctores: sufficiunt nobis præcipuæ syllabæ quædam, ex quibus esse eadem nomina agnoscantur.

[5] *Siracorum*] Soraci, vel Siraces, et Siraceni, natio Amazonum populorum, ad fluvium Achardæum, et versus Mæotin paludem, in Sarmatia Asiatica.

Hodie pars *Circassiæ* ad occidentem. Ex Strabone l. XI. et Chartis Nic. Sanson. *Tillemon.*

[h] *Hostilia resumserat*] Dum ingruebat Didius, et robur exercitus Rom. continuit se, Zorsines vi et metu cohibitus. At ablato metu, remotoque exercitu Rom. statim 'hostilia resumserat' causa sua.

Forte ut miseratione pulsi Mithridatis: nam *similitudo fortunæ* sæpe conciliat invicem reges, et *habent* illi sæpe *in consilio fortunam suam,* ut et ceteri mortalium.

[i] *Adorsorum*] Adorsi, vel Aorsi, populi ad Tanaim fluvium, et versus Siraces populos. Ex Strabone l. II. p. 506. *Tillemon.*

Adorsorum genti] Straboni, Plinio, Ptolemæo, hi populi dicti, Aorsi: inter Scythas. *Lipsius.*

Quis non videt id discrimen oriri ex diversa pronuntiatione? et ut est pronuntiatio, ita et scriptura: quod clare experiuntur, qui plures linguas didicere.

bat.[j] Nec fuit in arduo societas, potentiam Romanam[k] adversus rebellem Mithridaten ostentantibus. Igitur pepigere, 'equestribus præliis Eunones certaret: obsidia urbium Romani[l] capesserent.'

16. Tum composito agmine incedunt: cujus frontem[m] et terga Adorsi, media cohortes et Bosphorani tutabantur, nostris in armis.[n] Sic pulsus hostis, ventumque Sozam,

Nec difficile fœdus fuit, cum vim Romanam adversus perduellem Mithridatem demonstrarent. Itaque constituere inter se, ut Eunones equestri agmine dimicaret; Romani *vero* obsidiones oppidorum susciperent.

Tum ingrediuntur ita ordinato exercitu, ut primum et postremum agmen defenderent Adorsi, medium cohortes Rom. *et Bosporani tuerentur, nostro more armati. Sic fusus hostis, veneruntque* nostri *Sozam urbem Dandaricæ, quam relictam a*

aliis pariter vocentur, et scriptura Codd. calamo exaratorum a vulgata abeat (Reg. enim *Adhorscorum*. Meus, *Adorscorum*. Flor. paulo post *Aduorsorum*) nomen hujus gentis apud Tacitum juxta scripturam apud alios occurrentem reformavi. *Ryckius.*

NOTÆ

[j] *Præcellebat*] Puto fuisse vere principem Adorsorum: nam rex Mithridates ad eum confugiens, 'regiam ingreditur, genibusque ejus provolutus,' et eum potissimum adhibet veniæ petendæ gratia a principe Claudio; ad quod obtinendum dignitas auctoritasque principis necessaria fuit; et cum ipse Eunones sic loquitur, 'magnarumque nationum regibus,' &c. de se id intelligit.

[k] *Potentiam Romanam*] Ratio fuit, quia cum tali potentia nihil metuendum bellanti regi adversus spoliatum principem; immo sic et suas opes regnumque augere potuit tale subsidium, talisque societas decori fuit Regulo, etiam si cetera abessent.

[l] *Obsidia urbium Romani*] Quia astus oppugnationum apprime sciebant illi, et barbari talium rudes erant.

[m] *Cujus frontem*] In prima et postrema acie Adorsi; nempe ducebant claudebantque agmen iidem Adorsi: in media acie, seu in medio agmine cohortes Rom. et Bosphorani locati; qui nostra militia, id est, disciplina Rom. et armis instituti militabant.

Cujus frontem] Cujus agminis frontem et terga tutabantur Adorsi, utpote equestres copiæ; *media* cohortes Romanæ nempe, simul et Bosphorani nostris armis et nostro more instructi, Romano nempe.

[n] *Nostris in armis*] Forte legendum *nostris armis*, ut dicat, Bosphoranos Romano ritu instructos armatosque: quod malo. *Lipsius.*

Non alii hic Romani, quam *cohortes* ipsæ quæ Romanæ, et in media acie stabant cum Bosphoranis, qui iisdem armis utebantur.

Nostris in armis] Id est, Bosphoranos, quia una cum Romanis militabant, Romano etiam ritu fuisse armatos et instructos.

Idem fere dixit l. II. 'ut Tacfarinas lectos viros, et Romanum in modum armatos, castris attineret:' l. III. 'Quadraginta millia (id est Gallorum) fuere, quinta sui parte legionariis armis.'

Hist. l. III. 'Mox donati civitate Romana, signa armaque in nostrum

oppidum Dandaricæ, quod desertum a Mithridate, ob ambiguos[o] popularium animos obtineri, relicto ibi præsidio, visum. Exin in[1] Siracos pergunt, et transgressi amnem Pandam, circumveniunt urbem Uspen, editam loco, et mœnibus ac fossis munitam; nisi quod mœnia, non saxo,[p] sed cratibus et vimentis,[2] ac media humo, adversum irrum-

Mithridate, ob dubiam illius gentis fidem occupari, posito ibi præsidio, statuerunt. Dein petunt Soracos, et cum trajecissent fluvium Pandam, obsident urbem Uspen, arduam situ, et muris fossisque circumdatum; nisi quod muri, non lapide, sed cratibus et viminibus, ac interjecta terra, parum firmi erant adversus invadentes: erec-

1 Præpositionem omittunt Mss. Vatic. 1863. Reg. et editiones veteres: habent Mss. Vatic. 1864 et 1958. et recentiores.—2 Vice *et vimentis* Brotierus habet *revinctis*, et sic lectionem defendit: Mss. Flor. Vatic. Reg. Cl. Ernestus et Lallemand, *cratibus et vimentis*. At *vimentis* vox est Romanis ignota. Ms. Corb. et editio princeps *cratibus ac jumentis*. Ms. Bud. *cratibus vinctis ac vimentis*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus *cratibus junctis*. In tanta scriptorum et editorum librorum varietate opinor Tacitum scripsisse *cratibus revinctis*. Sic Cæsar, *de Bell. Gall.* VII. 23. ait muros Gallorum construi trabibus perpetuis directis in longitudinem, 'quæ revinciuntur introrsus, et multo aggere vestiuntur.' Idem Cæsar, IV. 17. pontem supra Rhenum exstruxit, 'bipedalibus trabibus immissis in contrariam partem revinctis. Hæc directa materia injecta contexebantur, ac longuriis cratibusque consternebantur.' *Brotier.* *Et vimentis* habent Codd.

NOTÆ

modum, desidiam licentiamque Græcorum retinebant.' *Pichena.*

Nostris in armis] Clar. Harlæus vertit, *omnes fuisse instructos armis Romanis;* sed errat. Nec enim verisimile est, Adorsos, qui externi prorsus erant, forte tantum socii in hoc bello, et hactenus ignoti, militasse in armis Romanis.

Itaque *Adorsi* erant, ut puto, barbaro cultu et suis armis; at illæ *cohortes* quæ *mediæ* hic, cum essent aliæ Romanæ, aliæ auxiliares, meruerunt *armis Romanis*, ut et ipsi *Bosphorani*, qui pridem inserviebant populo Romano.

Et exinde patet, quam periculosum sit addere sensui Taciti, et illum quasi per vim extendere: nam non dicit, *omnes*, et id ex suo addit interpres perperam.

Nostris in armis] Sic quandoque socii et auxiliares instituti militia Rom. et in id appositus vetus militiæ centurio cuilibet cohorti.

[o] *Quod desertum a Mithridate, ob ambiguos*] Ea Taciti verba *ambigua*, ut et animi illi *popularium*.

Nam possit dici, desertum esse oppidum a Mithridate, *ob ambiguos popularium animos*, et *obtineri*, a Romanis *relicto ibi præsidio, placuisse*, ob eandem causam: nempe, quia fides oppidanorum *ambigua* esset.

Certius tamen est, relictam urbem hanc a Mithridate, vi et metu Romanorum invadentium; et præsidium ibi impositum a Romanis fuisse, *ob ambiguos popularium animos*, et quia ipsis diffiderent.

[p] *Mœnia, non saxo*] Itaque moles et agger fuit circa urbem, potius quam murus: sed bene Tac. *mœnia*, per quæ intelliguntur cujusque generis munimenta. Unde et forte deducta vox, *mœnia*.

pentes invalida erant: eductæque altius turres,[q] facibus atque hastis turbabant obsessos: ac, ni prælium nox diremisset, cœpta patrataque expugnatio eundem intra diem foret.

17. Postero[1] misere legatos, 'veniam liberis corporibus' orantes:[2 r] 'servitii decem millia[s]' offerebant: quod aspernati sunt victores, quia trucidare deditos[t] sævum, tantam multitudinem custodia cingere arduum: belli potius[u] jure

tæque altius muris *turres, tædis telisque jam propugnatores deturbabant: ac nisi certamen nox separavisset, eadem die obsidio incepta atque profligata foret.*

Postridie miserunt oratores, vitam ingenuis civibus *rogantes; et* decem millia servorum *præbebant: quod sprevere victores, quia crudele* videbatur, *interficere eos, qui se fidei permitterent,* et *difficile* erat, *tantam numero plebem in custodia ha-*

Flor. Reg. et Meus. Sed cum τὸ *vimentum* apud alium, quod sciam, auctorem, non reperiatur, Rhenanus, *vinctis sarmentis,* hic tentabat; amicus, *fimetis.* Sed cum analogia vocis hujus civitati non repugnet, nihil temere mutandum censeo: uti enim a *stramen stramentum,* a *spiramen spiramentum,* sic a *vimen vimentum.* Vult igitur mœnia facta e cratibus et viminibus interjectam terram habentibus. *Ryckius.*

1 In Mss. et veteribus editionibus *postremo.* Melius *postero.* Brotier.— 2 Sic Ms. Vatic. 1958. et Puteolanus. In Mss. Vatic. 1863 et 1864. et editione principe *exorantes.*

NOTÆ

[q] *Turres*] Id est, e turribus immissæ faces et hastæ, propugnatores turbabant.

[r] *Veniam liberis corporibus orantes*] Per *veniam,* intelligo vitam simul et libertatem: alioqui frustra diceret, *liberis corporibus veniam, &c.* Et quo consilio offerrent decem millia servorum, si et ipsi simul in servitutem traderentur?

Quantus fuerit numerus civium et liberorum capitum hinc colligere difficile est: ingentem numerum indicat Tacitus; forte superabant numerum servorum. Olim tamen Athenis erant viginti millia liberorum civium, et quadringenta millia servorum; quia opes in mancipiis, quasi in pecoribus et armentis, positas habebant.

[s] *Servitii decem millia*] Quæ offerebant velut in pretium salutis et vitæ quam rogabant. Et certe non spernendæ illæ opes, ut in tanto numero servorum, si et vincere hostem simul et prædam illam servare potuissent.

[t] *Deditos*] Intellige non modo de servis quos offerebant, sed de ipsis liberis corporibus; nam hac conditione se dedere volebant, oblatis nempe decem millibus servorum.

Et ne mireris tot esse trucidatos. Id sæpe sic usurparunt Romani: impuberes aliquando, et mutas ipsas animantes trucidarunt, ut sic majorem hosti terrorem inferrent.

[u] *Belli potius*] Pendet sensus ex his verbis supra: *quod aspernati sunt victores,* nempe, *ut belli potius jure caderent:* ideoque oblatas conditiones sprevere, *quia trucidare deditos sævum, &c.*

caderent. Datumque militibus, qui scalis evaserant, signum cædis. Excidio Uspensium metus ceteris injectus, nihil tutum ratis, cum arma, munimenta, impediti vel eminentes loci, amnesque et urbes juxta perrumperentur. Igitur Zorsines, diu pensitato, Mithridatisne rebus extremis, an patrio Regno consuleret; postquam prævaluit gentilis utilitas, datis obsidibus, apud effigiem Cæsaris procubuit,[v] magna gloria exercitus Romani, quem incruentum[3] et victorem, tridui itinere abfuisse ab amne Tanai[w] constitit. Sed in regressu dispar fortuna fuit; quia navium quasdam, quæ mari remeabant, in littora Taurorum[x] delatas circumvenere

bere: placuit, *ut jure belli potius conciderent. Datumque signum occidendi militibus, qui scalis* muros *superaverant. Expugnata Uspe, terror ceteris incussus, nihil tutum existimantibus, cum perinde penetrarentur arma, propugnacula, infesti, iniqui, vel editi loci, fluminaque et oppida* perinde facile expugnarentur. *Itaque Zorsines diu cogitato, an provideret desperatis rebus Mithridatis, an patrio imperio; postquam præpolluit utilitas propria, datis obsidibus, imaginem Cæsaris adoravit, ingenti decore exercitus Romani, quem constat incolumem et victorem, non longius abfuisse a flumine Tanai, quam trium dierum itinere. Sed in reditu dissimilis fortuna fuit; quippe barbari intercepere quasdam naves, quæ pelago revehebantur, cum*

3 Sic Ms. Vatic. 1958. et Puteolanus. In Mss. Vatic. 1863. et 1864. et editione principe *invictum et victorem.*

NOTÆ

[v] *Apud effigiem Cæsaris procubuit*] Romani primo *fœni manipulis*, pro *vexillo*, usi sunt: deinde *signo Aquilæ, Lupi, Minotauri*, ut alia omittam. Postremo imperatorum imagines pro signis et vexillis habuerunt; et qui eas ferebant, *imaginarii* dicebantur.

Inde ait hoc loco Tacitus, Zorsinem ad imaginem Cæsaris procubuisse. Et l. xv. Tiridatem apud effigiem Neronis insigne regium deposuisse, nec nisi manu Neronis resumsisse. Et paulo post: 'sedes effigiem Neronis sustinebat.' Sueton. in Calig. c. 14. 'Transgressus Euphratem, Aquilas, et signa Romana, et Cæsarum imagines adoravit.' *Lupanus.*

Distingue inter *imagines Cæsarum*, et *effigiem* illam quæ in sede *curuli.*

[w] *Tanai*] *Tanais*, fluvius Sarmatiæ Europææ et Asiaticæ, in Mæotin paludem se exonerat.

Hodie vocatur *Don*, vel *Tana:* labitur per Moscoviam, et cadit in *Limen* seu mare *de Zabache.* Tillemonius.

A Tanai] Sic observat Tacitus; quia fluvius hic Europæ terminus et Asiæ, longe ultra fines imperii Rom. etiam et ultra reges omnes inservientes perlabitur.

[x] *Taurorum*] Tauri Scythiæ populi, vel Taurica Chersonesus peninsula Scythiæ parvæ vel Europææ, ad Mæotin paludem, et ad Pontum Euxinum.

Hodie *Crimski*, vel *Tartares du Crim*, aut *de Perecop*, in parva Tartaria, sub clientela Turcarum. Ex Chartis Geographicis Sansonis. *Tillemonius.*

barbari, præfecto cohortis et plerisque Centurionum[4 y] interfectis.

18. Interea Mithridates, nullo in armis subsidio, consultat, cujus misericordiam experiretur. Frater Cotys, proditor olim, deinde hostis, metuebatur: Romanorum nemo id auctoritatis[z] aderat, ut promissa ejus magni penderentur.

in oras Taurorum impulsæ essent; et præfectum cohortis ac plerosque centurionum interemerunt.

Interea Mithridates, omni spe armorum amissa, deliberat, cujus misericordiam tentaret. Frater Cotys perfidus olim, dein hostis, timebatur: nemo Romanus præsens qui *ea auctoritate* polleret, *ut promissiones ejus magni haberentur. Ad Eu-*

4 Ita Rhenanus ex Ms. Bud. Mss. Vatic. Oxon. editiones veteres *plerisque consularium:* quidam *consiliarium.* Conjectavere Lipsius *auxiliarium*, Pichena *classicorum*, N. Heinsius *communipularium*, J. Gronovius *contubernalium.* Placet *centurionum*, quod, ut Cl. Ernesto observatum, præcipua in cladibus centurionum mentio. Scilicet occisis ducibus, prævaluere barbari. *Brotier.*

NOTÆ

y *Plerisque Centurionum*] A Rhenano est, ex emendatione, ut ait, codicis Bud. Nam mei manuss. itemque editiones antiquæ, *plerisque consularium*, quidam *consiliarium.* Verum puto, *auxiliarium.* Nam præit de Præfecto cohortis. *Lipsius.*

Plerisque Centurionum] Recte *Centurionum.* Ut conditio militiæ distingueretur, distinguebantur nomina præpositorum: sic *Tribunus* dicebatur, qui mille *legionariis* præerat; *Chiliarchus*, qui mille classiariis; et *classiarii* illi erant deterioris conditionis, quam *legionarii.* At *Præfectus* dicebatur, qui *auxiliaribus* præerat.

Centuriones apud *legionarios* erant; etiam et *Centuriones* apud *classiarios.* Quidni et *Centuriones* fuere etiam apud *auxiliares?* Et haud dubie, *Centuriones* qui hic occisi, *Centuriones* erant ejusdem cohortis, cujus *Præfectus* occisus erat, nempe cohortis auxiliarium.

Quod innuitur per ea verba *Præfectus cohortis*, quæ de solis *auxiliaribus* intelliguntur.

Centuriones classiariorum fuisse, patet ex Tac. l. XIV. ubi describit cædem Agrippinæ: 'Respicit Anicetum Trierarcho Herculeo et Oloarito Centurione classiario comitatum.'

Hic tria nomina distinguit Tacitus, pro munere et potestate cujusque. Anicetus dicitur *Præfectus classis* apud Misenum; Herculeus *Trierarchus*, id est, Triremi præpositus; Oloaritus *Centurio classiarius.*

Et hic est Centurio, qui Agrippinam interemit: 'in mortem Centurioni ferrum distringenti, protendens uterum, Ventrem feri, exclamavit.' Classiarii etiam infra sortem auxiliarium.

Plerisque Centurionum] Sic alibi Tac. in simili casu: unum est quod repugnat, nempe, quod *Præfectus* ibi nominetur, qui auxiliaribus præerat.

Plerisque auxiliarium] Si vox *auxiliarium* sit ex Ms. probari potest: et fere idem est; nam *Centuriones* illi et ipsi *auxiliares.*

z *Nemo id auctoritatis*] Sed procurator Ponti aderat; at non tanti fuit talis procurator, qui nequidem Præ-

Ad Eunonen convertit, propriis odiis non infensum,[1] [a] et recens conjuncta nobiscum amicitia validum. Igitur cultu vultuque[b] quam maxime ad præsentem fortunam comparato, regiam ingreditur, genibusque ejus provolutus, 'Mithridates,' inquit, 'terra marique Romanis per tot annos quæsitus, sponte adsum. Utere, ut voles, prole magni Achæmenis, quod mihi solum hostes non abstulerunt.'

19. At Eunones claritudine viri, mutatione rerum, et

nonem respexit, nullis propriis inimicitiis infestum, et nuper pacta nobiscum societate præpollentem. Itaque domum regis intrat, vesteque et facie quam maxime ad præsentem calamitatem accommodata, et ad pedes ejus procumbens, Mithridates, *inquit,* terra marique investigatus Romanis per tot annos, ultro veni ad te. Age, ut libitum erit, cum nepote magni Achæmenis, quod unum mihi non ademerunt hostes.

Sed Eunones commotus nobilitate viri, vicissitudine rerum humanarum, *et prece*

1 Ita edidi ex Ms. meo. Editiones priores, aliæ, *convertit (nullis) propriis odiis infensum;* addito τῷ nullis ad sensum explendum: aliæ, *convertit propriis odiis infensum,* sensu nullo. *Ryckius.* Negatio abest a Mss. et editionibus veteribus. J. Gronovio placuit *inoffensum.* Brotier.

NOTÆ

torius, ut puto; nam illi infra *insignia consularia* decernuntur, sed extra ordinem.

At cum Adorsis societatem inierant, idque auctoritatis habuerant; ita certe, sed eam approbaverant Cæsari, missis literis; et majoris fuit momenti Mithridati, cuinam confideret, seque permitteret.

Habes similem prorsus locum apud Tac. l. XII. 45. 'Mithridatem compulit in castellum Gorneam, tutum loco ac præsidio militum, quis Cælius Pollio Præfectus, Centurio Casperius præerat.' Nota τὸ *Præfectus,* quo indicat Tac. milites illos *auxiliares* fuisse, quibus et præerat *centurio.*

[a] *Propriis odiis non infensum*] Vulgo *non* abest; sed Franc. Modius ex Rodolphi Agricolæ codice negationem inserit, *non infensum.* Quod approbo. Non enim Eunones a se Mithridatem oderat, sed in gratiam aspectumque Romanorum. *Lipsius.*

Propriis odiis infensum] Si vetus inter eos erat offensa, non id prætermisisset Tacitus monere, cum scriberet, Eunonem missis legatis solicitatum: 'nec fuisse in arduo societatem, potentiam Romanam ostentantibus.' Sola igitur potentia Romana momentum apud Eunonem habuit; non privatum ejus odium in Mithridatem.

Sed et verba Mithridatis, quæ subjiciuntur, aliquam deprecationem τοῦ μνησικακεῖν habuissent, si qua re antea Eunonem offendisset. Compara Themistoclis orationem ad regem Persarum. Excidit igitur haud dubie vox, sive fuerit, *propriis odiis non offensum,* sive *propriis odiis nullis offensum,* ut viri docti videre. *Gronovius.*

Odiis] Forte *propriis odiis haud infensum.*

[b] *Vultuque*] Nempe, vultum squallore et pædore obsitus; ut in summo mœrore et adversa fortuna decuit; sic misericordiam aspicientium commoturus.

prece haud degenere[c] permotus, allevat supplicem, laudatque, ‘quod gentem Adorsorum, quod suam dexteram petendæ veniæ delegerit.’ Simul legatos literasque ad Cæsarem in hunc modum mittit: ‘Pop. Romani Imperatoribus, magnarumque nationum Regibus, primam ex similitudine fortunæ amicitiam:[d] sibi et Claudio, etiam communionem[1] victoriæ esse. Bellorum egregios fines, quotiens ignoscendo transigatur.[e] Sic Zorsini victo nihil ereptum. Pro Mithridate, quando gravius mereretur, non potentiam, non[2] Regnum precari! sed ne triumpharetur,[f] neve pœnas capite[g] expenderet.’[3]

haud rege indigna, erigit supplicem, laudatque, quod elegerit nationem Adorsorum, quod suam fidem rogandæ veniæ *imploraverit. Simul mittit oratores et epistolas ad Cæsarem, in hanc sententiam:* Populi Romani principibus, amplissimarumque gentium regibus, primam ex similitudine fastigii necessitudinem; sibi et Claudio etiam victoriæ societatem esse. Felices *esse* bellorum exitus, quoties parcendo componuntur. Sic Zorsini superato nihil ademtum *fuisse*. Pro Mithridate, quandoquidem graviori pœna dignus esset, non rogare opes, neque regnum; sed ne in triumphum duceretur, aut ne vitam amitteret.

1 Ita fere omnes Mss. et editiones veteres; atque ex usu Taciti, qui orationis varietate merito delectatur. In Ms. Vatic. 1864. et quibusdam editionibus *ex communione*. Idem.—2 Sic Ernestus ex Ms. Guelf. Ac certe vivide et eleganter. In ceteris Mss. et editionibus veteribus, *neque regnum*, quod servant Gronov. et Ryckius.—3 Cod. meus *excipere:* unde amicus forte *exigerent*. Ryckius.

NOTÆ

[c] *Prece haud degenere*] Quia regii fastigii memor; et quia sic precabatur, ut tamen regem se fuisse meminisset; nihil, quod infra amplitudinem regiam esset, locutus.

[d] *Primam ex similitudine fortunæ amicitiam*] Quasi diceret: præter illam amicitiam, quæ ex similitudine fortunæ oritur inter imperatores Rom. et magnarum nationum reges, alia mihi etiam amicitiæ ratio est cum Claudio principe, nempe communio victoriæ; quia, societate facta, eundem nos hostem superavimus.

Fortunæ] Cic. pro Lege Manil. ‘Magnis adventitiis multorum regum et nationum copiis juvabatur. Hoc jam fere sic fieri solere accepimus, ut regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciant ad misericordiam, maximeque eorum, qui aut reges sunt, aut vivunt in regno, quod regale iis nomen magnum et sanctum esse videatur.’

[e] *Transigatur*] Alii *transigantur:* sed perinde est.

[f] *Ne triumpharetur*] Attamen species *triumphi* usurpata, cum *ostentui* populo Rom. pro Rostris exhibitus est: sed *cui bono* principis deditio illa, qui amisit opes, regnum, forte et reciperandi spem omnia?

Attamen rex profligatus omni modo, aut occidi a Romanis, aut in exilio a quocumque interfici potuit.

Sic deditus, tamen veniam et pa-

20. At[1] Claudius, quanquam nobilitatibus externis mitis, dubitavit tamen, accipere captivum pacto salutis, an repetere armis rectius foret. Huc[2] dolor injuriarum,[h] et libido vindictæ adigebat.[3] Sed disserebatur contra: 'Suscipi bellum avio itinere, importuoso mari: ad hoc Reges feroces; vagos populos,[i] solum frugum egens: tum tædium ex

Et Claudius, quamvis in reges extraneos lenis, deliberavit tamen, an satius foret accipere captivum regem *conditione veniæ, an bello repetere. Huc impellebat dolor injuriarum et cupido ultionis: sed contra opponebatur;* Capessi bellum difficili regione, inaccesso mari: præterea reges immanes, palabundos populos, agros frumenti steriles esse: tum molestiam ex cunctatione, discrimina ex festina-

1 Sic Ms. et editiones veteres. Quædam recentiores *atque*.—2 *Hinc* Gronov. et Ryckius.—3 Sic Ms. Vatic. 1958. et Puteolanus. In Mss. Vatic. 1863. et 1864. Reg. et editione principe *adjacebat*.

NOTÆ

cem habuit, et spem aliquam conciliandi sibi Rom. alio tempore, et reciperandi aut partem regni, aut aliam provinciam; sic fortes viri spem omnem nunquam abjiciunt. Vitam habuit, quæ instar omnium: metu mortis magna cœpta sæpe deseruntur.

g *Pœnas capite expenderet*] Farnes. codex *exciperet*. At de more ipso plectendi in carcere triumphatos duces, suadeo omnino legas Fabrum l. II. Semestr. c. 3. *Lipsius*.

Pœnas capite expenderet] 'Imperatores,' ait Florentinus, 'captivos vendere, ac per hoc servare, nec occidere solent:' quod de militibus accipio. De ducibus aliud jus est: siquidem Romani vitam Reguli a Carthaginensibus minime deprecati sunt, quod duci captivo jure belli, nisi redimi se curaret, mors juste indiceretur.

Eaque de causa, Jugurtha cum duobus filiis ductus in triumpho C. Marii ante currum ejus, mox in carcere necatus Liv. l. LXVII. Simon quoque Bargioras triumphatus, mox supplicio affectus est, Vespasiani jussu, ut est apud Xiphilinum.

Unde est, quod Eunones apud Claudium pro Mithridate intercedit, et Caractacus ait Claudio, si incolumis servetur, fore se ejus clementiæ æternum exemplum. *Vertranius*.

h *Hinc dolor injuriarum*] Forte *huc dolor*. Lipsius.

Hinc dolor] Alii *huc*: fere idem recurrit sensus; sed melius forte *huc*.

Hinc] Æstuabat Claudius hinc, inter decus dandæ veniæ Mithridati, et hinc, inter libidinem vindictæ. Itaque sic intellige: hinc *dubitavit*, an acciperet *captivum pacto salutis;* hinc dolore injuriarum et libidine vindictæ impulsus, dubitabat, *num repetere armis rectius foret*.

Sæpe sic unam particulam ponit Tac. *an, sive, modo*, cum duæ ad perspicuitatem orationis necessariæ essent. Sic τὸ *hinc* ibi semel posuit.

Hinc dolor injuriarum] Sic intellige: hinc dolor injuriarum, et cupido ultionis, Claudium *adigebat;* sed hinc contra disserebatur: 'Suscipi bellum,' &c. In diversas curas trahebatur Claudius; hinc cupido vindictæ, hinc difficultas belli anxium habebat.

i *Vagos populos*] Sic, apud Curtium, Scythæ a bello Alexandrum absterrent: 'Transi modo Tanaim, scies

mora, pericula ex properantia, modicam victoribus laudem, ac multum infamiæ, si pellerentur. Quin arriperet oblata, et servaret exulem: cui[4] inopi quanto longiorem vitam,[j] tanto plus supplicii fore.' His permotus scripsit Eunoni, 'meritum quidem novissima exempla[k] Mithridaten,[5] nec sibi vim ad exequendum deesse: verum ita majoribus placitum, quanta pervicacia in hostem,[l] tanta[6] beneficentia adversus

tione, tenuem vincentibus gloriam, ac multum dedecoris, si vincerentur: quin *potius* acciperet conditiones oblatas, et parceret exuli: cui egeno, quanto diutius viveret, tanto majorem pœnam fore. *His* rationibus *incitus*, *scripsit Eunoni*, Mithridatem quidem dignum esse ultimo supplicio, nec sibi deesse opes ad vindictam sumendam; verum ita placuisse *jam olim* majoribus, quanta constantia in hostem, tanta clementia in supplices ipsi uterentur. Quippe

4 Sic Puteolanus et recentiores. In multis Mss. et editione principe *quin inopi*.—5 *Mithridatem* Brotier. et Homer.—6 Haud defraudandus merita laude Muretus, qui hunc locum ita restituit. Ante eum in Mss. et editionibus veteribus legebatur, *quanta* vel *quantalibet pervicacia in hoc tentata*. Brotier.

NOTÆ

quam late pateant, nunquam tamen consequeris Scythas. Paupertas nostra velocior erit, quam exercitus tuus, qui prædam tot nationum vehit. Rursus cum procul abesse nos credes, videbis in tuis castris. Eadem enim velocitate, et sequimur, et fugimus: nos deserta et humano cultu vacua, magis quam urbes et opulentos agros sequimur.'

[j] *Cui inopi quanto longiorem vitam*] Sic l. XIV. 48. 'Quin in insula publicatis bonis, quo longius sontem vitam traxisset, eo privatim miseriorem, et publicæ clementiæ maximum exemplum futurum.'

[k] *Exempla*] Id est, *supplicia*. Terent. 'Magnum in te proponam exemplum.' Unde et Græcis παραδειγματίζειν, *in exemplum proponere*, quod idem est, ac supplicio afficere. Gell. VI. 14. 'Veteres nostri exempla pro maximis gravissimisque pœnis dicebant.' Cic. 'Crudelissimis exemplis interemit.'

[l] *Quanta pervicacia in hostem*] Vulgo erat, *quantalibet pertinacia in hoc tentata*. *Pervicacia* autem in Vatic. scriptum. *Lipsius*.

Quanta pervicacia in hostem] *Pervicacia in hostem* propria laus Romanæ virtutis. Appius apud Livium l. v. 'An hic sit terror nominis nostri, ut exercitum Romanum, non tædium longinquæ expeditionis, non vis hyemis, ab urbe circumsessa semel amovere possit, nec finem ullum alium belli quam victoriam noverit, nec impetu potius bella quam perseverantia gerat?'

Ne putes, *pervicaciam* tantum in vitio dici. Quasi non Tacito sit Helvidius 'pervicax recti, constans adversus metus.' Lib. IV. histor. *Gronovius*.

Pervicacia] Nonius: '*Pervicacia* et *pertinacia* hoc distant: *pervicacia* est interdum bonarum rerum perseverantia; *pertinacia* semper malarum, &c. *Pervicacem* dicis me esse et vincere, perfacile patior, *pertinacem* nil moror: hac fortis dicitur, illam in-

supplices utendum: nam triumphos de populis Regnisque integris[m] acquiri.'

triumphos agi de populis et principibus regnum obtinentibus, non de exulibus et regno pulsis.

NOTÆ

docti possident,' id est, *pervicacia* bonorum ac fortium virorum est; *pertinacia* malorum et imperitorum.

Quanta pervicacia] Ea pervicacia fuit, ut non cederent Romani irato cœlo, intumescenti oceano, neque ulli vi tempestatum, prælíorum, aut oppugnationum: unde sæpe clades, sed sæpius terror in hostes et victoria, dein imperium.

Sed hoc in Aristocratia utile, qua nemo moritur, nisi sibi; ubi duces sunt immortales, et quotidie renascuntur; et ubi gloriæ tantum suæ metuunt, non Reipublicæ, quæ alia aliaque subsidia semper habet.

Vide Livium, ubi comparat Alexandrum Magnum cum ducibus Rom. Unus fuit Alexander; sed plurimi erant duces Romani, bello acres, et forte pares, si título regio niterentur.

Victoria Romanorum de tot gentibus, his fere causis tribui possit, religioni erga Deos, abstinentiæ in socios, disciplinæ militari, ac pervicaciæ in hostes, libertati in servos communicatæ, concessioni civitatis et curiæ, honori virtutis, et donis quibus viros militares decoravere: et hæc omnia numinum fatis, ut et imperium ipsum: namque 'imperium fato datur.' Tac.

[m] *Nam triumphos de populis Regnisque integris acquiri*] Id est, de iis qui integri florentesque vincuntur, non de supplicibus ac deditis. *Pichena.*

Nam triumphos de populis regnisque integris] Nescio quid nobis hic temere invertit interpres Gallicus, *triumphasse Romanos de omnibus regnis, atque de toto terrarum orbe.* Non sic Tacitus.

Non tantæ vanitatis ille, ut talia cogitaret aut scriberet. Aliud hic investigandum: potius est, veros triumphos acquiri, non de regibus spoliatis regnoque expulsis, sed regno integris.

Regnisque integris] Vertunt, *acquiri triumphos* de regnis totis, de universis regnis populisque, id est, obtineri triumphum de populis, cum totum simul et universum regnum acquiritur paraturque armis. Sed id falsum puto; sufficiebat, parasse bello aliquam provinciam.

Melior sensus est, *acquiri triumphos de populis regnisque*, seu regibus (quod idem est) *integris*, non laceris, non solio deturbatis, spoliatis, extorribus et exulibus, qualis fuit Mithridates. Tac. dicit *regna* pro *regibus*, ut infra *nobilitates externas* vocat *reges.*

Et certe quodnam decus nomini Romano triumphasse de rege pulso, vago, et exule, qui nullas opes, nullum subsidium haberet, nisi in fuga? nec poterant triumphare de rege, quin simul triumpharent de regno illo Bosphorano.

At qui triumpharent de regno pacato, et cui rex impositus erat Cotys?

Forte etiam sensus esse possit, triumphari de populis regnisque integris, non de uno homine tantum; triumphari de regnis seu regibus, non de privato homine, aut de inani umbra regis.

Regnisque integris] Id referri debet ad id, quod habetur supra c. 19. et responsum est his verbis Eunonis: 'Non potentiam, non regnum precari, sed ne triumpharetur,' &c.

21. Traditus post hæc Mithridates, vectusque Romam per Junium Cilonem,[n1] Procuratorem[o] Ponti,[p] ferocius, quam

Deditus postea Mithridates, ductusque in Urbem per Junium Cilonem procurato-

1 In Mss. et veteribus editionibus *Colonem*. Recte emendatum *Cilonem* ex Dione, LX. p. 687. Ἰουνίου Κίλωνος. Et in antiquis inscriptionibus sæpe memorantur Cilones, non vero Colones. *Idem.*

NOTÆ

His igitur respondet Claudius hoc loco, 'triumphos de populis regnisque integris acquiri:' non vero de spreto et abdicato rege; non de rege, qui neque regnum, nec vel quidem nomen regis haberet.

Sicque quasi per contemtum et gloriam concedit Eunoni quod postularat a se, nempe ne triumpharetur Mithridates.

Nam triumphos] Suspicor hic aliquid corruptum; et puto, sensum Taciti fuisse, non de populis afflictis et miseris, aut de regibus regno suo ejectis vel supplicibus, triumphos acquiri, sed de populis florentibus, regibusque regni potientibus.

Quod satis tamen intelligi videtur per illa verba; *triumphos de populis regnisque integris acquiri.*

Nam si populi integri, si regna integra; ita et reges florent armis, certantque ac resistunt; et tum vere triumphos acquiri: non autem de miseris ac supplicibus, qui se tantum vittis et infulis tuentur, non armis.

Et quis triumphus ille de populis pridem subjectis et arma non retinentibus, aut de rege abdicato, extorre, supplice, et se fidei Romanorum permittente?

Triumphos] Absolute triumphari potuerunt, et id forte meruerant populi isti, regnum, et rex ipse; quippe rebellarant, arma, bella, et hostes incitarant adversus Romanos: et certe triumphum concupisset magis Claudius, quam bellum.

Nec revera aliter triumphabatur, quam de populis afflictis, et regibus profligatis: sed ut veniam suadeant, rem minuunt ac elevant: nempe, 'triumphos de populis regnisque integris acquiri:' scilicet de populis, qui arma et ferociam retineant; de populis, qui regem habeant, et simul cum rege certent, aut certare adhuc possint, animo in id parati.

De regibus nempe, qui provincias regnaque integra adhuc et arma habeant, de regnis, de regibus, qui integro statu sint, non autem de regibus afflictis, miseris, exulibus, qui neque sedes, urbes, arces, opes, neque præsidia ulla aut arma haberent.

[n] *Junium Cilonem*] *Colonem* in veteribus libris. Hic et infra emendo *Cilonem*. Dio auctor l. LX. faceta narratione inserta super homine, 'Præfuerat Bithynis,' inquit, '(nam Bithynia adjuncta, ut opinor, Ponticæ administrationi) et præfuerat nequiter, avare.'

Questi Bithyni apud Claudium sunt, poposceruntque pœnas. Cum parum intellexisset Claudius in turba strepituque astantium, quid dixissent Bithyni, alios interrogat. Ibi Narcissus pronus in Cilonem, audaci mendacio edidit, gratias eos agere Ciloni. Tum ille, 'præsit ergo eis alterum biennium.'

Dicitur autem Dioni Ἰούνιος Κίλων, et firmat Vilius Longus: 'Cilones,' ait, 'vocantur homines augusti capitis et longi: Chilones a brevioribus labiis dicti.' Glossæ: Cilo, προκέφαλος.

pro fortuna, disseruisse apud Cæsarem ferebatur. Elataque vox ejus in vulgum hisce verbis: 'non sum remissus ad te, sed reversus: vel, si non credis, dimitte et quære:' vultu quoque interrito permansit, cum rostra[q] juxta, custodibus circumdatus, visui populo[r] præberetur. Consularia insignia Ciloni,[s] Aquilæ Prætoria decernuntur.[t]

rem Ponti, animosius quam pro sorte præsenti *disseruisse apud principem dicebatur: publicataque oratio ejus in plebem hisce verbis:* Non sum remissus ad te, sed regressus: vel si non fidem mihi habes, sine ut abeam, et me investiga. *Facie quoque impavida perstitit, cum prope Rostra, custodia cinctus, ostentui populo exhiberetur. Ornamenta consularia dantur Scto. Ciloni, et Aquilæ prætoria.*

NOTÆ

Declamator in Sallustium pro hominibus nequam improbisque accepit: 'Quicquid impudicorum, Cilonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum in tota urbe fuit.' Vide Festum, in *Chilo*, et *Cilones*. Lipsius.

[o] *Procuratorem Ponti*] Qui certe rector provinciæ hujus, quæ erat principis, et armata. Aliud genus procuratorum fuit, quos mittebat Cæsar in provincias populi Rom.

[p] *Ponti*] Pontus provincia Asiæ minoris peninsulæ ad Pontum Euxinum; fuit aliquando pars Cappadociæ regionis late sumtæ.

Hodie hic sunt præfecturæ *Siwas* et *Trebizonde*, in parte septentrionali et orientali Natoliæ regionis, et ad mare Nigrum seu Majus, in Turcico imperio Asiatico.

Fuit etiam *Pontus* et *Bithynia* regio, de qua infra agemus c. 22. verbo *Bithynis*. Tillemon.

[q] *Rostra*] Rostra suggestus erat e rostris navium Antiatium: erant duplicia, vetera et nova.

Vetera quæ ante Curiam Hostiliam in foro Romano, et in octava regione Romæ antiquæ.

Nova, quæ ad palatii radices: ferebantur autem in rostris leges, agebantur causæ, et conciones habebantur. Ex Rosino l. VI. c. 5. antiq. Rom. et Nardini Roma ant. l. V. c. 3. p. 216. *Tillemonius.*

[r] *Visui populo*] Talia spectacula præbebant principes populo, in ostentationem virtutis et fortunæ suæ, et velut in speciem triumphi, quem jam fere spreverant, ut majestate inferiorem; sic Augustus, obsides ipsos Parthorum, populo velut insigne spectaculum exhibuit. Sic infra Nero, Tiridatem fratrem regis Parthorum ostentat in foro, etiam pro rostris.

[s] *Consularia insignia Ciloni*] Hic erat procurator Ponti: ideo Suetonius de Claudio: 'ornamenta consularia etiam procuratoribus ducenariis indulsit,' id est, a senatu indulgenda curavit. Ita c. 16. 'Nero consularia insignia Asconio Labeoni petivit a senatu.'

Ceterum auctore Cassiodoro l. VI. Variarum, *insignia* fuere, *latus clavus*, *tunica palmata*, *toga picta*, quam indueret: *ensis*, quem gereret; *eburneaque sella*, in qua sederet.

Fasces vero datos *procuratori*, minime credo, quod imperii signa essent, minusque tributum imperium proconsulare, licet quidam confundere videantur. *Vertranius.*

Ciloni] Forte ille ex procuratoribus ducenariis, quibus ornamenta consularia tribuebat Claudius, et forte de illo uno intelligendus Suetonii locus,

22. Iisdem Consulibus, atrox odii Agrippina ac Lolliæ infensa,[u] quod secum de matrimonio Principis certavisset, molitur crimina et accusatorem, qui objiceret ‘ Chaldæos,[v] Magos,[w] interrogatumque Apollinis Clarii simulacrum,[x] super nuptiis Imperatoris.’ Exin Claudius, inaudita rea,[y]

Eodem anno ferox odio Agrippina, ac Lolliæ infesta, quod secum contendisset de conjugio Cæsaris, struit crimina, et delatorem immittit, *qui objectaret ipsi* Chaldæos, Magos, consultamque Apollinis Clarii imaginem de matrimonio principis. *Itaque Claudius, indicta causa, cum multa præmisisset de splendore Lolliæ apud*

NOTÆ

Claud. 24. Nam sæpe quod in uno aut altero usurpatum est, generaliter tradit Sueton. Quare per Tacitum ille, et cum mica salis intelligendus est.

[t] *Aquilæ prætoria decernuntur*] Hæc autem fuere, *latus clavus, toga prætexta, paludamentum*, et *curulis sella*. Ex Cicerone et Livio observatum. *Vertranius.*

[u] *Lolliæ infensa*] Sic l. XIV. 12. ubi de Nerone post interfectam matrem: ‘ Ceterum quo gravaret invidiam matris, eaque demota, auctam lenitatem suam testificaretur, fœminas illustres &c. sedibus patriis reddidit &c. Etiam Lolliæ Paulinæ cineres reportari, sepulcrumque exstrui permisit.’

[v] *Chaldæos*] Vide notas l. VI. c. 20.

[w] *Magos*] Ne intelligas in bonam partem de *Magis* illis, sapientiæ Orientalis doctoribus, qui religionem et doctrinam siderum apprime scirent, non sine sanctitate aliqua, ut qui sacerdotes ipsi essent: sed intellige vanos homines, magica sacra Diis inferis celebrantes et similia portenta.

[x] *Apollinis Clarii simulacrum*] Sic l. II. 54. ubi de Germanico, ‘ appellitque Colophona, ut Clarii Apollinis oraculo uteretur. Non fœmina illic, ut apud Delphos, sed certis e familiis et ferme Mileto accitus sacerdos, numerum modo consultantium et nomina audit, tum in specum digressus, hausta fontis arcani aqua, ignarus plerumque literarum et carminum, edit responsa versibus compositis super rebus quas quis mente concepit.’

Sic etiam Plin. l. II. c. 10. ‘ In Apollinis Clarii specu lacuna est, cujus potu mira redduntur oracula, bibentium breviori vita.’

Breviori nempe vita sacerdotis bibentis et oracula reddentis. Attamen hic Tacito nulla mentio fontis arcani, sed tantum simulacri; sed puto hic *simulacrum* late sumendum, pro ipso Deo et oraculo Apollinis, quod tacite et sola mente interrogabatur.

Apollinis Clarii] Nempe Colophone quæ urbs Ioniæ provinciæ: ante hanc urbem fuit Clarii Apollinis lucus, in quo antiquitus oraculum, teste Strabone l. XIV. in ora Asiæ minoris. *Tillemonius.*

[y] *Inaudita rea*] Irridet Tacitus et insectatur talem judicem: sed etsi audiret ream, damnaret tamen ex sententia uxoris, etiam et inscius occideret.

Inaudita rea] Talem judicem deridet Seneca in Ludo: ‘ Dic mihi, Dive Claudi, quare quenquam ex his, quos quasque occidisti, antequam de causa cognosceres, antequam audires, damnasti? &c. Hic P. C. qui vobis non posse videtur muscam excitare, tam facile homines occidebat, quam canis exta edit, &c. incipit patronus velle respondere. Æacus homo justissimus vetat, altera tantum parte audita condemnat, &c. stupebant omnes

multa de claritudine ejus apud Senatum præfatus,[z] ‘ sorore L. Volusii genitam,[a] majorem ei patruum Cottam Messallinum esse, Memmio[1] quondam Regulo[b] nuptam:’ nam de C. Cæsaris nuptiis consulto reticebat:[c] addidit ‘ perniciosa in Remp.[d] consilia, et materiem sceleri detrahendam. Proin,

Patres, ipsam ex sorore L. Volusii natam, Cottam Messallinum majorem illius patruum esse, hanc olim Memmii Reguli uxorem fuisse: *nam de matrimonio C. Cæsaris data opera silebat: adjecit*, exitiabilia ipsam adversus Rempub.

1 Ita clare Flor. Reg. et meus; non *Mennio*, ut corrupte ante in omnibus Editionibus, præterquam Gronoviana. Idem cujus elogium legitur XIV. 47. cujusque meminit Suetonius Calig. 25. *Ryckius.*

NOTÆ

novitate rei attoniti: negabant hoc unquam factum. Claudio iniquum magis videbatur, quam novum.’

[z] *Multa de claritudine ejus, &c. præfatus*] Sic sæpe Claudius insulse et inepte historicum agit, cum principem judiciosum se ferre deberet. Dolo fœminæ damnat fœminam, inscius, et magis reus quia nescivit, quam quia occidit.

[a] *Sorore L. Volusii genitam*] De cujus gentis nobilitate Rutilius in Itinerario: ‘ Qui Volusi antiquo derivat stemmate nomen, Et Reges Rutulos, teste Marone, refert.’ *Lipsius.*

[b] *Memmio quondam Regulo*] Cui olim rapta Lollia a Caio Cæsare, teste Suet. Cal. 25. ‘ Lolliam Paulinam C. Memmio consulari exercitus regenti nuptam, &c. conjunxit sibi, brevique missam fecit.’

[c] *De C. Cæsaris nuptiis consulto reticebat*] Quare consulto? an quia per libidinem rapuerat illam Caius viro suo, ne sic libidines Cæsarum vulgaret Claudius? an metuens, ne sic testaretur, quanta injuria fieret uxori olim Cæsaris? an ne videretur invidere Caio, et eum prosequi qui hanc ejecerat?

Nam sic Seneca in Ludo loquentem Augustum inducit: ‘ Iste Caium Cæsarem non desiit mortuum prosequi. Occiderat ille socerum, hic generum; Caius Cæsar Crassi filium vetuit Magnum vocari, hic nomen illi reddidit, caput abstulit;’ subtili joco dictum id.

Potius puto, quia rapta a Caio per libidinem, ut ipse per incestum Agrippinam duxit, et ne talem Cæsarum infamiam vulgaret, consulto reticet de nuptiis Cæsaris; et quia olim ipsa uxor Caii Cæsaris, hinc illam metuebat, aut metuere simulabat: hinc ‘ perniciosa in Rempub. consilia,’ &c. forte et quia dives ipsa.

Auctoritatem et jus aliquod habere ad principatum videbantur *principales* istæ fœminæ, quæ ante principi nupserant: hinc metus dominantium, ne quem suo matrimonio in eam spem eveherent.

Consulto reticebat] Quia infensum senatui nomen hujusce principis, et quia uxorem hanc Memmio regulo abduxisset; sicque flagitium Cæsarum consulto reticebat.

[d] *Perniciosa in Remp.*] Forte Lollia consuluerat Magos, inquisiveratque in salutem dominantum; aut saltem crimen struebatur, quasi talia consuluisset, nec solas nuptias quæsivisset.

publicatis bonis, cederet Italia.'[e] Ita quinquagies sestertium, ex opibus immensis,[f] exuli relictum. Et Calpurnia illustris fœmina[g] pervertitur,[h] quia formam ejus laudaverat Princeps, nulla libidine, sed fortuito sermone: unde vis Agrippinæ citra ultima stetit.[j] In Lolliam mittitur Tribunus,[k] a quo ad mortem adigeretur.[l] Damnatus et lege repetundarum Cadius[2] Rufus,[m] accusantibus Bithynis.[n]

cogitasse, et materiam crimini subtrahendam. Itaque in fiscum redactis opibus, exiret Italia. *Sic quinquagies sestertium ex divitiis amplissimis exuli* Lolliæ *concessum* est. *Etiam Calpurnia splendida fœmina subvertitur, quia pulchritudinem ejus celebraverat Cæsar, nulla cupidine, sed forte orta mentione* illius; *ideoque violentia Agrippinæ citra exitium ultimum substitit. Tribunus mittitur ad Lolliam, qui* eam *mori compelleret. Cadius Rufus etiam damnatus est crimine repetundarum, postulantibus Bithynis.*

2 Ms. meus *Cœlius Rufus.* Infra tamen Hist. I. 77. sic iterum appellatur;

NOTÆ

[e] *Cederet Italia*] Sic cum procul arceretur aula et urbe fœmina, opibus ademtis, certe materia et occasio criminis subtrahebatur.

[f] *Ex opibus immensis*] Habuerat in gemmis solis tres milliones librarum; forte et in aliis opibus non minorem gazam; et ipsi relinquit Agrippina trecenta et septuaginta quinque millia librarum, seu 125,000. coronatos.

Nec hic stetit crimen fœminæ dominantis. Nam et frater Lolliæ, M. Lollius, ideo amicitia Cæsaris prohibitus, quia damnata esset Lollia, pudore et ira percitus, 'intra paucos dies fortuita an voluntaria morte decessit,' teste Velleio.

[g] *Calpurnia illustris fœmina*] Quæ infra l. XIV. restituitur patriis sedibus ab ipso Nerone, qui post necatam matrem placabilior factus erat.

[h] *Pervertitur*] Non exitio, sed tamen exilio pulsa est, ficto structoque alio crimine, ne rursus ad formam adverteret princeps: non occisa, ut Lollia. Tales nuptiæ non sunt invicem appetitæ, nisi mutuis elogiis inter fœminas, quorum memoria altum hæret dominantium animis.

[j] *Unde vis Agrippinæ citra ultima stetit*] Vis Agrippinæ intra mortem stetit: non adeo incendit eam, ut puniri capite vellet: quia laudaverat princeps fortuito, nullaque libidine. *Ferretus.*

Citra ultima] Id est, citra mortem, forte solo exilio contenta; at in Lolliam sæviit, et ad ultima, seu ad mortem adegit, inscio et irriso Claudio, qui aliter statuerat. Hinc Seneca in Ludo: 'Dii tibi male faciant: adeo istud turpius est, quod nescis, quam quod occidisti;' et sic, ne in oculis civitatis interficeretur. Ut sic invidiam publicam effugeret Agrippina, ceterasque opes exuli relictas invaderet.

[k] *In Lolliam mittitur Tribunus*] Sic Dio l. LX. ad acta anni 800. 'Æmulatione impulsa, nonnullas etiam illustres fœminas morte affecit, et inter eas Lolliam Paulinam, quod spem ea nuptiarum Claudii aliquam habuisset. Hujus occisæ caput allatum sibi, cum non agnosceret, sua manu os ejus aperuit, dentesque peculiare quidpiam habentes inspexit.'

[l] *A quo ad mortem adigeretur*] Qui

23. Galliæ Narbonensi,[o] ob egregiam in Patres reverentiam, datum, ‘ ut Senatoribus ejus provinciæ,[p] non exqui-

Concessum est *Galliæ Narbonensi, ob eximium honorem in Patres*, ut fas esset

ubi idem Cod. *Candius:* unde amicus dubitabat, an forte *Canius Rufus*, de quo Martialis Epigr. III. 20. et alibi corrigendum. Reg. *Claudius Rufus.* Ryckius.

NOTÆ

nempe ostentando mortem, et libero mortis arbitrio quasi per misericordiam concesso, sic eam sibi afferre manus compelleret, alioquin ipse occideret, ut de Messallina vidimus supra.

[m] *Cadius Rufus*] Male ego olim, *Claudius*, male vir doctus, in re nummaria. *Cordius*, restituit. Est ille de quo II. Histor. ‘ Redditus Cadio Rufo, Pedio Blæso Senatorius locus; qui repetundarum criminibus sub Claudio ac Nerone ceciderant.’ Si mutamus, legerem, *Tadius*. Lipsius.

[n] *Bithynis*] Bithynia, vel Pontus et Bithynia, regio Asiæ minoris peninsulæ ad septentrionem et occidentem, et ad Pontum Euxinum atque Propontidem : hodie pars septentrionalis et occidentalis præfecturæ *Natoliæ*, ad mare Nigrum et ad mare Marmaræ, in Turcico imperio Asiatico. *Tillemon.*

[o] *Galliæ Narbonensi*] Vide notas II. 24.

Galliæ Narbonensi] Annales temporum injuria intercepti continebant, opinor, decretum Senatus, quo Siculis senatoribus Italia abesse licuit. Eorum exemplo, idem nostri *provinciales* obtinuerunt, ‘ ob egregiam in patres reverentiam,’ ait Cornelius : quippe qui, ‘ amore in urbem Romam, ut patriam communem, Romanis ipsis non concederent,’ ut libro superiore, Claudius Cæsar, oratione sua, in senatu testatus est.

Fuerat enim edictum Augusti, ‘ Ne quis senator sine jussu permissuve suo Italia excederet :’ quod postea quoque observatum fuit, cum nulli senatori, quam in *Siciliam*, aut *Galliam Narbonensem*, proficisci extra Italiam liceret. Et ne illo quidem, nisi prædia ibi possiderent, inquit Dio l. LII. extremo.

Et certe demulcentes atque laxantes animum in insulis Italiæ, edicti cancellos egressi non visi fuere : quia, ut dicebat Ulpianus, ‘ insulæ Italiæ pars Italiæ sunt.’

Ideo, cum pacatæ provinciæ essent, nostra *Provincia* et Sicilia, huic quod insulis idem tribuendum fuit, quæ modico freto ab Italia divisa, pars ejus existimatur apud Justinum ex Trogo Pompeio l. IV.

At vero de *Gallia Narbonensi* non idem est, licet Italiæ junctam, et continentem, uti est, testetur Ulpianus. IC. D. de verborum signif. Sed *provincialibus*, idem quod *Siculis*, tribuit senatus, honoris causa. *Vertranius.*

[p] *Ut Senatoribus ejus provinciæ*] Libera Rep. liberum fuit senatoribus peregrinari, etiam rei privatæ causa. Id tantum excogitatum, ut *legatio libera* peteretur a senatu, sumeretur-que, quo majori abessent cum dignitate. Cicero sæpe.

At lapsa Repub. in servitutem, senatoribus etiam ademta hæc libertas. Augustus id instituit imperio firmando ; et ne quis illustriorum commeare ad exercitus, aut conciliare milites provincialesque posset.

NOTÆ

Dio eleganter l. LII. in extremo: ' Edixit omnibus senatoribus, ne quis eorum peregrinari extra Italiam vellet, injussu permissuve suo; quod interdictum ad hoc usque ævum servatum.'

Quanquam præivisse ad hoc factum Augusto Julius videtur: ' qui sanxit, ne quis senatoris filius, nisi contubernalis aut comes Magistratus, peregre proficisceretur,' ait Suetonius c. 42. ubi libido mihi legendi, *ne quis senator senatorisve filius;* si enim *filiis* interdictum, major ratio ut *senatoribus* ipsis.

In usu autem, ut *commeatus* peregrinandi a Cæsare ac senatu peterentur. Sueton. Calig. c. 29. ' Prætorium virum ex secessu Anticyræ propagari sibi commeatum sæpius desiderantem, cum mandasset interim,' &c. quo loco rejecta vocula scripserim, *Prætorium virum secessu Ant.*

Sed Claudius a se solo id peti primus instituit. Sueton. c. 23. subobscure: ' Commeatus a senatu peti solitos sui beneficii fecit:' cui lucem do ex Dione: ' Petentibus extra Italiam eundi commeatum, per se concessit, senatu non consulto: quod tamen ut lege aliqua facere videretur, jussit super ea re confici senatus decretum.'

Vide et l. XXII. Ad municipalem, atque in primis Cassiodorum, apud quem expressa formula ipsa dandi hujus per principem commeatus, l. III. variar. epist. 21.

Augustus tamen in hoc decreto suo Siciliam exceperat: sicut nunc Claudius Narbonensem, quia utraque provincia vicina, et quasi suburbana. Dio: ' Excepta enim Sicilia et Gallia Narbonensi, nusquam alio peregrinari senatori fas est.'

Ad hoc Claudianum interdictum respexit Suidas, etsi id paulo aliter effert, in Κλαύδιος. Ait: ' Legem tulit, ne cui senatori abire urbe ad septimum lapidem fas esset, principis injussu.' *Lipsius.*

Senatoribus ejus provinciæ] Igitur tum senatus tales commeatus concedebat: et tamen, teste Sueton. Claud. 23. ' Commeatus a senatu peti solitos sui beneficii fecit.' Et forte, quia latius extensos a senatu tales commeatus et facile concedi vidit Claudius; et intererat principis, ut nobiles ac proceres Italia injussu illius egredi non possent.

Hinc idem Claudius apud Suet. 16. ' Notavitque multos et quosdam inopinantes, et ex causa novi generis, quod se inscio, ac sine commeatu, Italia excessissent: quendam vero, et quod comes regis in provincia fuisset, referens majorum temporibus, Rabirio Postumo, Ptolemæum Alexandriam, crediti servandi causa, secuto, majestatis crimen apud judices motum.'

Et puto, ea severitas exhinc orta, quod senatus suapte sponte id juris etiam Galliæ Narbonensi concessisset ut inconsulto principe abessent. Dio l. LX. ' Decretum jam ante fuerat, ut alii post alios citra excusationem sorte in provincias mitterentur, ac ne quis exacto officio, aliam ex alia peregrinationem susciperet, ne videlicet delicta, vel imperiis, vel peregrinationibus continentibus, impunita redderentur: verum exoleverat jam.'

Et infra: ' Qui peregrinationem extra Italiam petebant, concedebat quidem iis, non consulto senatu: tamen ut lege abesse viderentur, jubebat senatusconsultum fieri.'

Ut senatoribus ejus provinciæ] Apud Suetonium 42. Julius ' sanxit, ne quis

sita Principis[q] sententia, jure, quo Sicilia[r] haberetur, res suas invisere liceret.'[s] Ituræique[t] et Judæi,[u] defunctis Re

senatoribus ejus provinciæ, non consulta principis voluntate, prædia sua invisere, *et eodem* privilegio, quo Sicilia gauderet. *Mortuis regibus Sohemo atque*

NOTÆ

senatoris filius, nisi contubernalis, &c. peregre proficisceretur.' Sic recte Sueton. et fuit ratio cur sic sanciret, nempe ut haberet filios senatorum, eosque retineret in urbe, veluti pignora, velut obsides, si quid illorum patres moverent in provinciis.

Aut filios senatorum habuit Romæ, vel cum *magistratibus*, quos imponebat ut fidos et cognitos provinciis, et qui tales suos *contubernales* inspicerent ac regerent. Et nondum audebat Cæsar interdicere senatoribus ipsis, ne abirent in provincias : neque enim statim eo usque firmata potestas imperii.

Male etiam rejicit Lipsius voculam *ex*, a loco Sueton. Calig. 29. recte habet, *Prætorium virum ex secessu Anticyræ, &c.* Nam ex illo secreto, ex illo secessu Anticyræ vir ille prætorius scripserat amicis seu propinquis, qui in urbe erant; et postulabat sæpe, quod idem est ac *desiderabat, propagari sibi* a principe *commeatum* illum, seu facultatem manendi diutius in secessu Anticyræ.

Quod dicit Dio de commeatu Claudii, sibi repugnare videtur. Nam si necessarium fuit decretum patrum, consulebatur ergo senatus. Possit tamen sic intelligi, ut primo commeatum obtinerent a principe, dein postularent a senatu, ut decreto illius firmaretur, ut sic lege abesse Italia viderentur.

Olim commeatus ille a senatu petebatur, quod libertatem adhuc redolebat. Sed cum videret Claudius id esse magni momenti in Repub. nempe, ne quis inscio aut etiam invito principe provincias adiret, et abesset pro nutu Patrum aut factionum senatus, voluit talem commeatum a seipso peti et obtineri, ut examinaret an id e Repub. esset, vel secus, talia petentibus concedi.

Voluit tamen etiam id Scto. firmari, ut lege agere videretur : quæ confirmatio levis momenti fuit, cognita semel voluntate principis, et nullo negotio obtinebatur.

Novum etiam genus exilii excogitavit Claudius, cum vetuit, ' ne cui senatori abire urbe ad septimum lapidem liceret :' quod non ita capiendum, quasi omnibus omnino senatoribus id interdixisset, sed quibusdam tantum, nempe, vel qui rei vel suspecti essent.

[q] *Non exquisita Principis*] Talem commeatum concedendi, jus penes senatum olim fuerat; illud sibi vindicavit Claudius princeps.

[r] *Quo Sicilia*] Ut senatores Siciliæ, seu qui prædia in ea provincia haberent. Neque, puto, necesse fuit, ut qui id juris haberent essent Siculi, aut ex Sicilia orti.

Sufficiebat, ut opes et prædia ibi haberent, quæ ipsis pro suburbanis erant. In his provinciis nullus metus novarum rerum, quia nulla arma, nulla castra legionum in proximo. Erant velut intra Italiam hæ provinciæ, et suburbanæ vocabantur.

Sicilia] Vide notas VI. 12.

[s] *Res suas invisere liceret*] Id inter arcana dominationis, jam ab Augusto, jam a Julio dictatore. Nam Augustus edixit, ne quis senator sine suo jussu extra Italiam peregrinaretur,

gibus, Sohemo atque Agrippa,[v] provinciæ Syriæ[w] additi.[x]

Agrippa, Ituræi et Judæi adjuncti sunt *provinciæ Syriæ. Augurium salutis relic-*

NOTÆ

teste Dione: et ante illum C. Cæsar dictator: 'Ne quis civis major viginti annis plus triennio continuo Italia abesset: neu quis senatoris filius, nisi contubernalis aut comes magistratus, peregre proficisceretur.' Suet.

[t] *Ituræi*] Ituræa, regio minor Judææ sive Palestinæ provinciæ, ad orientem Jordanis fluvii, et ubi antea fuerant Tribus Gad et Ruben. Ex Chartis Sansonis. *Tillemonius.*

[u] *Judæi*] Populi Judææ regionis; Judæa vero duplex est, nempe *Judæa late sumta*, provincia Syriæ regionis. Hodie nomen antiquum retinet apud nos. Vocatur etiam *Terra sancta;* est sub præfecto Damasci vel *Scham*, in Souria regione imperii Turcici Asiatici. *Judæa* vero *proprie dicta*, pars est meridionalis Judææ late sumtæ. *Tillemonius.*

[v] *Sohemo atque Agrippa*] Quorum ille Arabum Ituræorum, hic Judææ rex. *Sohemus* autem scribendum, aut certe *Soæmus* ex Dione: non *Sohennius*, ut editiones vulgatæ. Dio de Caligula: 'Tum Soæmo Arabum Ituræorum, et Polemoni regnum paternum, decernente senatu, concessit.'

De Agrippa et mutatione secuta, vide Josephum XX. Antiquit. qui tamen nihil aperte de contributione Judæorum in Syros. Immo vero etiam nunc, ut ante, Presides suos sive procuratores habebant, qui aspiciebant quidem legatum Syriæ, sed non assidue audiebant.

Quin et Agrippa junior rex etiam fuit, patre defuncto. Quomodo igitur *provinciæ Syriæ additi* noviter, cogitandum sit, aut a peritioribus rogitandum. *Lipsius.*

[w] *Syriæ*] Syria provincia Syriæ regionis, et ad mare Syriacum.

Hodie pars occidentalis præfecturæ Aleppi *Alep*, in Souria regione imperii Turcici Asiatici: de Syria regione dictum est in notis VI. 31. supra. *Tillemonius.*

[x] *Syriæ additi*] Sed non duravit: nam postea se redemere Judæi, forte ab Agrippina ipsa, vel a libertis omnia venalia habentibus, facilitate Claudii; firmaruntque urbem Hierosolymam muris munimentisque validissimis: unde mox rebellandi audacia sub finem Neronis, missusque adversus ipsos Vespasianus. Tac. l. v. histor.

Etiam Nero, cum Armeniam invaderent Parthi, iterum reges creavit in his provinciis, excitavitque adversus barbaros: quippe opponebant hosce Regulos hostibus, veluti partes et munimenta imperii.

Sic Tac. XIII. 7. Cum prorupisse Parthos nuntiatum esset, 'legionesque ipsas propius Armeniam collocari jubet: duosque veteres reges Agrippam et * Iocchum, (Antiochum) expedire copias, quis Parthorum fines ultro intrarent, &c. et minorem Armeniam Aristobulo, regionem Sophenem Sohemo cum insignibus regiis mandat.'

En alter *Agrippa*, qui rex haud dubie Judæorum, nam inter *veteres reges* memoratur.

En iterum alter *Sohemus* rex, qui forte Sohemi, de quo hic, filius, qui si non *Ituræam*, attamen regnum habuit, *Sophenem* nempe, prope Armeniam, ut eam ex parte sua defenderet.

Per *veteres reges*, intellige longa regum serie ex eadem stirpe invicem sibi succedentes, avito regno avitisque simul opibus florentes.

Salutis augurium,[y] quinque et viginti annis omissum, repeti, *tum per quinque et viginti annos innovari, ac deinceps continuari, statutum* est.

NOTÆ

[y] *Salutis augurium*] Quod e tenebris primus eruit Politianus: quem licet legas Miscell. c. 13. Dionem XXXVII. et LI. Festum in voce *Maximus Prætor*. Sed numerus in Tacito satin' verus? delibero. Nam suprema mentio capti hujus augurii apud Dionem est anno urbis 725. cum et Janus item ab Augusto clausus.

Atqui ab eo die ad hunc 802. urbis annum, non 25. uti hic scriptum, sed 77. intersunt anni. Ut ergo verus justusque numerus sit, a Tiberio repetitum id augurium necesse est Cornelio Cethego, Visellio Varrone Coss. anno urbis 777. *Lipsius.*

At verisimile est, repetitum fuisse illum ritum a Tiberio, sub quo nulla fere bella, aut certe brevia fuerunt. Sed video fere non mentionem fieri *augurii salutis*, quin simul addatur de *Jano clauso:* quod ultimum tamen factum non legitur sub Tiberio, aut Claudio. Distinguere videtur Dio inter annum et diem: potuerunt vacare a bellis ad unum diem, sed non ad annum totum: ideoque repetere potuerunt *augurium salutis*, non tamen *Janum claudere.*

Salutis augurium] De quo sic Dio l. XXXVII. post triumphum Pompeii ex Oriente reportatum, 'annuo tunc spatio Romani a bellis vacarunt; ita ut longo tempore intermissum augurium salutis repeterent.

'Est autem quædam divinationis species, qua probatur, an Deus ipsis concedat, ut populo salutem postulent: quasi nefas sit eam petere, priusquam liceat et permittatur a Diis. Ad id dies destinabatur singulis annis, ad quam diem nullus exercitus exibat ad bellum, neque contra instruebatur, neque pugnabatur.

'Et propterea in continuis bellis, et maxime civilibus, non celebrabatur. Nam alioqui difficillimum erat Romanis, ut eam diem exacte ab his omnibus puram servarent, et præterea absurdissimum videbatur, quod cum ipsi sese mutuo per seditiones ultro malis infandis affligerent, et ita sive victores, sive victi, in miseriis essent, ut sic salutem a Deo flagitarent.

'Atqui tunc videbatur id augurium capi posse, non tamen purum peractum esse; inusitatæ enim aves advolarunt, et augurium sinistrum reddiderunt,' &c.

Dein l. LI. Dio de Augusto: 'Sed maxime gavisus est, quod portæ Jani clausæ sunt, velut omnibus bellis confectis, ac quod augurium salutis factum est, quod hactenus intermissum fuerat, ob eas quas dixi causas.'

Sic et Suet. Aug. 31. 'Nonnulla etiam ex antiquis cærimoniis paulatim abolita restituit: ut salutis augurium, Diale flaminium,' &c. Nec dubito, quin instauratum illud sit, sub Tiberio principe.

Salutis augurium] Scribit Suetonius in Aug. 31. ipsum Augustum nonnulla ex antiquis cærimoniis abolita restituisse, inter quæ recenset *salutis augurium.*

Idem Dio memoriæ mandavit, qui ostendit modum fuisse augurii, ut si Deus permittat, salutem populo poscant augures, quasi ne salutem quidem petere a Diis fas sit, nisi prius Dii concesserint.

Quintus Ciceroni l. I. de Divinat. 'Tibi P. Claudius consuli nuntiavit, addubitato salutis augurio, bellum domesticum triste, ac turbulentum fore: quod paucis post mensibus ex-

ac dende continuari, placitum. Et pomœrium[a] auxit Cæsar, more prisco; quo iis, qui protulere Imperium, etiam terminos urbis[a] propagare[b] datur. Nec tamen Duces Ro-

Et Cæsar ampliavit pomœrium urbis pro more veteri, quo licet iis, qui auxere imperium, etiam limites urbis dilatare. Nec tamen id *sibi vindicaverant duces Ro-*

NOTÆ

ortum, paucioribus est a te diebus oppressum.'

Observabatur autem una dies quotannis, in qua nullum ad bellum proficisceretur exercitus, nemo contra se pararet, nemo pugnaret; quod in bellis civilibus nunquam potuit observari.

Quare Augustus, pace orbi restituta, *salutis augurium* omissum repetivit, et post eum Claudius. *Lupanus.*

[a] *Pomœrium*] Idque lapis etiam nunc testatur Claudiani ævi, Romæ.

TI. CLAVDIVS.
DRVSI. F. CAISAR.
AVG. GERMANICVS.
PONT. MAX. TRIB. POT.
VIIII. IMP. XVI. COSS. IIII.
CENSOR. P. P.
AVCTIS. POPVLI. ROMANI. FINIBVS.
POMERIVM. AMPLIAVIT. TERMINAVITQ.

Auxit, post Britanniam Romano imperio adjectam. *Lipsius.*

[a] *Urbis*] Roma, urbs Latinorum populorum, in Latio provincia Italiæ, et ad Tiberim fluvium; totius imperii Romani fuit caput. Hodie nomen antiquum retinet apud Italos, Franci vocant *Rome:* urbs est Campaniæ Romanæ, provinciæ status Ecclesiastici, cujus est caput, summique Pontificis, seu Papæ sedes.

Olim hæc urbs fuit ab Augusto imperatore divisa in quatuordecim *Regiones:* hodie etiam habet quatuordecim *Rioni*, seu regiones, sed nomina et limites regionum recentiorum, multum ab antiquis differunt, ut suis locis dicetur. *Tillemon.*

[b] *Terminos urbis propagare*] Romulus qui primus Urbem condidit, Pomœrium etiam Urbi adjunxit. Gellius antiquissimum illud pomœrium Romuli, palatii montis radicibus terminatum fuisse scribit: et ex verbis hic Taciti conjicere licet T. Tatium, posteaquam æquo jure in regnum a Romulo ascitus est, Sabinique in civitatem recepti sunt, ambitum murorum Urbis, una addita porta, ut quatuor essent, hoc modo ampliasse.

Capitolii primum eam partem, quæ nunc novam Urbem et Pantheum aspicit, ubi extat statua equestris M. Aurelii imperatoris, muro circumdedit; deinde ductis mœnibus a rupe Tarpeia, ultimaque Capitolii parte, ubi paulo ante noxii plecti solebant, in occasum ad viam, qua itur ad Circi maximi partem, versus Septizonium retorquens, mox in orientalem partem, parum ultra Titi amphitheatrum se convertit; hincque versus septentrionem, paulo ultra viam sacram, usque ad Nervæ forum, reversus est; postremo parvo tractu flectens, ipsum murum cum altera Capitolii parte conjunxit, atque sic Palatium primo, mox Capitolium Urbi addidit.

Teste Plut. initio fuerunt tantum mille domus: et teste Dionysio tantum tria millia peditum, et trecenti equites erant.

Post Romulum Numa rex, adaucto mœnium ambitu, Quirinalem collem Urbi addidit, teste Dionysio l. II. Licet alii id ascribant Romulo vel Tatio, vel etiam Servio Tullio. Tertius a Romulo Tullus Hostilius, Albanis victis et in civitatem ascitis,

mani, quanquam magnis nationibus subactis, usurpaverant, nisi L. Sylla et D. Augustus.[c]

mani, quanquam magnis gentibus domitis, si excipias L. Sullam, et Divum Augustum.

NOTÆ

addito urbi Cœlio monte, quem Romulus primo munierat, pomœrium protulit, teste Livio l. I.

Quartus Ancus Martius rex, Politorio urbe Latinorum vi capta, victos populos Romam transtulit, et tum Aventinus mons novis Latinis concessus, qui tamen extra Pomœrium mansit; quod tamen pomœrium auxit Ancus Martius, Janiculo et Transtiberina regione urbi adjunctis.

Quintus a Romulo Ser. Tullius Pomœrium protulit et perfecit muros, quos inceperat Tarquinius ex magnis saxis ad regulam formatis; addidit Urbi Servius duos colles, Quirinalem et Viminalem, et Esquilias teste Livio et aliis.

Post Servium Tullium, Sylla pomœrium protulit; sic Dionys. Post Servium Tullium Urbis ambitus non processit, numine, ut aiunt, prohibente: sed sunt omnia circa urbem habitata loca, multa ea et magna, exposita facillimaque, ut advenientibus hostibus prædæ essent obnoxia.

Post Syllam, Julius dictator Pomœrium protulit, teste Gellio, qui l. XIV. sic ait: 'Neque id Ser. Tullius rex (de Aventino loquitur) neque Sylla, qui proferendi Pomœrii titulum quæsivit, neque postea Divus Julius, cum Pomœrium proferret, intra effusos urbis fines incluserunt.'

Post Julium Augustus, ut patet ex Tacito hic, et firmant antiqui lapides, ex iis qui *Pomœrii Cippi* a Varrone dicuntur, haud procul a Tiberi, extra Flaminiam portam, inventi.

Post Augustum Claudius, admisso intra pomœrium Aventino monte, Urbis ambitum auxit, in tabula ænea basilicæ Lateranensis.

VTIQVE. EI. FINES. POMERII. PROFERRE. PROMOVERE. CVM. EX. REPVBLICA. CENSEBIT. ESSE. LICEAT. ITA. VTI. LICVIT.

TI. CLAVDIO. CÆSARI. AVG. GERMANICO.

Post Claudium imperatorem, Nero pomœrium auxit, Ponto Polemoniaco et Alpibus Cottiis imperio pop. Rom. adjectis.

Post Neronem, Trajanus Augustus, Dacia in provinciæ formam redacta: sic Fl. Vopiscus.

Post Trajanum Aurelianus, qui teste Vopisco et Zozymo ex Scto. muros urbis Romæ ampliavit.

Post Aurelianum Constantinus princeps, diruto castro Prætorio, urbis ambitum latiorem fecit; sed translato imperio in Thraciam, muri disjecti, vel vetustate, vel vi barbarorum.

Huc usque progressa majestas, et amplitudo urbis Romæ, quæ, ut est sors rerum humanarum, cum non posset ultra crescere, sua magnitudine velut obruta est.

[c] *L. Sylla et D. Augustus*] Non defendo te, Corneli: erras. Etiam C. Cæsar auxit, interjectus inter eos duos. Agellius auctor XIII. 14. Dio l. XLIII. 'Hæc faciebat et leges ferebat, etiam et pomœrium urbis in majus auxit.' Apud eundem, Antonius in laudatione Cæsaris funebri: 'Qui et pomœrium ipsius (urbis) auxerat, in ipso senatu occisus,' &c.

Cicero ad Attic. l. XIII. 'De urbe augenda quid sit promulgatum,

24. Regum in eo ambitio vel gloria[d] varie vulgata.[e] Sed initium condendi, et, quod pomœrium Romulus posuerit, noscere, haud absurdum reor. Igitur a foro boario,[f] ubi æreum tauri simulacrum aspicimus, quia id genus anima-

Regum in eo cupiditas vel fama varie celebrata. Sed non alienum a proposito putem, scire, quodnam fuerit *principium construendi* muros, *et quos terminos pomœrii Romulus constituerit. Itaque sulcus delineandæ urbis incipiebat a foro*

NOTÆ

non intellexi; id sane scire velim.' Juvat tamen aliquid nostrum, quod Suetonius exactæ in tabulis diligentiæ, nihil hujus in Julio commemorat: et forte concepta a Julio res, perfecta demum ab Augusto.

Nam ille nugator apud Senecam ridiculus, qui 'Syllam ultimum Romanorum protulisse pomœrium tradidit: quod nunquam provinciali, sed Italico agro acquisito, mos proferre apud antiquos fuit.' Vide quæ huc faciunt, apud Vopiscum in Aureliano. *Lipsius.*

L. Sylla] Ut puto, usque ad Syllam prolatum pomœrium *Italico agro* acquisito; et sic ipse ultimus Romanorum Sylla etiam protulit, pro more veterum: nam alii postea protulerunt illud, non *Italico agro*, sed *provinciali acquisito*, ut et hoc loco Taciti Claudius, acquisita Britannia, pomœrium auxit.

Itaque ante Julium, Augustum, et Claudium, *nunquam provinciali*, sed tantum *Italico agro acquisito*, prolatum erat pomœrium Urbis; sicque vere et recte Seneca dixit: 'Syllam ultimum Romanorum protulisse pomœrium,' nempe pro veteri more. Vide Vopisc. in Aureliano.

[d] *Regum in eo ambitio vel gloria*] Distinguit inter ambitionem et gloriam. Ambitio in pompam et ostentui in vulgus; et quandoque nullo merito, et nullo forte *agro acquisito*, ut debuit.

Ita Nero 'Janum clausit tam nullo quam residuo bello,' teste Sueton. per ambitionem, et mala fide, cum bellum superesset: nec debuit claudi Janus, nisi pace, vere et bona fide, terra marique parta.

[e] *Varie vulgata*] Ambitio regum, sive gloria ista, varie tradita ab auctoribus; ita ut vel idem factum de diversis regibus, vel de eodem rege diversa tradiderint. Sic infra Tac. 'Capitolium non a Romulo, sed a T. Tatio additum urbi credidere.'

Sic et varie creditum, traditumque de sequentibus regibus, qui pomœrium urbis auxere: forte et de ipsis terminis dissensio fuit.

Varie vulgata] Non conveniunt auctores in tradenda illa historia aucti pomœrii. Alii his, alii aliis regibus eam gloriam tribuunt.

Quare et ipse Tacitus, tantum hic Romuli meminit et Tatii regum, qui simul imperarunt. Nihil de aliis regibus addit, ne varietatem illam historiæ veteris ingressus, longius abscederet a proposito.

[f] *Boario*] Forum Boarium in octava regione Romæ antiquæ, et in parte fere media urbis.

Hodie locus est prope Ecclesiam *San Giorgio in Velabro*, regionis *Ripa*, et in parte Romæ modernæ quæ vergit ad meridiem: ex Roma ant. Nardini v. 10. p. 270. *Tillemon.*

lium aratro subditur, sulcus designandi oppidi[g] cœptus, ut magnam Herculis aram[h] amplecteretur. Inde certis spatiis interjecti lapides,[i] per ima montis Palatini[j] ad aram Consi,[k]

boario, ubi æneam tauri effigiem cernimus, quia ea species animantium aratro subjicitur; ita ut circumdaret magnam aram Herculis. Inde certis spatiis interpositi lapides, per ima collis Palatini ad aram Consi; dein ad Curias veteres, tum ad

NOTÆ

[g] *Sulcus designandi oppidi*] Sensus iste est, cum aratro designaretur orbis seu ambitus urbis; tum sulcus designandi orbis cœptus a foro boario: et propterea ibi adhuc conspicitur æreum tauri simulacrum; quia id genus animalium subditur aratro, cum sulco designatur oppidum. Itaque sulcus designandæ urbis incepit a foro boario, ita ut ambiret magnam aram Herculis, &c.

[h] *Magnam Herculis aram*] Ara maxima fuit in regione undecima Romæ antiquæ. Vide Romam antiq. Nardini VII. 3. p. 423. *Tillemon.*

[i] *Interjecti lapides*] An statim initio interpositi illi lapides, ut sine sulco, circuitum urbis designarent? Lapides sic, forte quia non potuit hac parte sulcus duci, ut in clivo montis. An forte postea, ut monumenta essent primæ delineationis?

Lapides] Forte interjecti illi lapides ad ima montis, ut sic discerni circuitus urbis posset, quia duci sulcus ea parte non poterat.

[j] *Palatini*] Palatinus, mons decimæ regionis Romæ antiquæ, in parte quasi media urbis.

Hodie *Monte Palatino;* hic adhuc extant ingentes ædificiorum ruinæ, a Romanis dictæ *Palazzo Maggiore*, in regione *Ripa*, et in parte fere orientali Romæ modernæ. *Tillemon.*

[k] *Ad aram Consi*] Sunt, qui Consum Deum eundem cum Neptuno putent; alii diversum faciunt, et Deum consilii putant, a quo Romulus consilium de rapiendis Sabinis acceperit, teste Dionysio.

Conso ara subterranea fuit, juxta Circum maximum, in qua sacra ipsi fiebant Consualibus. Ideo autem hujus Dei ara subterranea fuit, ut significaretur, consilia occulta esse opportuna, inquit Plutarchus.

Sic autem Tertull. de Spectac. 'Nunc ara Conso illi in Circo defossa est, ad primas metas sub terra, cum inscriptione hujusmodi:

CONSVS. CONSILIO. MARS. DVELLO.
LARES. COMITIO. POTENTES.'

De Consualibus sic Plut. in Romulo: 'Romulus sparserat rumorem, reperisse se aram cujusdam Dei sub terra occultatam. Dei nomen Consus fuit, sive, quod in consultando juvaret, sicut Latinis est consilium et consul, sive is Neptunus equestris est: nam ara Consi in Circo majori reliquo tempore latens, Circensibus ludis apparet; sive, quod alii asserunt, abdito consilio, arcanoque, haud absurde subterranea Deo ara tribuitur. Ea ergo ara prolata, sacrificium ejus nomine splendidum, et ludos et spectaculum publicum edidit, convocatis ad hoc finitimis.'

Et infra: 'Raptæ autem sunt virgines XV. Kalend. Septemb. quo die Consualia:' sic et Varro l. v. de lingua Lat. 'Consualia dicta a Conso, quod tum feriæ publicæ ei Deo, et in Circo ad aram ejus ab sacerdotibus fiunt ludi illi, quibus virgines Sabinæ raptæ.' Sex. Rufo, 'ædes Consi' in regione XI. et P. Victori ibidem, 'ædes Consi subterranea;' haud dubie

mox ad curias veteres,[l] tum ad sacellum Larium :[m] forum-

fanum Larium : existimaruntque forum Romanum et Capitolium adjunctum esse

NOTÆ

ara Dei in illa æde subterranea.

Consi] Ara Consi subterranea fuit in Circo maximo, et in regione undecima Romæ antiquæ. Ex Nardini Roma l. VII. c. 2. p. 419. *Tillem.*

[l] *Mox ad Curias veteres*] Ita Mss. et recte Varro de L. L. ' Curiæ duorum generum. Nam et ubi curarent sacerdotes res divinas, ut Curiæ veteres, et ubi senatus humanas, ut Curia Hostilia.' Festus : ' Novæ Curiæ ad compitum Fabricium factæ, quod parum amplæ veteres a Romulo factæ.'

Plautus : ' Sub veteribus ibi sunt qui dant, quique accipiunt fœnore.' Livius XLIV. ' Ædes L. Africani pone Veteres ad Vortumni signum laneasque (scribe lanienasque) et tabernas conjunctas in publicum emit.' Ovidius easdem intelligit III. Fastor. ' Janua tunc regis posita viret arbore Phœbi : Ante tuas itidem Curia prisca fores.' *Lipsius.*

Studiosorum causa notatum voluimus, fuisse Romæ Curias *veteres* et *novas*. In veteribus Pontifices sacra faciebant ; in novis senatus habebatur.

Arbitrabatur Martianus, vir in Romana antiquitate investiganda multum versatus, novas fuisse, et veteres appellatas, ratione aliarum, quæ post longo tempore fuerunt ædificatæ. *Lupanus.*

Ad Curias veteres] *Curiæ* triplicis generis ; nam nomine *Curiæ* intelliguntur triginta illæ partes, in quas Romulus populum Rom. distribuit, vel sacræ illæ ædes, quas singulæ illæ partes populi habuerunt, et in quibus sua sacra peregerunt ; vel etiam *Curiæ* dictæ sunt illæ ædes, in quibus senatus habebatur.

Dionys. l. II. ' In tres partes divisa universa multitudine, Romulus singulis præclarum aliquem virum ducem præposuit : deinde unamquamque rursum in decem partitus, totidem fortissimos viros eis præfecit : has Curias, illas Tribus vocari voluit, sicut vocantur et hodie.'

Et paulo infra : ' Sacra sua Romulus cuique Curiæ partitus est, assignatis in singulos Diis et dæmonibus, quos perpetuo colerent : sumtusque in hæc attribuit ex ærario publico, quæ quoties celebrarent, aderant Curiæ suis vicibus, epulumque diebus festis præbebatur curialibus, in aula cuique Curiæ propria.'

Veteres Curiæ primum a Romulo in monte Palatino conditæ, et sic appellatæ, quia postea, aucto populo, novæ Curiæ ædificatæ sunt : sic Festus : ' Novæ Curiæ proxime compitum Fabricii ædificatæ sunt, quod parum amplæ erant veteres, a Romulo factæ, ubi is populum et sacra in partes triginta distribuerat, ut in iis sacra curarent : quæ quando ex veteribus in novas evocarentur, quatuor Curiarum per religiones evocari non potuerunt.'

Id est, veteres Curiæ exauguratæ omnes, præter quatuor : alii dictas putant nominibus virginum raptarum ; alii a locis suis vel a ducibus nominatas asserunt. Ex triginta tantum octo nomina supersunt : Curiæ Romæ fuerunt, velut in nostris urbibus parochiæ, quæ habent suas ædes, &c. ubi qui præerant sacris, *Curiones* dicebantur.

Curias] Curia vetus fuit in regione decima Romæ antiquæ. Hodie locus est in monte Palatino, adversus Ecclesiam Sancti Gregorii, vulgo *Sant Andrea e S. Gregorio Sul Celio*, in regione *Monti* : ex Nardini Roma VI. 12. *Tillemonius.*

que Romanum[n] et capitolium[2] [o] non a Romulo, sed a T.

Urbi, non a Romulo, sed a T. Tatio. Dein pro opibus pomœrium ampliatum. Et

—2 Sic Ryckius locum distinxit *Latium forumque Romanum: et Capitolium,*

NOTÆ

[m] *Sacellum Larium*] In octava regione urbis fuit templum, sacellum et delubrum Larium. Fuit etiam lucus et sacellum Larium in *Velia* regione decima. Primus ædem Laribus vovit et exstruxit T. Tatius rex Sabinorum, teste Varrone.

Igitur alii Lares publici, alii domestici, quemadmodum et Penates. Nam alii Penates totius generis humani, alii cœli, alii terræ, alii cujusque domus.

Puto Penates præsedisse universæ domui; at Lares tantum foco. Penates etiam aliter effingebantur; nempe, teste Dionysio, pingebantur duo juvenes hastati, habitu sedentium, et militari ornatu. Alii dicunt fuisse Neptunum et Apollinem, alii Castorem et Pollucem.

Servius ad hunc versum Æn. VI. 'Sedibus hunc refer ante suis.'.... 'Apud majores,' inquit, 'omnes in domibus sepeliebantur; unde ortum est, ut Lares colerentur in domibus.' *Lararia*, seu festum Deorum Larium celebrabant mense Decembri: Diis Laribus gallo litabatur. Puto, quia is domesticus ales, et veluti rex aulæ domesticæ; et quia invigilat domui, aut vigilare facit, cum diem et opus annuntiat. Lares canina pelle vestiti, quia custodiæ et curæ domus præponuntur.

Sacellum Larium] Fuit in regione quarta Romæ antiquæ, et ad radices Palatini montis: hodie positio est in hortis Conventus *Sanctæ Mariæ Novæ*, et *Sanctæ Franciscæ Romanæ*, in regione *Monti*, ex Roma ant. Nardini l. III. c. 12. p. 131. *Tillem.*

[n] *Forumque Romanum*] Forum Romanum fuit inter montem Capitolinum et Palatinum, et in octava regione Romæ antiquæ; ab ipso dicta *Forum Romanum.*

Hodie pars illa Campi *Vaccino*, quæ est inter septentrionem et occidentem, in regionibus *Campitelli* et *Ripa*, inter Ecclesias vulgo dictas, *Santa Maria Liberatrice*, *Sant Adriano*, Arcum *Septimii Severi*, et circa Ecclesiam vocatam *Santa Maria della Consolatione.*

Ex Roma ant. Nardini v. 2. p. 215. et imaginibus, seu planis Romæ modernæ a Gregorio de *Rossi*, seu Rubeis, et a Joanne Falda editis, &c. *Tillemonius.*

Forumque Romanum et Capitolium] Hæc in octava regione Urbis: de hac re alii aliter sentiunt. Sed quod certius videtur, Romulus primo Urbem condidit in monte Palatino, et eum pomœrio clausit.

Et postea Capitolium primo, dein Quirinalem, et Cœlium colles, qui erant Urbi viciniores, et ex quibus Urbs ipsa magis ab hostibus oppugnari poterat, fossa, sive aggere, ac muro firmavit, præsidioque imposito, velut arces immunivit; cum tamen ipsi colles adhuc essent extra muros, et ipsius Urbis pomœrium.

Postea, T. Tatius rex Sabinorum victus, et in Urbem receptus, prisco pomœrio Urbis Tarpeium montem adjunxit, eumque ipse cum suis Sabinis incoluit. Ipse etiam Quirinalem montem præsidio firmavit, non tamen pomœrio inclusit.

Dionys. l. II. 'Romulus et Tatius Urbem statim majorem effecere, duos ei colles alios adjicientes, Quirinum et Cœlium, separantesque habitationem, alter ab altero, in propriis locis

Tatio additum urbi credidere. Mox pro fortuna pomœrium auctum. Et, quos tum Claudius terminos[p] posuerit, facile cognitu et publicis actis[q] perscriptum.[3]

25. C. Antistio M. Suilio Coss. adoptio in Domitium,[r] auctoritate Pallantis,[s] festinatur: qui obstrictus Agrippinæ,

facile est *animadvertere, quos tum Claudius fines constituerit, et* id *actis publicis inscriptum* est.

C. Antistio, M. Suilio Consulibus, properatur adoptio Domitii, favore Pallantis, qui devinctus Agrippinæ, ut fautor matrimonii, et mox adulterio fœminæ innexus,

&c. cui Brotier. et Homer. assensere.—3 Ante hic legebatur, *præscriptum.* Sed cum Ms. meus, *perscriptum*, idque res postulet, ut docti dudum monuerunt, recipere non dubitavi. Reg. quoque, *perscriptum.* Ryckius.

NOTÆ

utrique vitam agebant. Romulus quidem palatium occupans, et montem Cœlium, palatio propinquum; Tatius vero Capitolium, quod ab initio ceperat, et Quirinalem collem.'

[o] *Capitolium*] Vide notas VI. 12.

[p] *Quos tum Claudius terminos*] Facile id cognitu, quia res nova, nec procul a temporibus Taciti; et termini præscripti pomœrio adhuc clare videbantur, et præterea publicis actis id mandatum erat.

[q] *Publicis actis*] Talia magnificentiæ publicæ monumenta actis publicis mandabantur: id est, actis Urbis, quæ distingui debent ab actis senatus, et ab actis populi Rom. Igitur templa, theatra, basilicæ, porticus, aquæ ductus, et talia ædificia actis Urbis descripta.

[r] *Adoptio in Domitium*] Tolle librarii errorem, (non enim ipsius Suetonii puto,) Neronis c. 7. 'Undecimo ætatis anno a Claudio adoptatus est, Annæoque Senecæ jam tunc senatori in disciplinam traditus.' Adoptatus Nero undecimo ætatis anno? falsum vel te judice et indice, Suetoni. Nam idem scribis, decimo septimo anno ad imperium eum pervenisse, quod et Tacitus et Dio astruunt. Atqui ab hoc die ad imperium anni intersunt non quinque. *Duodecimo* ergo in Suetonio scribendum: si ratio quidem constatura est. *Lipsius.*

[s] *Auctoritate Pallantis*] Dum fuit una eademque ratio et spes libertorum, satis consensere in ejicienda et interficienda Messallina. Sed mox dissensere inter se, cum deligenda fuit principi fœmina.

Dein cum Narcissus animadverteret ambitionem Agrippinæ, et mox adoptionem Neronis, qui non sine summo dolore Narcissi, et omnium bonorum, intrudebatur loco veri hæredis Britannici, nimia cupiditate Agrippinæ et Pallantis adulteri indies suspectiore.

Quare infra aperte queritur Narcissus, *convictam* olim *Messallinam* et Silium: *pares iterum causas* esse, accusandi Agrippinam et Pallantem; *certe, ne impudicitiam* quidem *nunc abesse* a penatibus, et uxore principis, *Pallante adultero.*

Sicque aperte dissidet Narcissus a Pallante, nempe ob metum ex Agrippina, quæ semper ambitiosa et atrox odii, in cædem ipsius properabat, si Nero imperaret.

Et certe post boletum Claudii, primum facinus Agrippinæ fuit mors

ut conciliator nuptiarum, et mox stupro ejus illigatus,[t] stimulabat Claudium, 'consuleret Reipublicæ: Britannici pueritiam robore circumdaret. Sic apud D. Augustum, quanquam nepotibus subnixum, viguisse privignos: a Tiberio super propriam stirpem Germanicum assumtum. Se quoque accingeret juvene, partem curarum capessituro.' His evictus, biennio majorem natu[u] Domitium filio antepo-

incitabat Claudium, ut provideret Reipublicæ, et Britannici infantiam subsidio firmaret. Sic apud Divum Augustum, quamvis nepotibus innixum, floruisse privignos: a Tiberio, præter proprium filium, Germanicum adoptatum *esse*. Se etiam firmaret ac circumdaret adolescente, partem laborum suscepturo. *His permotus, præfert Domitium duobus annis vetustiorem filio suo, prolata*

NOTÆ

ipsius Narcissi apud Sinuessam. Narcissus qui perspicaci ingenio talia providebat, infra amplectitur Britannicum; rogat, ut 'adolesceret, patris inimicos depelleret, matris etiam interfectores ulciscereturr.'

Ita ut ipse mallet mori, vindicante ipso Britannico, quam sæviente et dominante fœmina: modo vindicaret se ipse et principem; modo Britannicum principatui restitueret; modo Agrippinam, Neronem, Pallantemque adulterum, inimicos sui Claudii, suosque depelleret: sed et mox Pallas ipse dati imperii Neroni pœnas luet.

[t] *Stupro ejus illigatus*] Sic supra de Agrippina: 'Nihil domi impudicum, nisi dominationi expediret.' Sic Livillam Drusi Sejanus stupro devinxerat, in spem imperii. Sic Enniam Macronis Caius stupro et promissis obstrinxit.

Suet. Cal. 12. 'Quam spem,' nempe successionis, 'quo magis confirmaret, amissa Junia ex partu, Enniam Næviam Macronis uxorem, qui tum prætorianis cohortibus præerat, solicitavit ad stuprum; pollicitus et matrimonium suum si potitus imperio fuisset: deque ea re et jurejurando et chirographo cavit. Per hanc insinuatus Macroni, veneno Tiberium aggressus est.'

Inde forte est, quod adulteria, et vulgatas inter viros fœminasque libidines nomine *violatarum religionum*, insigniret Augustus, dein et Tiberius. Non enim fere sine majori spe et crimine, tale flagitium; inde venena, inde magica sacra, inde procerum conjurationes in principem.

Sed et Ennia et Macro eandem imperii dati mercedem recepere a Caligula, quam ipsa Agrippina et Pallas a Nerone, funestum scilicet exitium. Ut olim Bagoas, qui Dario imperium Cyri dederat, et multi alii eodem fato remunerati. Supra omnem fortunam est, qui dare imperium potuit, et quasi etiam adimere possit, invisus est: nec aliter exsolvitur meritum summum, quam summa injuria.

[u] *Biennio majorem natu*] At infra, XIII. 6. 'Septemdecim annos egressus' dicitur Nero, cum aliquanto post Britannicus 'quartum decimum ætatis annum expleret.'

Quorsum hæc? ut videas aut incusandum auctorem nobis, quod sibi contradixerit; aut si ejus diligentiæ fidimus, locum hunc a librariis corruptum; emendandum esse sic, ut pro *biennio* legatur *triennio*. Freinsh.

nit,[v] habita apud Senatum oratione in eundem, quem a liberto acceperat, modum. Annotabant periti,[w] nullam antehac adoptionem[x] inter patricios Claudios[y] reperiri, eosque ab Atto Clauso[z] continuos duravisse.

26. Ceterum actæ Principi grates, quæsitiore in Domitium adulatione:[a] rogataque lex, qua 'in familiam Claudiam[b]

oratione apud Patres in eandem sententiam, quam libertus admonuerat. Observabant eruditi, nullam antea inveniri adoptionem inter Claudios patricios, eosque ab Atto Clauso perpetua serie permansisse.

Ceterum gratiæ relatæ Cæsari, meditata magis assentatione erga Domitium. Conditaque lex, qua assumeretur in gentem Claudiam et vocabulum Neronis.

NOTÆ

[v] *Anteponit*] Certe anteponit Britannico Domitium, quem in filium adoptat, quem honore proconsulari evehit, quem sic supremo fastigio propius admovet, dum puer Britannicus, in prætexta, nullo honore augetur.

[w] *Annotabant periti*] Ipse Claudius id annotabat jactabatque, teste Suet. Claud. 39. 'Asciturus in nomen familiæ suæ Neronem, quasi parum reprehenderetur, quod adulto jam filio, privignum adoptaret, identidem divulgavit, neminem unquam per adoptionem familiæ Claudiæ insertum.'

[x] *Nullam antehac adoptionem*] Atqui Tiberius Germanicum adoptavit, uti notum. Excusabunt id curiosi, quod Tiberius jam e Claudiis migrarat in gentem Juliam. *Lipsius.*

Adoptionem] Anno 803. Romæ conditæ, et 50. a Christo nato. Vide notas supra cap. 8. *Tillemonius.*

[y] *Patricios Claudios*] Quia fuere et plebeii Claudii, teste Suet. Tib. I. 'Patricia gens Claudia (fuit enim et alia plebeia,) nec potentia minor, nec dignitate,' &c. Sic et Asconius: 'Fuere duæ familiæ Claudiæ; eorum, quæ Marcellorum appellata est, plebeia; quæ Pulchrorum, patricia.'

[z] *Atto Clauso*] Secuti sumus spectatæ fidei codicem Vatic. qui disertim habet *Atto Cluso:* superius tamen aliena manu *i* addito, ut fieret *Attio.* Facit a Vatic. in eadem Bibliotheca vetus Sueton. qui initio libri tertii, *Atta Claudio* refert. Et quidni probabile, cum Clausus recens e Sabinis esset, prænomen eum habuisse terminatione Sabinum?

Emendandus ita, me judice, Livius l. II. 'Atta Clausus, cui postea Appio Claudio Romæ nomen fuit:' et l. X. 'Principem nobilitatis vestræ, seu Attam Clausum, seu Ap. Claudium vultis.' De Clauso, manifeste post Virgilium, Silius XVII. Punicor. 'Hic prisca ducens Clausorum ab origine nomen Claudia.' Et Ovidius in Fastis: 'Claudio Quinta genus Clauso referebat ab alto.' *Lipsius.*

[a] *Quæsitiore in Domitium adulatione*] L. II. 'Excepere Græci quæsitissimis honoribus.' L. III. 'Quæsitiores jam, et plures Solon perscripsit:' et eodem: 'quæsitior adulatio fuit.' *Pichena.*

Quæsitiore in Domitium] Longe ambitiosius adulabantur patres Domitio, et per illum Agrippinæ, quorum imminentem dominationem prævidebant, quam vel ipsi principi.

Is certe, non laudem, sed risum potius meruit, quod se compararet cum Augusto, quod nutu servi Pallantis regeretur, quod Ænobarbum privignum et alienum proprio filio anteponeret, biennio majorem.

[b] *Rogataque lex, qua in familiam*

et nomen Neronis[c] transiret.' Augetur et Agrippina cognomento *Augustæ*.[d] Quibus patratis, nemo adeo expers misericordiæ fuit, quem non Britannici fortunæ mœror afficeret: desolatus paulatim[e] etiam servilibus ministeriis, intempestiva[1 f] novercæ officia in ludibria[r] vertebat, intelli-

Evehitur etiam Agrippina cognomine Augustæ; *quibus peractis, nullus adeo alienus a miseratione fuit, quem non Britannici casus dolore permoveret: sensim destitutus etiam servorum ministeriis, per intempestivum novercæ favorem,* quæ ministros et specie honoris amovebat, *ludibrio erat, intelligens* tamen *fraudem* fœminæ.

1 *Per intempestiva*, ed. Ryckii et Gronov. Clarus erit sensus, si ita corrigas: *puer intempestiva novercæ officia in ludibrium vertebat.* Brotier.

NOTÆ

Claudiam] Eum *adoptionis* morem attingit, quæ *per arrogationem* fiebat: de qua etiam Gellius. Ceterum et *nomen* hic pro gentili familia accipitur. Cintius et Cicero in Topicis: 'Gentiles,' inquit, 'mihi sunt, qui eodem nomine vocantur.'

Valer. Maximus auctor est, 'a Q. Metello, ejusdem nominis viros exhæredatos:' hoc est, agnatos, gentilesque suos: et inde existimem, in tribus nominibus Romanis, ut C. Julius Cæsar, nomen Julii familiam significare.

Quo exemplo mihi nomen erit, *Alciatus; Andreas* magis cognomini quadrabit, quam prænomini, licet nemo non contrarium opinaretur: sed alias latius. *Alciatus.*

[c] *Et nomen Neronis*] Cum per adoptionem transirent in alienam familiam, simul et in nomen adoptantis transibant, cum levi quandoque mutatione vocabuli.

[d] *Cognomento Augustæ*] Nempe eadem ipsa lege, qua adoptatus est Nero, ut supra l. 1. Livia adoptata erat lege, eademque lege in *cognomentum Augustæ* ascita erat: quod decus non statim concessum uxoribus aut matribus principum, et sero sororibus, nec nisi sub Trajano.

[e] *Desolatus paulatim*] Ita capio: Britannicus spoliatus exutusque paulatim non solum honestiore comitatu, sed etiam servulis; cum Agrippina eos, quasi ad alia officia operasque avocaret. Desolatus, *μονωθεὶς*, solus relictus.

Uti l. 1. 'Nonanus opperiendas Tiberii epistolas clamitaverat; mox desolatus aliorum discessione, imminentem necessitatem sponte prævertit.' *Lipsius.*

[f] *Per intempestiva*] Erant certe illa officia novercæ in ministros Britannici, sed perversa intentione exhibita *intempestive;* sic ipsos demerebat, aut demerere fingebat, ut eos suo loco et statione abstraheret, expelleretque aula, specie officii et honoris. Certe *intempestiva* illa et vere novercalia officia Agrippinæ.

Per intempestiva] Ita capio, ut servos ministrosque Britannici ad officia nova seu munia vocaret ferretque, quasi eos proveheret, aut ornaret. Sic infra Tac. 'Remoti fictis de causis, et alii per speciem honoris.'

Ea tamen ipsis officia, licet per honorem, præstabat intempestive noverca, et de iis male merebatur, cum melius fuissent, idque maluissent, prope Britannicum, idque et utilius

NOTÆ

esset ipsi juveni.

Sicque etiam consequenter male merebatur de Britannico, quem fidelissimis servis sensim desolabat ipsa, aliosque ignotos, sibique addictos substituebat, qui nempe vicem redderent, scirentque a fœmina provectos; et quos juvenis aversabatur, velut emissarios novercales, intelligens doli et fallaciarum fœminæ.

Certe erant *officia*, erant honores novi, sed intempestive collati. Erant officia novercæ, id est mala, pessima. Erant falsa et insidiosa ea dona; *pessimum* quippe *inimicorum genus laudantes.*

Erant officia præter tempus, et præter ætatem principis, cui educatores statim adimi non potuerunt sine periculo.

Erant officia illa et præter voluntatem accipientium et præter intentionem dantis. Erant vera exilia specie honoris. Erant venenata hostiliaque ea dona et vere novercalia; sicque plusquam *intempestiva.*

In ludibria] Sic destitutus, vel ludibrio erat, vel hæc officia, ut sui ludibria interpretabatur: intelligebatque se falli a muliere, et illudi: nec dolus diu latuit; sciebat esse novercam.

In ludibria vertebat] An explicabis per *irridebat?* igitur intelligendum, *quæ deridebat*, nempe officia novercæ: immo ipse irridebatur.

Nam τὸ *vertebat* absolute hic ut et aliis locis usurpat Tacitus, ut bene observavit Rhenanus.

Est qui sic vertat: paulatim destitutus etiam vilibus ministeriis, intelligens doli Britannicus, in ludibrium, et contemtum sui accipiebat officia seu blandimenta illa intempestiva suæ novercæ: neque enim ei segnis *indoles*, &c.

Possit etiam forte is esse sensus: Britannicus paulatim destitutus vilibus etiam ministeriis, per intempestiva novercæ officia, ludibrio habebatur; attamen intelligens doli et artium Agrippinæ, nec enim ei segnem indolem fuisse ferunt, &c.

Patet infra, Agrippinam irrisum voluisse Britannicum, voluisse puerum in ludibrium aulæ vertere, ut sic facilius eveheret Neronem, libertorum purpuratorumque gratia florentem ex memoria Germanici, et longe magis arte et subsidio matris.

Tac. infra 41. 'Et ludicro Circensium quod acquirendis vulgi studiis edebatur, Britannicus in prætexta, Nero triumphalium veste transvecti sunt. Spectaret populus hunc decore imperatorio, illum puerili, ac perinde fortunam utriusque præsumeret.'

An majus excogitare ludibrium prava fœmina potuit, quam filium principis, et unicum imperii hæredem, puerili habitu in ea pompa ostentare populo Romano, dum privignus, dum spurius et ascititius Nero triumphali veste transveheretur?

An majori ostentui et ludibrio esse potuit Britannicus? Igitur puto, per intempestiva novercæ officia, ludibrio erat filius Cæsaris, falsi tamen, seu doli novercalis intelligens, &c.

Illum etiam Nero irrisui esse in aula voluit, ut patet ex eo, quod extemporale carmen a puero cantari jussit, exegitque regio inter ludum imperio.

In ludibria vertebat] Nempe vel irridebat, vel irridebatur, vel in sui ludibrium interpretabatur, vel forte simul hæc omnia. Illum forte irrideri voluit Agrippina, et Britannicus Agrippinam irridebat, intelligens doli. Forte de industria sic ambigue scripsit Tacitus, vel sponte, vel genio, aut pro more ævi sui; sic lectoris animum attentionemque retinebat.

Vertebat] Itaque vel irridebat ju-

gens falsi. Neque enim segnem ei fuisse indolem ferunt: sive verum, seu periculis[g] commendatus,[2] retinuit famam sine experimento.[h]

27. Sed Agrippina, quo vim suam sociis quoque nationi-

Neque enim hebes ei ingenium fuisse tradunt; sive id verum sit, sive rebus adversis celebratus, famam habuit sine specimine indolis.

Sed Agrippina, quo potentiam suam fœderatis etiam gentibus demonstraret, jubet

2 Amicus malebat: *sive e vero, sive periculis commendatus.* Ryckius.

NOTÆ

venis illa intempestiva officia, vel in ludibrium et contemtum sui ea accipiebat, vel ipse in ludibria vertebatur, seu irrisui et ludibrio ipse erat, licet intelligens doli novercalis.

Et hæc omnia simul contingere potuerunt Britannico, nempe ut eandem contumeliam irrideret, et in sui contemtum acciperet, et simul eadem contumelia irrisui et ludibrio apud aulicos esset.

Vel simpliciter, desolatus ministeriis ludibrio erat, *intelligens* tamen fraudem novercæ: neque enim ille segni ingenio fuit.

[g] *Sive verum, seu periculis*] Sive, inquit, revera non segnis illi indoles fuit: sive pericula, et ex periculis favor, hanc ei famam circumdederunt.

Alternans hic sermo Tacito perfamiliaris. L. III. 'Longam et continuam absentiam paulatim meditans, sive ut amoto patre, Drusus munia consulatus solus obiret.' L. II. 'De se nihil addidit metu invidiæ, an ratus conscientiam facti satis esse.' Exempla obvia. *Lipsius.*

Sive verum] Sive id verum fuerit, sive periculis, quæ adiit ille, celebratus, retinuerit famam illam ingenii, sine ullo experimento.

Seu periculis commendatus] Fere infirmiori, fere miseris afflictisque favet vulgus. Liv. XLII. 'Fama equestris pugnæ vulgata per Græciam, nudavit voluntates hominum; non enim solum qui partis Macedonum erant, sed plerique ingentibus Romanorum obligati beneficiis, quidam vim, superbiamque experti, læti eam famam accepere: non ob aliam causam, quam pravo studio, quo etiam in certaminibus ludicris vulgus utitur, deteriori atque infirmiori favendo.'

[h] *Sine experimento*] Non certe prorsus sine aliquo, ut tali ætate, experimento: nam infra 41. 'Obvii inter se, Nero Britannicum nomine, ille Domitium salutavere;' quod inimici ministris ac rectoribus seu educatoribus Britannici tribuebant, ut fit.

Sed non potuit rectoribus tribui illud l. XIII. 'Cum ille constanter exorsus est carmen, quo evolutum eum sede patria, rebusque summis significabatur.' Jam enim remoti erant optimi educatores, et nullus aderat, qui Neroni non omnino addictus esset.

Id carmen ultro cecinit, invito et maxime indignante Nerone; sicque promsit 'indolem, &c. quo tamen favorem late quæsivit.'

Vult Tac. nullum forte sui, aut certe leve experimentum dedisse, neque id palam aut in Republica: quod præcipue requirebant in adolescentulis ad principale fastigium destinatis.

bus ostentaret, in oppidum Ubiorum,[i] in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci impetrat;[1] [j] cui nomen inditum ex vocabulo ipsius.[k] Ac forte acciderat, ut eam

deduci veteranos coloniamque in civitatem Ubiorum, in qua nata erat, cui vocabulum impositum est ex nomine ipsius Agrippinæ. Ac forte contigerat, ut avus ejus

1 Sic Mss. et editiones veteres. Lipsius, *imperat.*

NOTÆ

[i] *Oppidum Ubiorum*] Colonia Agrippinensis, urbs Ubiorum populorum, in Germania inferiore provincia Galliæ, et ad Rhenum fluvium.

Hodie *Coln* Allemanis; *Cologne* Francis, urbs imperialis in Archiepiscopatu ejusdem nominis; sed tamen circuli Westphaliæ. *Tillemon.*

Ubiorum] Ubii, populi Germaniæ inferioris provinciæ, in Belgica regione Galliæ, et ad Rhenum fluvium.

Hodie pars diœceseos Archiepiscopatus Coloniensis, *Cologne;* vel dominium temporale Archiepiscopatus et Electoratus Coloniensis, Ducatus Juliacensis, *Juliers*, &c. in circulis Rheni inferioris et Westphaliæ. *Tillemonius.*

[j] *Veteranos coloniamque deduci impetrat*] Sic optime Venetus. Quanquam enim Claudius uxoribus admodum obnoxius fuerit, tamen hoc *impetrat.* Neque certe ipse, neque ceteri permisissent, ut Agrippinæ arbitratu, atque adeo imperio, veterani in colonias deducerentur; quæ res summo fastigio proxime connexa est.

Scimus quidem, magnam ejus fuisse potentiam; sed et hoc scimus, non fuisse sua vi nixam, sed artibus atque blanditiis apud Claudium valuisse; perque eum, quæ viderentur, effecisse. Quod ipsum sufficiebat ad ostentandam potentiam, etiam in præsenti negotio, cum appareret, ejus unius suasu atque impulsu, Coloniam eam esse deductam.

Sic etiam supra XII. 8. hæc eadem Agrippina: 'veniam exilii pro Annæo Seneca, simul præturam,' non imperat certe, sed *impetrat.* Freinshemius.

Erat principis uxor Agrippina, non princeps ipsa, quare *impetrat*, non *imperat.*

Impetrat] Alii legunt, *imperat:* et potius est, imperasse mulierem sub tali principe; et quamvis impetrasset aut effecisset id Agrippina, quocumque modo aut arte, tamen sic loqueretur Tacitus de Agrippina, quæ signis et aquilis præsidebat, quæ se consortem imperii ferebat, quod majores sui compararant.

Et præsertim sub tali viro: certe longe majora imperare potuit fœmina dominationis impotens, et nullo fræno coërcita; et nota verba Taciti, 'quo vim suam, &c. nationibus ostentaret.'

At supra: pro Seneca 'Præturam impetrat;' esto: sed certe *impetrare* et *imperare*, idem fuit in fœmina, apud talem principem, et hic rectius *imperat.*

[k] *Ex vocabulo ipsius*] Parum ἀναλόγως ergo vulgo *Colonia Agrippina* dicitur; etsi ita passim in Æthico et Itinerario Antonini: melius *Agrippinensis*, aut *Agrippinensium.* Etiam *Claudia* agnominata, fide lapidis, quem totum ascribamus ad gratiam celeberrimæ urbis:

gentem, Rheno transgressam,[1] avus Agrippa[m] in fidem acciperet. Iisdem temporibus in superiore Germania[n] trepidatum adventu Cattorum,[o] latrocinia agitantium. Inde[2] L. Pomponius, Legatus,[p] auxiliares Vangionas[3 q] ac Ne-

Agrippa in fidem olim *reciperet eam nationem, quæ Rhenum trajecerat. Eadem tempestate apud superiorem Germaniam formidatum* est, *irruptione Cattorum ad prædam incurrentium. Sed mox L. Pomponius legatus admonuit socios Vangiones*

2 *Deinde* Gronov. Ryckius, Brotier. et Homer.—3 Ita Mss. et editiones veteres. Rhenanus, *Vangiones.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. *Wangionas.*

NOTÆ

M. MARIO. M. F.
STEL. TITIO. RVFINO.
COS.
LEG. LEG. I. MINER. P. F.
CVR. COL. CLAVD. AVG.
AGRIPPINENSIVM.
PROCOS. PROV. SICILIÆ.
CVR. AMITERNOR. PRÆF.
TR. PL. Q. PROV. MACEDON.
SEVIR. TVRMAR. EQ. ROM.
TRIB. LATICL. LEG. I. ADIV. P. P.
IIII. VIRO. STLITIBVS. IVDIC.

Quo jure deducta colonia fuerit, Paulus l. II. De censibus: 'In Germania inferiore Agrippinenses Italici dicti sunt.' *Lipsius.*

[1] *Gentem, Rheno transgressam*] Sic de Mor. Germ. 28. 'Ne Ubii quidem, quanquam Romana Colonia esse meruerint, ac libentius Agrippinenses conditoris sui nomine vocentur, origine erubescunt, transgressi olim, et experimento fidei, super ipsam Rheni ripam collocati, ut arcerent, non ut custodirentur.' Sic legendum.

Rheno] Vide notas l. II. c. 18.

[m] *Avus Agrippa*] Quod factum credo, Agrippa et L. Gallo Coss. anno urbis 717. Ex Dione libro XLVIII. *Lipsius.*

[n] *Superiore Germania*] Vide notas l. VI. c. 30.

[o] *Adventu Cattorum*] Hi fortissimi Germaniæ populi, quos 'Hercinius saltus prosequitur simul atque deponit.' Tac. de Mor. Germ. 30. 'Multum rationis et solertiæ, præponere electos, audire præpositos, nosse ordines, intelligere occasiones, differre impetus, &c. alios ire ad prælium videas, Cattos ad bellum.'

Cattorum] Vide notas l. II. c. 16.

[p] *Deinde L. Pomponius, Legatus*] Parum cohæret narratio: cui rei enim illud *Deinde?* Vereor, ut exciderint ea, quæ de Sulpicii Galbæ et P. Gabinii expeditione adversum Cattos Marsosque Dio narravit, l. LX. Quanquam ea gesta annis aliquot ante. *Lipsius.*

Deinde L. Pomponius] Puto hæc cohærere, et nihil deesse. Nam similis omnino locus est infra c. 35. 'Obsessa civitas Anemuriensis, et missi e Syria in subsidium equites cum præfecto Curtio Severo turbantur, &c. dein rex ejus oræ Antiochus, &c. ceteros clementia composuit.'

Sic hoc nostro loco, 'in superiore Germania trepidatum est,' adventientes Catti latrocinia agitaverant. 'Deinde L. Pomponius legatus auxiliares monuit,' &c.

Nec pro ingenio suo sibi semper cohæret, aut certe cohærere videtur Tacitus. Res menti præcipiendas, aut subsequendas relinquit, sæpe gravitatis causa, brevitatisque; quasi dice-

metas,[r] addito equite alario,[s] monuit, 'ut anteirent[t] populatores, vel dilapsis[u] improvisi circumfunderentur.' Et secuta consilium Ducis industria militum, divisique in duo agmina, qui lævum iter petiverant, recens reversos, prædaque per luxum usos et somno graves, circumvenere. Aucta lætitia, quod quosdam e clade Variana quadragesimum post annum[v] servitio exemerant.

28. At, qui dextris et propioribus compendiis ierant,

ac Nemetas, adjuncto equitatu auxiliarium, ut prævenirent prædatores, vel cum se recepissent, inopinato circumvenirent. *Et prudentiam ducis æquavit industria militum, distributique in duos cuneos, qui sinistro itinere incesserant, modo regressos, et raptis opibus per lasciviam utentes, somnoque sopitos intercepere. Auctum* hinc *gaudium, quod post quadraginta annos quosdam* captivos *e clade Variana servitute liberassent.*

At qui dextra et breviore via ingressi erant, majorem cladem inferunt occur-

NOTÆ

ret, irrupere Catti, latrocinia agitarunt; hinc turbata est superior Germania, sed *deinde L. Pomponius*, &c. Sic multis locis Tacitus, ubi narravit res, quibus succurrendum fuit.

Deinde L. Pomponius] Puto nihil deesse. Sic loqui solet Tacitus, quoties bello, motui, aut cuipiam novæ rei subvenitur, remediumque affertur. Sic et l. XIII. 28. Cum quereretur Helvidius, 'jus hastæ, &c. inclementer exerceri; dein princeps, curam tabularum publicarum a quæstoribus ad præfectos transtulit.'

[q] *Vangionas*] Populi Germaniæ superioris provinciæ, in Belgica regione Galliæ, et ad Rhenum fluvium. Hodie Diœceses Archiepiscopatus *Mayence*, et Episcopatus *Worms*, vel pars major Electoratus Moguntini, seu *Mayence*, et *Palatinatus Rheni*, omne dominium temporale Episcopatus *Worms*, &c. in circulis Rheni superioris et inferioris. *Tillemon.*

[r] *Nemetas*] Nemetes populi Germaniæ superioris, provinciæ in Belgica regione Galliæ, et ad Rhenum fluvium.

Hodie Diœcesis Episcopatus *Spire*; vel pars *Palatinatus Rheni*, *Lotharingiæ*, &c. omne Episcopatus *Spirensis* dominium temporale, et Marchionatus *Badæ*; in Circulis Rheni superioris et inferioris, et Sueviæ. *Tillemonius.*

[s] *Equite alario*] Vangiones et alii Germani prisci peditatu pollebant: erant illi auxiliares; quare et additur ipsis auxiliarius eques, seu alarius, quod idem est. Fuit ille equitatus, forte Gallorum et Batavorum.

[t] *Ut anteirent*] Puto, ut occurrerent populatoribus, dum confertim et uno agmine incederent; sic enim facilius deleri potuerunt; ut occurrerent illis priusquam dilaberentur, vel ad prædam, vel ad sua redeuntes. Sed aliter contigit. Nam recens ad sua reversi, præda somnoque graves, circumventi sunt.

[u] *Dilapsis*] Nempe prævenirent populatores priusquam dilaberentur, vel jam dilapsis circumfunderentur. *Dilapsis*, id est, cum se recepissent a populatione, vel jam se reciperent.

[v] *Quadragesimum post annum*] Justa supputatio. Clades enim illa accepta anno 763. *Lipsius.*

obvio hosti, et aciem auso, plus cladis faciunt; et præda famaque onusti, ad montem Taunum revertuntur,[w] ubi Pomponius cum legionibus opperiebatur, si Catti, cupidine ulciscendi, casum pugnæ præberent. Illi metu, ne hinc Romanus, inde Cherusci,[y] cum quis æternum discordant, circumgrederentur, legatos in urbem et obsides misere; decretusque Pomponio triumphalis honos, modica pars famæ ejus apud posteros, in quis carminum gloria præcellit.

29. Per idem tempus Vannius, Suevis a Druso Cæsare[z]

renti hosti, et prælium auso. Et præda gloriaque aucti, redeunt ad montem Taunum, ubi Pomponius expectabat cum legionibus, si Catti ardore vindicandi se occasionem prælii darent. Illi formidantes, ne hinc Romani, illinc Cherusci, a quibus perpetuo dissident, circumvenirent, miserunt oratores Romam et obsides: et Senatusconsulto concessa Pomponio triumphi insignia, seu ornamenta, *exigua pars gloriæ ejus in posteros, apud quos carminum laude præeminet.*

Eodem tempore Vannius rex datus Suevis a Druso Cæsare, deturbatur imperio:

NOTÆ

[w] *Ad montem Taurum revertuntur*] Sic in veteribus. Castigavimus *Taunum*. Supra l. I. 'Positoque castello super vestigia paterni præsidii in monte Tauno, expeditum exercitum in Cattos rapit.'

Pomp. Mela in descriptione Germaniæ, 'Montium,' inquit, 'altissimi Taunus et Rhetico.' Occasionem errori præstitit ut ingens, ita et celebris Ciliciæ mons *Taurus*. Paulo post scripsimus, *Vangio ac Sido*. Rhenanus.

Taunus] Mons Juhonum et Mattiacorum populorum Germaniæ. Hodie *Die Hoch* et *Vogesoberg*, montes provinciarum Weteraviæ et Hassiæ, in Circulo Rheni. Ex Cluverii Germania, et Chartis Nic. Sanson. *Tillemonius.*

[y] *Inde Cherusci*] Tac. de mor. Germ. 36. A Cattis victi: nam 'Cherusci nimiam ac marcentem diu pacem illacessiti nutrierunt. Quod ipsis perniciei fuit; et qui olim boni æquique Cherusci, nunc inertes ac stulti vocantur. Cattis victoribus fortuna in sapientiam cessit.'

Cherusci] Vide notas lib. II. c. 16.

[z] *Suevis a Druso Cæsare*] Non genti toti Suevorum, sed iis qui Maroboduum et Catualdam reges comitati erant: 'Qui a Druso, ne quietas provincias immixti turbarent, Danubium ultra inter flumina Marum et Cusum locati sunt, dato rege Vannio gentis Quadorum,' ait noster lib. II. Annal.

Vannii regnum in parte describit Plinius: 'Campos et plana Jazyges Sarmatæ, montes vero et saltus, pulsi ab his Daci, ad Pathissum amnem a Moro,' (nescio an melius sit *Maro*) 'sive is Duria est, a Suevis regnoque Vanniano dirimens eos.' *Lipsius.*

Suevis] Suevi populi majorem Germaniæ partem obtinuerunt, circa fluvios Albim, Suevum aut Viadrum, et Vistulam.

Hodie in eo tractu sunt partes circulorum *Saxoniæ* superioris et inferioris, *Franconiæ*, *Bavariæ*, et *Austriæ*, *&c.* regnum *Bohemiæ*, *&c.* in imperio Allemaniæ, atque pars status *Poloniæ* circa Vistulam fluvium. His etiam adduntur regna *Norvegiæ* et *Sueciæ*, *Suede*. Ex Germania antiq. Cluverii

impositus, pellitur regno: prima imperii ætate clarus acceptusque popularibus; mox, diuturnitate[1] [a] in superbiam mutans, et odio accolarum,[b] simul domesticis discordiis circumventus. Auctores fuere Vibillius,[2] Hermundurorum[c] Rex, et Vangio ac Sido,[d] sorore Vannii geniti. Nec Claudius, quanquam sæpe oratus, arma certantibus barbaris interposuit,[e] 'tutum' Vannio 'perfugium' promittens, 'si pel-

is primis regni annis illustris gratusque subditis; dein diuturnitate imperii *in fastum vertens, simul et odio finitimorum, et intestinis dissensionibus oppressus* est. *Perniciem ei struxere Jubillius rex Hermundurorum, et Vangio ac Sido, nati ex sorore Vannii. Nec Claudius, quamvis sæpe rogatus, arma pugnantibus barbaris interjecit, pollicitus Vannio,* tutum asylum, si ejiceretur: *mandavitque P. Atellio*

1 Sic Ms. Flor. editio princeps, Ernestus, et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *diuturnitatem.* Mox pro *mutans,* in editione principe *mutatus.* Eleganter dictum *mutans.* Brotier.—2 *Vibilius* editio princeps: Mss. Flor. Agr. *Vibillius.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. *Jubilius* aut *Jubillius.* Brotierus et Homerus servant *Vibilius;* Gronovius *Jubillius;* Ryckius

NOTÆ

lib. III. c. 24. p. 97. *Tillemon.*

[a] *Mox diuturnitate*] Sic lego, non *diuturnitatem.* Sic *mutans* pro *mutatus;* quod apparet ex Mss. Varro: 'In priore verbo graves prosodiæ quæ fuerunt, manent: reliquæ mutant.' *Lipsius.*

[b] *Odio accolarum*] Quia *prædationibus* regnum auxerat; *discordiis,* præcipue, quia suos *vectigalibus* premebat: infra Tac.

Odio accolarum et simul domesticis] Magnæ superbiæ et impotentiæ fuit, tot hostes concitare et irritare simul, finitimos nempe et domesticos, seu populares. Qui lacesseret accolas, debuit interiora regni prius componere; aut saltem sibi conciliare ad tempus.

[c] *Hermundurorum*] Hermunduri populi Germaniæ ad Mænum fluvium. Hodie pars orientalis circuli *Franconiæ,* et aliquid circuli *Sueviæ.* Tillemon.

[d] *Sido*] Ille ipse qui postea in partibus Vespasiani. Tacit. III. Histor. 'Trahuntur in partes Sido atque Italicus reges Suevorum.' *Lipsius.*

[e] *Arma certantibus barbaris interposuit*] Nunquam certe principes Romani bellantibus barbaris arma interposuere, sive infra majestatem rati; sive ne pacem Romanam turbarent, sive serere bella et discordias inter barbaros e Rep. censerent.

Et certe rem Romanam asserebant barbari, cum inter se decertarent. Tac. lib. de mor. Germ. 33. ubi de Bructeris exscisis: 'Super sexaginta millia non armis telisque Romanis, sed, quod magnificentius est, oblectationi oculisque ceciderunt. Maneat, quæso, duretque gentibus, si non amor nostri, at certe odium sui: quando urgentibus imperii fatis, nihil jam præstare fortuna majus potest, quam hostium discordiam.'

Nec, &c. arma certantibus barbaris] Sive proferendi imperii incuriosus, seu mutuis cladibus atteri eos volebat, quos viribus exhaustos postea aggrederetur; seu denique scelus

leretur:' scripsitque P. Atellio[3] Histro[f] qui Pannoniam[4 g] præsidebat, 'legionem, ipsaque e provincia lecta auxilia, pro ripa[h] componeret, subsidio victis, et terrorem[5] adversus

Histro, qui Pannoniæ præerat, ut pro littore Danubii ordinaret legionem, ipsasque copias sociorum e provincia delectas, auxilio pulsis et formidini in

non dubitavit *Vibillius* rescribere.—3 *Attellio* Mss. Diversus ergo a SEX. PALPELLIO vel PALPEIO. P. F. VEL. HISTRO, cujus memoria extat apud Gruterum, 447. n. 4. *Brotier.*—4 *Pannoniæ* plerique Mss. et editiones veteres. Ms. Flor. *Pannoniam.* Brotierus et Homerus servant *Pannoniæ.*—5 *terrori* Ms. Bodl. et editiones quam plurimæ. In Ms. Flor. et editione principe, *terrorem.* Sic quoque Ernestus. Puteolanus, *terrore.* Mss. Jes. Guelf. *tempore.* Brotier. edit *terrori*, cum Ryckio et Gronov.

NOTÆ

externum cum lætitia habendum ratus. *Forstnerus.*

Certe infra majestatem imperii et nominis Rom. fuit, immiscere se talibus bellis: utile fuit imperio, discordias inter barbaros serere, et videri omnes tueri, aut velle, aut posse.

Utile fuit, nonnullos barbarorum in partibus habere; si quando bellum gerendum fuit adversus barbaros. At non contra saltem suo nomine, quid enim? mererent ne Romani in castris externorum, an imperarent, an obedirent?

Et secuti principes, potius occulte pecuniam suppeditabant, quam viros aut arma. Et potissima ratio est, quam affert ipse Tacitus, quia nolebat bellum. At causa belli seu prætextus sæpe sunt talia auxilia missa sociis.

Omni autem modo contendebat Claudius, ne otium, ne pax turbaretur: et statim concedebat triumphalia, ne bellum esset; etiam hic legiones et auxilia instrui jubet, ne victores 'fortuna elati, nostram quoque pacem turbarent.'

Et supra dicebat Parthis, 'huc satietate gloriæ provectam rem Rom. ut externis quoque pacem velit.'

[f] *Atellio Histro*] Sic Vatic. et Flor. non *Attilio.* In veteri inscriptione reperio hominem: quæ sic habet fide Aldi:

SEX. PALPELIO. P. F. VEL. HISTRO.
LEG. TI. CLAVDI. CÆSARIS. AVG.
PRO. COS.
PR. TR. PL. X. VIR. STL. IVDIC.
TR. MIL. LEG. XIV. GERMANICÆ.
COMITI. PI. CÆSARIS. AVG.
DATO. SVB. DIVO. AVGVSTO.

Quæ si ad illum referenda, quod ego censeo, legend. hic, *scripsitque Palpelio.* Lipsius.

[g] *Pannoniam*] Pannonia regio Illyrici late sumti ad Danubium fluvium, et ad Dravum atque Savum amnes.

Hodie pars orientalis circuli Austriæ, *Autriche*, pars inferioris *Hungariæ*, fere omnis *Sclavonia* proprie dicta, aliquid provinciarum *Croaciæ*, *Bosniæ*, et *Serviæ.*

Hæ regiones seu provinciæ parent Domui Austriacæ, et summo Turcarum imperatori. *Tillemonius.*

[h] *Pro ripa*] Danubii nempe. Colliges ex Tac. de mor. Germ. 41. 'Propior (ut quomodo paulo ante Rhenum, sic nunc Danubium sequar) Hermundurorum civitas, fida Romanis, eoque solis Germanorum, non in

victores, ne, fortuna elati, nostram quoque pacem turbarent:' nam vis innumera Lygii,[i] aliæque gentes adventabant, fama ditis Regni, quod Vannius XXX. per annos[j] prædationibus et vectigalibus auxerat.[k] Ipsi manus propria pedites, eques e Sarmatis Jazygibus erat,[l] impar multitudini hostium: eoque castellis sese defensare, bellumque ducere statuerat.

30. Sed Jazyges, obsidionis impatientes, et proximos

victores, ne prosperis feroces nostram etiam quietem interpellarent. *Quippe multitudo immensa Ligii, aliæque nationes affluebant, fama opulenti imperii, quod Vannius tributis et populationibus, per triginta annos ditaverat. Ipsi* regi *agmen proprium pedites, equitatus e Sarmatis Jazygibus erat,* sed *impar* erat *numero hostium: ideoque arcibus sese tutabatur, bellumque trahere decreverat.*

Sed Jazyges obsidionem ferre nescii, et vicinis agris palabundi, necessitatem

NOTÆ

ripa commercium, sed penitus, atque in splendidissima Rhætiæ provinciæ Colonia, passim et sine custode transeunt,' &c. Et infra: 'ad classem in Danubio opperientem perfugit.'

[i] *Lygii*] Vel Lugii late sumti, populi Germaniæ ad Vistulam fluvium.

Hodie pars *Prussiæ* et *Mazoviæ;* major pars regni *Poloniæ* proprie dicti, in statu Poloniæ, et aliquid *Silesiæ* in regno Bohemiæ. *Tillemon.*

[j] XXX. *per annos*] Legitima ratio esset 33. *per annos.* Lipsius.

[k] *Prædationibus et vectigalibus auxerat*] Non hic accipienda arbitror tributa, quæ ob res urbi invectas evectasque solvuntur, sed potius agros vectigales intelligendum.

Scribit Julius Fronto in opusculo de limitibus agrorum: 'Solitos Veteres, quos agros de hostibus capiebant, alios veteranis in præmia assignare, in alios colonias deducere: quosdam mancipibus in longum tempus locare, ut annuam aliquam mercedem principi darent:' hos *vectigales* dici.

Auxerat igitur his regnum Vannius, non tributis aut portoriis, quibus Germanos nunquam atteri potuisse, auctorum consensu traditur. In hoc sensu *vectigalium* mentio est etiam Jurisconsultis. *Alciatus.*

[l] *Eques e Sarmatis Jazygibus erat*] Quidam *Jazyges* et *Dacos* (hodie *Valacos* vocant) separant: cum tamen hic Tacitus *Jazyges Sarmatas* vocet, et lib. III. hist. Ptolemæus tamen *Jazyges Metanastas* a *Sarmatis* sejungit et dividit.

Hodie *Jazygum* tractum partim occupant *Turcæ*, partim *Hungari.* Hos Jazygas Tacitus lib. III. hist. equitatus vi plurimum valere scribit.

Pomp. Mela, lib. III. Sarmatas habitu armisque Parthis proximos ascribit: hodie quoque in equitatu sunt præstantissimi, utunturque in bello arcubus.

Jazygas hodie vulgus appellat *Transylvanos*, ubi septem castra. Dacorum mentionem facit Tacitus, lib. III. hist. *Lupanus.*

Jazygibus] Jazyges Metanastæ, populi Sarmatiæ Europææ ad Danubium et Tibiscum fluvios.

Hodie pars orientalis et meridionalis regni *Hungariæ*, paret summo Turcarum imperatori et Domui Austriacæ. *Tillemon.*

per campos vagi, necessitudinem pugnæ attulere, quia Lygius Hermundurusque illic ingruerant. Igitur degressus castellis Vannius, funditur prælio: quanquam rebus adversis, laudatus, 'quod et pugnam manu capessiit, et corpore adverso vulnera excepit.' Ceterum ad classem,[m] in Danubio[n] opperientem, perfugit. Secuti mox clientes,[o] et, ac-

prælii fecere; quia Ligii et Hermunduri illic instabant. Itaque Vannius castellis egressus, commisso certamine, pellitur; quamvis rebus improsperis, celebratus tamen, quod et prælium manu sustinuit, et adverso pectore plagas excepit. *Ceterum confugit ad naves, quæ in Danubio expectabant. Dein et advenere clientes* illius,

NOTÆ

[m] *Ad classem*] Ne intelligas de classe Vannii; quippe nullas naves, nullam classem habuere barbari illi, sed tantum lembos: et quod mirum est, eo ævo Batavi, qui insulam colunt, equitatu præpollebant.

Ad classem] Interpres Gallicus cepit de classe ipsius Vannii: sed potius intelligendum de classe Romanorum. Quippe classem in eo amne habuere; quod innuit Tac. supra: 'Lecta auxilia pro ripa componeret, subsidio victis,' &c.

Ad classem in Danubio opperientem perfugit] Sic explicant nonnulli: Vannius ad classem suam, quæ ipsum in Danubio expectabat, perfugit. At puto, potius fuisse classem Romanorum, quæ operiri hic jussa fuerat eventum pugnæ barbarorum.

Nam supra: 'Scripsitque (Claudius nempe) P. Atellio Histro, qui Pannoniam præsidebat, legionem, ipsaque e provincia lecta auxilia, pro ripa componeret, subsidio victis, ac terrori adversus victores,' &c.

Quod non factum pro ripa illa, sine navibus et classe Rom. quæ in eo fluvio stationem agebat. Nec reperimus Suevos aut Germanos habuisse classem apud Danubium; at Romani habuere classem, non modo apud Rhenum, sed etiam apud Danubium.

Et Lipsius mecum sentit, qui citat hunc eundem locum Taciti, quo probet, fuisse classem Rom. in illo flumine. Naves nominantur et Vegetio: 'Lusoriæ, queis in Danubio quotidianis utuntur excubiis.' Et Cod. Theod. 'Castrorum quin etiam ipsis, Lusoriarumque curam mandamus.'

Igitur non ad suam classem Vannius perfugit, sed ad classem Romanorum: et pro ripa illum ibi opperiebatur Atellius, jussu Claudii.

[n] *Danubio*] Danubius fluvius Germaniæ, Illyrici late sumti, et Sarmatiæ Europææ; in Pontum Euxinum labitur.

Hodie vocatur *Donauv* Allemanis, et *Danube* Francis. Fluit per Allemaniam et Turcicum imperium Europæum, deinde cadit in mare Nigrum, seu Majus. *Tillemon.*

[o] *Clientes*] Pro more Regum, et præcipue Germanorum, qui multos clientes habuere, quibus uterentur in bellis. Tac. de moribus Germ. 13. 'Ceteris robustioribus, ac jam pridem probatis (juvenibus) aggregantur (juvenes) nec rubor inter comites aspici. Gradus quin etiam et ipse comitatus habet, judicio ejus quem sectantur. Magna et comitum æmulatio, quibus primus apud principem suum locus: et principum, cui plurimi et acerrimi comites, &c. Nec solum in sua gente cuique, sed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute

ceptis agris, in Pannonia locati sunt. Regnum Vangio ac Sido inter se partivere,[1] egregia adversus nos fide:[p] subjectis, suone an servitii ingenio,[q] dum adipiscerentur dominationes,[2] multa caritate, et majore odio, postquam adepti sunt.

31. At in Britannia[r] P. Ostorium, pro Prætore,[1] turbidæ res excepere, effusis in agrum sociorum hostibus, eo violentius, quod novum Ducem, exercitu ignoto, et cœpta hyeme, iturum obviam non rebantur. Ille gnarus, primis eventibus metum aut fiduciam gigni, citas cohortes rapit: et, cæsis qui restiterant,[2] disjectos consectatus, ne rursus congloba-

et acceptis terris, apud Pannoniam consedere. Vangio ac Sido regnum inter se diviserunt, eximia in nos fide; subditis maximo amore, dum regna compararent, an principum an subditorum ingenio id acciderit incertum, dein *et acriore odio, postquam obtinuerunt.*

Sed apud Britanniam turbatæ res sub P. Ostorio proprætore, irrumpentibus barbaris in terras sociorum, eo ferocius, quod non putarent suppetias laturum novum præfectum, cum exercitu sibi *incognito, et incepta hyeme. Ille sciens, primis successibus formidinem vel audaciam incitari, expeditas cohortes raptim ducit, et profligatis qui obstiterant, fusos et inconditos prosecutus, ne rursus conjungerentur,*

1 Editio princeps, *partiti sunt.* Bene Puteolanus ex Mss. *partivere.* Sic Sallustius in Jugurth. 'Consules designati provincias inter se partiverant.' *Brotier.*—2 Amicus legebat *dominationis;* quod verisimile; quoniam *apiscor* sic construitur VI. 45.; et *adipiscor* III. 55. *Ryckius.*

1 *Proprætorem* Ryckius, Brotier. et Homer. *Proprætore* Gronovius.—2 In Mss. et editis libris *restiterunt.* Ex Latino usu recte Ernestus, *restiterant.*

NOTÆ

comitatus emineat,' &c.

Cum ventum in aciem, turpe principi virtute vinci, turpe comitatui virtutem principis non adæquare. Jam vero infame in omnem vitam ac probrosum, superstitem principi suo ex acie recessisse. Illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriæ ejus assignare, præcipuum sacramentum est. Principes pro victoria pugnant, comites pro principe.'

Et infra: 'Epulæ, et quanquam incomti, largi tamen apparatus; pro stipendio cedunt, materia munificentiæ per bella et raptus,' &c.

[p] *Egregia adversus nos fide*] Ita Vatic. Livius lib. v. 'Quanquam adversus Romanos nulla eis amicitia erat.' Noster lib. III. 'Et privignis cum vitrico levior necessitudo, quam avo adversus nepotem.' At vulgo *apud nos fide* legitur, non Latine. *Lipsius.*

[q] *Suone an servitii ingenio*] An dominantium an parentium ingenio. Forte utroque. Ad novam dominationem sæpe spe et animis erecti populi; dein odium succedit. Tali in re, servitium et dominatio sæpe reciprocantur.

[r] *Britannia*] Vide notas supra lib. XI. cap. 3.

rentur, infensaque et infida pax non Duci, non militi, requiem permitteret, detrahere arma suspectis, cunctosque[3] castris ad Auvonam[s] et Sabrinam[u] fluvios cohibere parat.

et ne infesta et male fida pax, non duci, non militi quietem daret, auferre arma suspectis cœpit, *circumdatosque munimentis Antonam et Sabrinam amnes coërcere*

Brotier.—3 Ms. Flor. *cunctaque castris.* Editio princeps *cunctasque castris.* Mss. Harl. et Jes. *Cinctasque castris.* Altera manu emendatum, *cinctos.* Sic et Puteolanus. Lipsius aliique hic plurimam difficultatem movent, ut emen-

NOTÆ

[s] *Cunctosque castris ad Auvonam*] Vulgo *cinctosque castris Antonam:* et aciem omnem habui ad hunc locum, nec quicquam pervidi. Libri vett. *cunctisque castris.* Forte: *Detrahere arma suspectis, cinctisque: castris Antonam ad Sabrinam* (Ptolemæo est, *Sabriana*) *fluvium cohibere parat.* Sive, ut Agricola legebat, *junctisque castris.*

Antona sane civitas esse videtur, manetque hodie Northamptona: quasi dicas Septemtrionalis Hammonis civitas. Nam *Ton* priscis Britannis semper civitas.

Olim divinavi *cinctosque castris, Antona et Sabrina fluviis,* eo sensu, ut hostem vagum, metuentem pugnæ, partim castris, partim fluminibus cingeret, et ab effusa populatione arceret. Sed ludimus aleam, in loco fortasse non pleno. *Lipsius. Antona,* fluv. *Nen* hodie vocatur, qui sæpe recurrentibus ripis per orientalem hujus provinciæ partem iter habet: fluvius sane nobilissimus, et, nisi me fallo, a Romanis olim præsidiis munitus.

Cum enim jam citerior Britanniæ pars sub Claudio in Romanorum potestatem ita cessisset, ut qui eam incolerent Romanorum socii dicerentur, et ulteriores Britanni sæpius in horum agros effusi, omnia violentius raperent; ipsique socii facilius Romanorum imperia quam vitia ferentes, subinde cum ulterioribus illis conspirarent; P. Ostorius, (inquit Tacitus) *cinctos castris Antonam* (*Aufonas* libentius legerim) *et Sabrinam fluvios cohibere parat.*

Hoc est, ni male capio, munimentis ad fluvios dispositis, statuit coërcere Britannos ulteriores et provinciales, ne mutuas operas in Romanos traderent.

Quis fluvius hic sit ANTONA, dixerit nemo. Lipsius nostræ ætatis Phœbus, aut hanc nebulam dispulit, aut nubes me sane obduxit. Ad Northampton digitum intendit ille.

Antonam pro *Aufona,* ad quem sita Northamptona, in Tacitum subrepsisse opinor. Hic enim *Avona* in umbilico insulæ surgens, ita ad ortum tendit, et ejusdem nominis alter vicinus fluv. Sabrinam petens, ita se ad occasum confert, insulam transversam secantes, ut in Boreales Britanniæ partes transeunti alter ex his sit necessario transeundus.

Quare cum Ostorius *Sabrinam,* et hos *Aufonas* communivisset, non erat cur e Wallia, vel septentrionali Britanniæ plaga suis Romanis et sociis timeret; nam eo tempore proximam insulæ partem solummodo in provinciæ formam redegerant, ut alibi testatur ipse Tacitus. *Cambdenus.*

Castris, id est, *castellis:* neque enim verisimile est, duos fluvios continuis castris circumdedisse, et cum cohiberet fluvios, simul et cohibebat feroces populos. Forte tamen *castris* le-

Quod primi Iceni[v] abnuere, valida gens, nec prœliis contusi,[4] quia societatem nostram volentes accesserant: hisque auctoribus[w] circumjectæ nationes locum pugnæ delegere, septum agresti aggere, et aditu angusto, ne pervius equiti foret. Ea munimenta Dux Romanus, quanquam sine robore legionum sociales copias ducebat, perrumpere aggreditur, et distributis cohortibus turmas quoque peditum[x] ad munia accingit. Tunc, dato signo, perfringunt aggerem, suisque claustris impeditos turbant. Atque illi conscientia rebellionis, et obseptis effugiis, multa et clara facinora

destinat. Quod primi Iceni recusare, potens natio, nec pugnis infracti, quia societatem nostram ultro induerant: et eorum consilio atque auctoritate finitimæ gentes locum prœlio sumsere, cinctum agresti fossa; et arcto aditu, ne penetrare equitatus posset. Ea castra dux Romanus pervadere audet, quamvis auxiliares copias sine agmine legionum duceret, et divisis cohortibus, turmas etiam equitum *ad prœlia peditum disponit. Tunc signo dato, perrumpunt vallum, suisque munimentis implicitos* hostes *perturbant. Et illi crimine defectionis, et occlusis effugiis, multa et*

detur vel *detrahere arma suspectis, cinctisque: castris Antonam ad Sabrinam fluvium cohibere parat;* vel *cinctosque castris, Antona et Sabrina fluviis.* At eleganter dictum, *cinctosque castris Antonam,* vel potius *Aufonam et Sabrinam fluvios cohibere parat.* Nam perperam aut Tacitus aut librarii scripsere *Antonam* pro *Aufonam;* quod jam pridem animadvertit eruditus Camden, *Britannia, by Gough,* v. 1. p. 190. Ed. 1806. suadetque locorum natura. *Brotier.* Cod. meus: *junctisque castris.* Unde amicus: *junctosque castris;* quod putabat dici, ut *ponte ripas jungere.* Ryckius. Cum Ryckio, Brotiero, et Homero Gronovius habet *cinctosque castris.*—4 Sic Mss. Flor. Reg. Farn. editio princeps, Pichena, Ernestus. In Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *concussa:* at omnes editi *contusi.*

NOTÆ

gionum dissitis et ita dispositis, ut transire illacessiti hostes non possent.

Antona, Fluvius Dobunorum populorum, in Sabrinam fluvium se exonerat; in Flavia Cæsariensi provincia Britanniæ.

Hodie *Avon:* labitur per Comitatus *Warwick, Worcester,* et *Gloster,* in parte meridionali et occidentali regni Angliæ, et in fluvium *Severne* cadit. Ex Chartis Sansonis. *Tillemon.*

[u] *Sabrina*] Fluvius Cornaviorum et Dobunorum populorum, in Flavia Cæsariensi, provincia Britanniæ Majoris, et in Verginium Oceanum se exonerat.

Hodie *Severne* aut *Saverne:* labitur per Comitatus *Salop, Worcester,* et *Glocester,* in parte occidentali et meridionali regni Angliæ, et in Canalem Sancti Georgii cadit. *Tillemon.*

[v] *Iceni*] Populi Flaviæ Cæsariensis provinciæ, ad mare Germanicum, in parte orientali Britanniæ Majoris insulæ.

Hodie Comitatus *Norfolk* et *Suffolk,* in latere orientali regni Angliæ. *Til.*

[w] *Hisque auctoribus*] His consultoribus, et quasi ducibus; nam simul et hi et locum pugnæ delegere haud dubie.

[x] *Turmas quoque peditum*] Cum ex-

fecere. Qua pugna filius Legati, M. Ostorius,[y] servati civis decus[z] meruit.

32. Ceterum clade Icenorum compositi, qui bellum inter et pacem dubitabant: et ductus inde in[1] Cangos exercitus.[a]

eximia facinora edidere. Quo prælio M. Ostorius proprætoris filius servati civis gloriam adeptus est.

Ceterum victis Icenis, pacati qui bellum inter et pacem ambigui erant, et ductæ in Cangos legiones. Rapti excisique agri, præda passim abacta, non ausis congredi.

1 Mss. Flor. Vatic. Corb. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editio princeps et Puteolanus, *ductus inde Cangos.* Unde forte olim scriptum, *ductus inde in Cangos,* ut

NOTÆ

ignum peditatum Ostorius haberet, *turmas* equitum adeo disposuit, ut *peditum* munia adimplerent. Transpositio Tacito familiarissima. Sic lib. seqq. 'Militiæ ad labores vocaretur.' *Pichena.*

[y] *Filius Legati, M. Ostorius*] Publii Ostorii scilicet filius, patrem jam dixit *proprætorem;* et ita quoque mox, et etiam *legatum* appellabit; et *legatus* erat Proprætore, qualiter in spectatione Brixiæ in Italia legas, de

C. PONTIO. C. F. PALIGNO. TRIB. M. LEG. X. GERM. CVR. LOCORVM. PVBLIC. ITERVM. ÆDIL. CVR. LEGATO. PROPRAE. ITERVM. EX. S. C. ET. TI. CÆSARIS, D.

Ceterum, quod hic et alibi de Corona civica Cornelius ait, explicandum ex Agellio Noctium v. 6. *Vertranius.*

[z] *Servati civis decus*] Coronam nempe *civicam,* quæ datur illi qui civem servaverit, et simul hostem occiderit: hac illum ornat imperator, et Tribuni cogunt servatos, nisi sponte velint, servatorem suum coronare.

Hunc per omnem vitam colit, qui servatus est, ut parentem. Corona e *quercu,* seu *ilice* fuit. Quoniam primus hominum cibus seu victus e quercu, sicque antiquissimus.

Servati civis] Plin. XVI. 4. 'Civica iligna primo fuit, postea magis placuit ex esculo Jovi sacra. Varia tumque et cum quercu est, ac data ubique quæ fuerat, custodito tantum honore glandis. Additæ leges arctæ, et ideo superbæ, quasque conferre libeat cum illa Græcorum summa, quæ sub ipso Jove datur, cuique muros patria gaudens rumpit: civem servare, hostem occidere: utque eum locum in quo sit actum, hostis obtineat eo die: utque servatus fateatur; alias testes nihil prosunt: ut civis fuerit. Auxilia, quamvis rege servato, decus id non dant: nec crescit honos idem, imperatore conservato, quoniam conditores in quocumque cive summum esse voluere. Accepta licet uti perpetuo: ludos ineunti semper assurgi etiam ab senatu, in more est. Sedendi jus in proximo senatui. Vacatio munerum omnium ipsi patrique et avo paterno.'

Forte tantum decus fuit in causa, cur coronam civicam sibi vindicarint Cæsares, et palatii fores ea semper exornatæ fuerint. Plin. l. XVI. 'Civicam a genere humano accepit ipse' Augustus. Attamen vides etiam tempore Neronis, privatos id decus esse adeptos, ut patet ex Tac. hic, quia nempe non statim nec uno ictu jugulata libertas civium, et vetus Resp. sed sensim et per intervalla.

[a] *Ductus inde in Cangos exercitus*]

Vastati agri, prædæ passim actæ; non ausis aciem hostibus, vel, si ex occulto carpere agmen tentarent, punito dolo. Jamque ventum haud procul mari,[b] quod Hiberniam[c] insulam aspectat; cum ortæ apud Brigantas[2] [d] discordiæ retraxere Ducem, destinationis certum, ne nova moliretur, nisi prioribus firmatis.[e] Et Brigantes quidem, paucis, qui arma cœptarant, interfectis, in reliquos data venia, resedere: Silurum[f] gens, non atrocitate, non clementia mutabatur,

hostibus, vel si ex insidiis lacessere agmen auderent, punita fraude. Jamque per ventum fere erat ad pelagus, quod Hiberniam insulam respicit; cum orti novi *motus apud Brigantes, revocavere ducem, consilii certum, ne res novas tentaret, nisi compositis veteribus. Et Brigantes quidem, paucis interemtis, qui bellum incipiebant, ceteris concessa venia, quievere. Natio Silurum, neque sævitia, neque lenitate flec-*

Pichenæ et Ernesto placuit. *Brotier.* Gronovius cum omnibus editis omisit *inde.*—2 Sic Ms. Corb. et editio princeps. Puteolanus *Brigantes.* Variant

NOTÆ

Promontorium Καγγανῶν, etiam Ptolemæus in Britannia agnoscit: sed qui fuerint proprie hi populi, certant.

Ego hoc scio, vicinos Icenis fuisse, et cum iis restituendos Cæsari l. v. Corrupte enim ibi legas: 'Cenimagni, Segontiaci, Bribroci, missis legationibus, sese Cæsari dediderunt.'

Nam Cenimagni nusquam lecti inter Britanniæ gentes. Divido et scribo, *Iceni, Cangi.* Capio judicem te, Gulielme Camdene, qui Britanniæ tuæ nebulas, claro ingenii sole, nuper illustrasti. *Lipsius.*

Cangos] Forte *Cangani*, populi Ordovicum populorum in Britannia secunda, provincia Albionis insulæ, seu Britanniæ Majoris, et ad mare Ivernicum.

Hodie *Caernarvon*, Comitatus Principatus Walliæ, seu *Galles*, in latere occidentali regni Angliæ. *Tillemon.*

[b] *Mari*] Ivernicum mare, pars Oceani occidentalis, alluens oram occidentalem Albionis insulæ seu Britanniæ Majoris, et oram orientalem Britanniæ Minoris, vel Ivernia insulæ. Hodie *Mer d'Irlande* a Francis dicitur. *Tillemon.*

[c] *Hiberniam*] Hibernia vel Ivernia una ex insulis Britannicis, in Oceano occidentali, &c.

Hodie *Irlande* Francis, regnum et insula sub ditione regis Magnæ Britanniæ. *Tillemonius.*

[d] *Brigantas*] Populi Maximæ Cæsariensis provinciæ, in Britannia Majore insula, et ad mare Germanicum et Ivernicum.

Hodie Comitatus *Cumberland, Lancaster, Durham*, et major pars Comitatus *York*, in parte septentrionali regni Angliæ. *Tillemonius.*

[e] *Nisi prioribus firmatis*] Sic Tac. quia Brigantes jam ante parebant Rom. et tum discordiis turbati adversus imperantes rebellabant. At statuerat Ostorius priora firmare, nec novos hostes ante lacessere; et Brigantes ipsimet paucos, qui arma capiebant, interfecere, et acquievere, cum reliquis non punitis veniam Romani dedissent.

[f] *Silurum*] Silures, populi Britanniæ secundæ provinciæ, in parte oc-

quin bellum exerceret, castrisque legionum premenda foret. Id quo promtius[g] veniret, Colonia Camulodunum,[3h] valida veteranorum manu,[i] deducitur in agros captivos,

tebatur, quin arma capesseret, quin *et munimentis legionum cohibenda foret.* Et *quo* præsidium *illud propius ac promtius adventaret, colonia deducitur Camalodunum,* cum *firmo agmine veteranorum, in regionem captam, ut auxilium adversus*

quoque ceteri Mss. Gronovius et Ryckius habent *Brigantes.*—3 Ita Mss. editiones veteres et Ernestus. Græcis quoque Καμουλοδουνον. In æreo Claudii nummo apud Camdenum, *Britan. by Gough,* Vol. II. p. 122. Ed. 1806. TI. CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. XII. IMP. XIIX. capite nudo. Ex adversa parte colonus duos boves agit, vulgare in nummis coloniæ signum, COL. CAMALODVN. AVG. Idem, V. II. p. 135. Edit. 1806. ex inscrip. memorat Cn. Munatium, qui fuit CENSITOR CIVIVM ROMANORVM COLONIAE VICTRICENSIS QVAE EST IN BRITANNIA CAMALODVNI. Utinam tum nummum,

NOTÆ

cidentali Albionis insulæ majoris.

Hodie Comitatus *Radnor, Brecon, Glamorgan,* et *Monmouth,* in Principatu Walliæ, seu *Galles,* et in latere occidentali regni Angliæ. *Tillemon.*

[g] *Id quo promtius*] Nempe quo illud subsidium ex propiori loco et promtius adventaret, Colonia deducitur in agros captivos, &c. infra 38. 'Ac ni cito e vicis et castellis proximis subventum foret.'

Id quo promtius veniret] Nempe auxilium legionum: sic Quintil. instit. 8. 'Hujus enim sunt generis, cum ab Annibale cæsa apud Cannas sexaginta millia dicimus, et apud Tragicos ab Ægialeo, et carmina Virgilii, venisse, et venire commeatus;' qui tamen *afferuntur;* sic et *auxilium* hic Tacito *venire* dicitur; id est, quo promtius venirent legiones in auxilium subsidiumque.

[h] *Colonia Camulodunum*] Quod oppidum antea Regum in eo tractu sedes. Dio: 'Camulodunum, Cynobellini regiam' appellat. At *Camalodunum* lapidi prisco insculptum, eccisti: CENSITOR. CIVIVM. ROMANORVM. COLONIAE. VICTRICENSIS. QVAE. EST. IN. BRITANNIA. CAMALODVNI.

Duplex autem eo nomine oppidum, alterum in Brigantibus, alterum in Trinobantibus, colliges ex Ptolemæo Plinioque. Nescio an nomen illis a peculiari aliquo et indigena Deo: cujus forte an mentio in hoc lapide:

CAMVLO SANC.
FORTISS.
SAC.
TI. CLAVDIVS. TI. F. QVIR.
TERTIVS.
MIL. COH. VII. PR. T. VERI.
L. D. D. D.

Camulus indigena Deus, idem qui Mars. *Lipsius.*

Camulodunum] Urbs Brigantum populorum, in Maxima Cæsariensi provincia Albionis insulæ, seu Britanniæ Majoris.

Hodie *Almondbury,* villa jurisdictionis vulgo dictæ *Agbrigg Wapontake,* in parte meridionali Comitatus *York,* et in regno Angliæ.

Fuit etiam *Camalodunum,* urbs Trinobantum populorum, in Flavia Cæsariensi provincia Albionis insulæ.

Hodie *Maldon,* oppidum Comitatus *Essex,* in parte meridionali et orientali regni Angliæ. *Tillemon.*

[i] *Valida veteranorum manu*] Veterani illi, missi seu exauctorati post 16. vel 20. stipendia, adhuc retinebantur sub

subsidium adversus rebelles, et imbuendis sociis ad officia legum.[j]

defectores foret, et etiam *assuefaciendis sociis ad obsequia legum.*

tum inscriptionem ipse inspexisset, ut ex eruditissimi viri testimonio indubitata constaret fides. Nomen urbis dictum videtur a CAMVLO DEO SANCTO ET FORTISSIMO : Sic enim gentes illæ Martem vocitavere. Camden, Vol. II. p. 122. Edit. 1806. *Brotier*. Codd. Flor. et Meus: *Camulodunum*. Dio: Καμουλόδουνον τὸ τῶν Κυνοβελλίνου βασίλειον. *Ryckius*. At Gronovius cum Ryckio servat *Camalodunum*.

NOTÆ

vexillo, immunes omnium belli munerum, *præter quam propulsandi hostis;* et hoc loco cum valida esset illa manus *veteranorum*, haud dubie erant plura *vexilla*, et plurium legionum erant.

Hos igitur *veteranos* distingue a *vexillariis*, qui nondum exauctorati, qui nondum stipendia fecerant, quamdiu vexillarii erant. Qui non immunes a muniis belli, immo deligebantur ad ministeria belli urgentia, et procul amoti a legione sua merebant, non uno loco, non uno præsidio, aut castello, ut *veterani*, qui tantum propulsare hostem tenebantur a præsidiis, seu propugnaculis, quibus dispositi erant.

Cum contra in multa loca traherentur *vexillarii*, pro necessitate rerum et belli, et *vexillarii* talis legionis, ex qua delecti erant, dicebantur. At *veterani* jam nullius legionis erant, hi sub *vexillo* proprio merebant.

Vexillarii etiam sub vexillo quodam proprio habiti, quod tamen talis legionis vexillum fuit, et ipsis instar aquilæ fuit; nam aquila nunquam separata a legione, et ubi aquila, ibi legio. At hoc *vexillum veteranorum* dicebatur, non *vexillum* legionis ullius. Et *vexillarii* illi restituti suæ legioni, non amplius *vexillarii* erant.

Distingue inter *vexillarios* talis legionis, v. g. quatuordecimæ, et *vexilla*, et *vexillationem*. *Vexillarii* certæ legionis, erant milites expediti et electi ex illa legione, qui raptim agebantur vel procul ad pugnam, vel ad alias belli necessitates, sive cohortes integræ abstraherentur a legione, vel manipuli quidam ex qualibet cohorte seligerentur, et illi non certo numero electi, sed pro jussu ducis, aut pro necessitate rerum definitus *vexillariorum* numerus, tanta copia sæpe ut remaneret aquila desolata, et inane tantum nomen legionis superesset.

Vexilla, seu *vexillatio*, erant plura vexilla simul contracta, et ex pluribus diversisque legionibus abstracta; ita ut repræsentaret quodlibet vexillum suam legionem, et talia vexilla longe validiora cohortibus.

Quare et reperiendum fuit eo ævo nomen generale quoddam, quod illas omnes istiusmodi copias exprimeret. Itaque sive *cohortes*, sive *vexilla*, aut *vexillationes*, sive *alæ*, sive cohortes Romanæ, sive cohortes auxiliarium essent, ea cuncta indistincte *numeros* appellitabant.

Fuit inferiori ævo *vexillatio:* quædam equitum erat, sed quæ ad ævum aut militiam principum, de quibus Tacitus, nihil pertinet. *Vexillarii* seu *vexillationes*, de quibus hic agimus, habuere suum equitatum annexum, quemadmodum et legiones Rom. sed equitatus ille non habuit proprium corpus aut nomen, et seorsim, nondum *vexillatio* tunc appellabatur.

[j] *Imbuendis sociis ad officia legum*]

33. Itum inde in Siluras, super propriam ferociam, Caractaci[1] viribus[k] confisos: quem multa ambigua, multa prospera extulerant, ut ceteros Britannorum Imperatores præmineret. Sed tum astu, tum[l] locorum fraude[m] prior,[2] vi

Exin ventum in Siluras, præter innatam violentiam, fidentes opibus Caractaci: quem plurimæ adversæ, multæ secundæ res evexerant, ut reliquis Britannorum ducibus præcelleret. Sed tum fraude locorum et dolo superior, robore militum im-

1 Strenuus ille Britannorum imperator a Zonara, Vol. I. p. 565. Καράτακος appellatur. Sic etiam Ms. Reg. In Ms. Jes. *Carattaci*. Verum Cl. Haym, *Tesoro Britannico*, p. 145. nummum æreum e cimelio Comitis *di Winchilsea* laudat, in quo ex una parte caput nudum Principis: ex altera pedes cum clypeo equum ducit: infra CARIC. Unde genuinum nomen esse *Carictacum* asseverat. Eum apud Demetas, nunc *Cardiganshire*, regnasse docet eruditus Camden, *Britannia, by Gough*, Vol. III. p. 157. Edit. 1806. *Brotier*.— 2 Ita Puteolanus et Mss. Harl. Bodl. Jes. In Ms. Flor. *sed tum astu, loco-*

NOTÆ

Veteranos eos deductos ait, a quibus et illi, qui essent in armis, repellerentur; et qui in ditione Rom. legibus et imperiis Romanis assuefierent, sub fascibus vivere addiscerent. *Gronovius.*

Imbuendis sociis ad officia legum] Lege *legum*, non *legionum*. Cum colonias deducerent, præficiebant Triumviros, qui agros viritim dividebant, qui ipsum oppidum disponebant, et jura ac formam velut novæ Reipub. dabant; sic tamen, ut omnia Romam et urbem matrem referrent, ipsis quoque locis fora, Capitolia, templa, theatra, curiæ, ut pro illa imagines essent, et in gubernatione *Duumviri* plerisque locis, quasi duo consules, *Ædiles* item et *Decuriones* pro senatu.

Sic vides, duo maxime utilia intulisse istas colonias, nempe ut præsidium in hostes essent, et simul imbuerent socios *ad officia*, seu obsequia *legum*. Sicque linguam suam, eloquentiam, jurisprudentiam, religionem, luxum etiam elegantiæ vocabulo, et ceteras Rom. artes, moresque invehebant provinciis; quarum rerum amœnitate tandem mitigabant barbarorum animos, ut servitutem suam quam libertatem mallent. Tac. hist. IV. 71. 'Auxit ea res Gallorum obsequium; nam recepta juventute, facilius tributa toleravere, proniores ad officia,' legum nempe, et imperii.

Sic etiam supra: Frisiis Corbulo, 'Senatum, Magistratus, leges imposuit, ac ne jussa exuerent, præsidium immunivit.' Ubi *jussa*, id est, *officia legum*. Tac. in Agric. de Britannis: 'Jam vero principum filios liberalibus artibus erudire, &c. ut qui modo linguam Rom. abnuebant, eloquentiam concupiscerent, &c. paulatimque discessum ad delinimenta vitiorum porticus et balnea, et conviviorum elegantiam: idque apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars servitutis esset.'

[k] *Caractaci viribus*] Dio Καταράκατον nominat: alii *Catacratum*: Zonaras *Baratacum*. *Caradocum* vocasse videntur Britanni. Certe etiam hodie locus est, et in eo parietinæ arcis, quem *Caer Caradoc* vocant: id est, oppidum, sive arcem Caradoci. *Lipsius.*

[l] *Sed tum astu, tum*] Amplector Flo-

militum inferior, transfert bellum in Ordovicas,[n] additisque, qui pacem nostram metuebant,[o] novissimum casum experi-

par, transmittit bellum in Ordovicas, adjunctisque qui otium nostrum timebant,

rum fraude prior: quam lectionem Gronovius et Ryckius servant. Mss. Reg. Agr. et editio princeps, sed *tamen astu.* Brotier. Cod. meus: *sed tamen astu locorumque f. p.* Amicus: *sed cum astu, tum locorum f. p.* Ryckius.

NOTÆ

rentinam scripturam: *Sed tum astu, locorum fraude prior;* ut sit sensus, *astu* translatum ab eo bellum, quia *fraude*, ex locorum peritia, prior esset. Monuit Pichena. *Lipsius.*

Sed tum astu, tum locorum fraude prior] In vulgatis: *Sed astu tum locorum fraude prior.* Ego Florentini lectionem longe meliorem reposui: *Sed tum astu, locorum fraude prior.*

Sensus est, Caractacum locorum fraude ac peritia priorem, inferiorem vi militum, transtulisse *astu* bellum in Ordovicas. Paneg. ad Maximianum. *Pichena.*

Astum suum fraudi locorum perite admiscebat; ita ut callide fraude locorum, et imperitia hostium uteretur. Fraus est etiam in locis, quæ dolo et strategematis ducum versutorum maxime quandoque patrocinatur.

Sed tum astu] Sic distingue, *sed tum astu, locorum fraude;* et sic intellige, *sed tum astu* et *locorum fraude prior:* nam Tac. conjunctiones omittit; nec inusitata illa dicendi ratio; nam et est aliquis astus, fraus aliqua est in ipsis locis, in saltibus, in sylvis.

Quo astu uti sciunt cordati duces, cui fraudi locorum suam et calliditatem assuunt prudenter.

Astu locorum] Loca ipsa, sylvæ, saltus, montes, habent suam etiam fraudem ex natura et ingenio loci: habent astum suo modo, quo callidi duces sapienter utuntur. Florus l. I. ubi de Samnitibus. 'Saltibus fere et montium fraude grassantem,' supple *gentem.*

[m] *Fraude*] Subintellige: et *sed tum astu,* et *locorum fraude prior.* Intellige vel de astu proprio ducis, vel de astu mixto, partim ex ingenio hominis, partim ex fraude locorum petito; nempe de dolo utroque simul prudenter assuto.

[n] *Ordovicas*] Ordovices, populi Britanniæ secundæ provinciæ, in latere occidentali Albionis insulæ, seu Britanniæ Majoris.

Hodie pars septentrionalis, et dimidia Principatus Walliæ seu *Galles,* in regno Angliæ, ad occidentem. *Til.*

[o] *Qui pacem nostram metuebant*] Hi sunt reliqui Britannorum, ad eam diem Romanis intentati, qui metuebant, ne reddita victis pace, contra se veniretur. Eruditissimus vir legit, *pacem an iram nostram,* et interpretatur: at vulgata tum scriptio, tum sensus, faciliora sunt. *Salinerius.*

Frustra moliuntur. *Pax* eleganter interdum est idem quod imperium. Seneca de Clementia I. 1. 'Hæc tot millia gladiorum, quæ pax mea comprimit.' Cap. 4. 'Hic casus Romanæ pacis exitium erit: hic tanti fortunam populi in ruinas aget.'

Sed et c. 8. 'Tibi in tua pace armato vivendum est.' In regno vel imperio tuo, quod pace contines, ubi aliis pacem præstas. De Providentia c. 4. 'Omnes considera gentes, in quibus Romana pax desinit.'

Plinius l. LXXII. 1. 'Immensa Romanæ pacis majestate, non homines modo, diversis inter se terris gentibusque, verum etiam montes et ex-

tur; sumto ad prælium loco, ut aditus, abscessus, cuncta nobis importuna, et suis in melius essent. Tunc montibus arduis, et, si qua clementer accedi poterant, in modum valli saxa præstruit: et præfluebat amnis vado incerto, catervæque[p] meliorum[3] pro munimentis[q] constiterant.

rem in ultimum discrimen mittit, delecto ad pugnam loco, ut introitus, exitus, omnia nobis iniqua et suis opportuna forent. Tunc collibus editis, et si qua parte *facile adiri poterant, muros* hac *construit, ad instar munimenti: et prælabebatur fluvius vado ambiguo, catervæque grandiorum pro vallo dispositæ erant.*

3 *Caterva majorum*, Brotier. et Homer.—Sic libri omnes editi et Mss. præter Ryckium, qui e Ms. Agr. perperam edidit *catervaque majore.* Nec est cur emendatum velis cum Lipsio *catervæque nationum*, aut cum Freinshemio *caterva armatorum.* Absurde Barthius *Caterva Monionum*, qui vicinam insulam Monam, *Anglesey*, habitabant. *Brotier.* Ante hic edebatur: *catervaque* * *majorum.* Unde Lipsius faciebat: *catervæque nationum:* quoniam mox sequitur, *ductores gentium;* et Britannis Gallisque solitum inire per nationes prælia. Freinshemius: *catervaque armatorum*, tanquam ad vulgatam accedens propius. Sed cum Cod. meus habeat, *catervaque majore pro m. c.* et hæc videatur vera lectio, præferre corruptæ vulgatæ aut conjecturis incertis non sum veritus. *Majore* enim *caterva* videtur dici pro magna caterva: *pro munimentis* pro in munimentis. Sequitur enim cap. seq. 'simul objectus amnis, additum vallum, imminentia juga, nihil nisi atrox et propugnatoribus frequens, terrebat.' Vide II. 81. *Ryckius.*

NOTÆ

cedentia in nubes juga, partusque eorum et herbas quoque invicem ostentante. Ergo pacem nostram metuunt, qui detrectant imperium nostrum, qui verentur, ne et ipsi veniant in ditionem nostram.'

Sic quoque supra Tacitus: 'Terrori adversus victores, ne fortuna elati, nostram quoque pacem turbarent.' Hoc est, in fines nostros facerent incursiones, nos quoque adorirentur. *Gronovius.*

Nostram pacem] *Pax* et *imperium* pro eodem est. Forte metuebant *pacem*, quia in pace et otio adductior servitus popularium, et præsertim nobilium.

Forte potius, ne pace facta cum aliis gentibus, ad eos nostra arma transferremus, sicque imperio subjiceremus.

Sicque aliquatenus in commune consulebant illæ civitates, quod rarum inter barbaros, et tamen saluberrimum.

p *Catervæque meliorum*] Vulgo, *Catervaque majorum:* lego, *catervæque nationum.* Solitum ita Britannis Gallisque struere aciem per nationes, ut discreta virtus eluceret. *Lipsius.*

Velim *catervæque armatorum.* Sic enim de his iisdem Britannis in Agric. 37. 'Catervæ armatorum paucioribus terga præstare.' Freinshem. recte *catervæ.*

Catervaque majorum] Clare patet ex historia, et Britannos et Germanos, *majores* statura milites, robustioresque ac terribiliores disposuisse in primis ordinibus, ut primos impetus invadentium sustinerent, ac retunderent.

Idem et Thraces observasse in prælis constat. De Cimbris sive Am-

NOTÆ

bronibus id patet apud Plutarchum. Nam dimicaturi data die adversus Marium, fuerunt primi ordines robustiorum militum, implexi invicem catenis, ne primam aciem facile perrumperet hostis, et ut tutius alii dimicarent, hoc velut umbone seu vallo protecti.

Et erant forte quædam nationes Germanorum, quæ ad id munus belli præcipue deputatæ, unde gloria ingens.

Tacitus lib. de mor. Germ. 31. ubi de Cattis: 'Jamque canent insignes, et hostibus simul suisque monstrati: omnium penes hos initia pugnarum: hæc prima semper acies, visu nova.' Talesque bellatores erant etiam cuilibet nationi Germanicæ, sed pauciores quam apud Cattos.

Tac. ante ibid. 'Et aliis Germanorum populis usurpatum rara et privata cujusque audentia, apud Cattos in consensum vertit, crinem barbamque submittere, nec nisi hoste cæso exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum.'

Huc etiam pertinet quod habet Tac. de Suevis ibid. 38. 'Insigne gentis, obliquare crinem nodoque substringere, &c. Usque ad canitiem, horrentem capillum retro sequuntur, ac sæpe in ipso solo vertice religant. Principes et ornatiorem habent: ea cura formæ, sed innoxia. Neque enim ut ament amenturve; in altitudinem quandam, et terrorem, adituri bella, comti, ut hostium oculis, ornantur.' Hi majores et ferociores haud dubie, a quibus incipiebat pugna.

Catervaque majorum] Puto nihil mutandum, nisi forte legas *constiterat;* quamvis ferri etiam possit τὸ *constiterant*. Sic enim in nominibus collectivis usurpatur: sic majores, audaciores, ferocioresque pro munimentis, vel in prima acie instruebant.

Sic Thraces apud Tac. l. IV. 47. 'Simul in ferocissimos, qui ante vallum, &c. persultabant, mittit delectos sagittariorum.'

Sic etiam l. IV. Hist. 'Civilis medium agmen cum robore Batavorum obtinens, utramque Rheni ripam, quo truculentior visu foret, Germanorum catervis complet, assultante per campos equite,' &c. Si non habeo ipsa eadem verba, certe habeo verum et genuinum sensum Taciti.

Et de ipsis Britannis Tac. in Agric. 35. 'Britannorum acies in speciem simul ac terrorem editioribus locis constiterant: ita ut primum agmen æquo, ceteri per acclive jugum connexi, velut insurgerent;' ut sic nempe *majores*, et truculentiores viderentur, ita acies disposita fuit.

Majorum] Huc facit quod habet Tacitus l. IV. de Thracibus, qui quoad militiam fere similes Germanis: 'Simul in ferocissimos, qui ante vallum more gentis, cum carminibus et tripudiis persultabant, mittit delectos sagittariorum,' Sabinus nempe. More Germanico Thraces egisse patet ibid.: 'receptique (sagittarii) subsidio Sugambræ cohortis, quam Romanus promtam ad pericula, nec minus cantuum et armorum tumultu trucem, haud procul instruxerat.'

Ubi notare debes, *ferocissimos*, robustissimosque, seu lecta robora Germanorum fuisse disposita in primis ordinibus, ut ea specie exterrerent hostem non solum, sed etiam impellerent primi.

Adeo ut in prælio adversus Marium, Cimbri et Teutones fortissimos in prima acie catenis invicem nexos disposuerint, ut sic perrumpi ordines et claustra illa ferrata nulla vi possent.

Majorum] Polyb. l. II. Hist. 'Ad hanc pugnam Insubres et Boii brac-

34. Ad hoc gentium Ductores[r] circumire, hortari, firmare animos, minuendo metu, accendenda spe, aliisque belli incitamentis. Enimvero Caractacus huc illuc volitans, 'illum diem, illam aciem,' testabatur, 'aut reciperandæ[1] libertatis, aut servitutis æternæ initium fore:' vocabatque nomina

Præterea nationum duces cursitare passim, incitare, accendere animos, demendo formidinem, erigendo spem, aliisque militaribus hortamentis. Et ipse *Caractacus huc et illuc advolans, clamitabat*, illum diem, illam pugnam, principium fore, aut recipiendæ libertatis, aut perpetuæ servitutis; *ciebatque vocabula* majorum,

1 *Recuperandæ* Gronovius.

NOTÆ

cati, ac leviora saga induti prodierunt. Gæsatarum vero tanta fuit vanitas, tanta confidentia, ut braccis sagisque abjectis, nudi cum solis armis primos ordines occuparent.'

Et infra: 'Terribilis erat tum species, tum motus illorum, qui prima acie nudi stabant: viri et flore ætatis et corporum forma præstantes.'

Majorum] Pausan. Phocicis. ubi de Brenno et Gallis adversus Græcos dimicantibus. Οἱ δὲ ἀρχομένης μὲν τῆς μάχης, καὶ μάλιστα οἱ περὶ τὸν Βρέννον, οὗτοι δὲ μήκιστοί τε ἦσαν καὶ ἀλκιμώτατοι τῶν Γαλατῶν, &c. 'Illi cœpta quidem pugna, et præsertim qui circa Brennum, statura proceri erant ac ferocissimi Gallorum.'

Majorum] Plut. in Mario, ubi de prælio Cimbrorum: 'Ferocissimi fortissimique hostium maxima ex parte obtruncati sunt. Nam ne distraherentur perrumperenturque ordines, antesignani seu pugnantes in prima acie, longis catenis invicem connexi erant, et per balteos simul obstricti devinctique.'

Majorum] Videtur idem innuere Tacitus, l. II. 14. ubi de Germanis sic habet, 'primam aciem utcumque hastatam:' quasi viris, armis, telisque præcipue firmarent primos ordines.

Catervaque majorum constiterant] Sic lib. de mor. Germ. 43. 'Otiosa poro armatorum manus facile lasciviunt.'

q *Pro munimentis*] An intra, an extra munimenta sua constiterant? puto, extra, ut nempe diutius cohiberent imminentem hostem, primumque impetum infringerent: quod et firmat, fuisse delectos ferociores, audacioresque, et veluti robora Britannorum.

Sic Livius l. XXII. 'Non illa ordinata per principes hastatosque et triarios, nec ut pro signis antesignanus, post signa alia pugnaret acies,' &c. pro signis, id est, ante signa.

r *Gentium ductores*] Hi populi fere suos habebant Dynastas et Regulos, qui inter se bellis domesticis decertabant: qui tamen tempore belli externi in commune consulentes, eligebant eum regem, qui maxima belli fama præcelleret.

Sic post Caractacum, electus est Venusius: sic tempore Cæsaris dictatoris, elegere Cassivellaunum, qui bello præesset adversus Romanos.

Cæs. l. v. 'Summa imperii bellique administrandi communi consilio permissa Cassivellauno, &c. Huic superiore tempore cum reliquis civitatibus continentia bella intercesserant: sed nostro adventu permoti Britanni huic toti bello imperioque præfecerant.'

'majorum,[s] qui Dictatorem Cæsarem pepulissent: quorum virtute vacui a securibus et tributis,[t] intemerata conjugum et liberorum corpora[u] retinerent.' Hæc atque talia dicenti, astrepere vulgus; gentili quisque religione obstringi,[v] 'non telis, non vulneribus cessuros.'

35. Obstupefecit ea alacritas Ducem Romanum: simul objectus amnis, additum vallum,[w] imminentia juga, nihil

qui dictatorem Cæsarem dejecissent: quorum fortitudine exemti a fascibus et vectigalibus, illibatam uxorum et filiorum pudicitiam haberent. *Hæc et similia obtestanti assentiebatur vulgus; et patrio quisque ritu adigebatur*, jurabatque, non ferro, non plagis, aut vulneribus cessuros.

Is ardor hostium *ducem Romanum attonitum habuit; simul oppositum flumen, adjunctum munimentum, ingruentia* montium *culmina, nihil nisi immane, et defen-*

NOTÆ

[s] *Vocabatque nomina majorum*] In memoriam revocabat laudabatque *nomina* priscorum ducum Britannorum, qui virtute sua dictatorem Cæsarem olim ex insula ejecerant.

Nomina majorum] Ipse Cæsar aliter scribit: nam multis prœliis eos contudit, reges cepit, obsides iis imperavit, eos vectigales fecit.

De quatuor regibus: 'Hi cum ad castra venissent, nostri eruptione facta, multis eorum interfectis, capto etiam nobili duce Cingetorige, suos incolumes reduxerunt. Cassivellaunus hoc prœlio nuntiato, tot detrimentis acceptis, vastatis finibus, maxime etiam permotus defectione civitatum, legatos per Atrebatem Comium de deditione ad Cæsarem mittit. Cæsar cum statuisset hyemare in continente, propter repentinos Galliæ motus, neque multum æstatis superesset, atque id facile extrahi posse intelligeret, obsides imperat, et quid in annos singulos vectigalis populo Rom. Britannia penderet, constituit.'

Sic finitum bellum in Britannia, quam tamen potius ostendit posteris Cæsar, quam domuit, teste Tac. et ipso Cæsare, postquam rediit in Galliam.

Sic l. IV. 'Cæsar in Belgis omnium legionum hyberna constituit. Eo duæ omnino civitates ex Britannia obsides miserunt, reliquæ neglexerunt.' Unde patet, re infecta, abscessisse Cæsarem.

[t] *Vacui a securibus et tributis*] Id est, a servitute Romanorum. Nam *fascibus*, quibus alligatæ *secures* essent, uti solebant Magistratus Romani. *Lupanus.*

[u] *Liberorum corpora*] Intellige liberos, seu filios utriusque sexus.

[v] *Gentili quisque religione obstringi*] Quisque se pro more et ritu gentis sacramentis votisque obstringebat. Tacit. l. XIV. 30. de iisdem Britannis: 'Stabat pro littore diversa acies densa armis virisque, intercursantibus fœminis, &c. Druidæque circum preces diras, sublatis ad cœlum manibus, fundentes,' &c.

Sic et de Germ. hist. l. IV. 'Inde depromtæ sylvis lucisque ferarum imagines, ut cuique genti inire prœlium mos est,' &c. Preces illæ erant vota, et veluti sacramenta quibus se obstringebant, et *Luci* illi instar templorum Germanis.

[w] *Additum vallum*] Talem locum, oppidum vocabant prisci Britanni. Cæsar l. V. 'Ab his cognoscit, non longe ex eo loco oppidum Cassivel-

nisi atrox et propugnatoribus frequens, terrebat. Sed miles prælium poscere, 'cuncta virtute expugnabilia,' clamitare. Præfectique[x] ac Tribuni paria disserentes, ardorem exercitus incendebant.[1] Tum Ostorius, circumspectis, quæ impenetrabilia, quæque pervia, ducit infensos, amnemque haud difficulter evadit. Ubi ventum ad aggerem,[y] dum missilibus certabatur, plus vulnerum in nos, et pleræque cædes oriebantur. Posteaquam, facta[2] testudine,[z] rudes et informes saxorum compages distractæ, parque cominus acies;

soribus densum horridumque, *metum inferebat. Sed miles Rom. pugnam flagitare,* omnia virtute capi posse, *clamabat; præfectique ac tribuni similia proferentes, alacritatem exercitus incitabant. Tum Ostorius, prævisis* iis *quæ impervia, quæque penetrabilia* erant, *ducit iratos, fluviumque non ægre pervadit. Postquam ventum* est *ad vallum, dum telis pugnabatur, plura vulnera in nos, et multæ neces sequebantur. Sed ubi, facta testudine, rudes et inconditæ lapidum compages dissolutæ* sunt, *parque ex propinquo prælium fuit; abscessere Barbari in fastigia mon-*

1 Brotier. *intendebant.* Nam verbo *intendere* sæpe utitur Tacitus. Igitur immerito hic emendatum *incendebant.* Veteres editiones et Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. omnes habent *intendebant;* quod et N. Heinsio placebat. *Brotier.* At Ryckius cum Gronovio legit *incendebant.* Nicolaus Heinsius: *intendebant:* ut H. II. 54. 'Intendebat formidinem.' Quomodo vidi postea habere Ms. Reg. *Ryckius.*—2 Amicus: *acta.* Idem.

NOTÆ

launi abesse, sylvis paludibusque munitum, quo satis magnus hominum pecorisque numerus convenerit: oppidum autem Britanni vocant, cum sylvas impeditas vallo atque fossa munierunt, quo incursionis hostium vitandæ causa convenire consueverunt.'

[x] *Præfectique*] Intelligit Clar. Harlæus *præfectos castrorum.* Potius, ut puto, sunt *præfecti* auxiliarium. Attamen eos præponit Tribunis, ut certe gradu et dignitate superiores Tribunis erant *præfecti castrorum.*

Forte quoscumque *præpositos* intelligit, ut nomine *præfectorum* intelligat et ipsos *legatos* legionum. Nec forte simul plures *præfecti castrorum* cum imperio in eodem exercitu, nisi seorsim castra metarentur legiones.

Et in qualibet expeditione, unius præfecti castrorum tantum mentionem fieri videas: quo absente, forte alterius legionis præfectus castrorum aut Tribuni vicem illius obiere, ut olim.

[y] *Ad aggerem*] Britannorum nempe, de quo aggere supra c. 33. 'In modum valli saxa præstruit, et præfluebat amnis.' Et paulo ante: 'Objectus amnis, additum vallum.' Jam amnem, qui vallo præfluebat, evaserant Romani, et venerant *ad aggerem.*

[z] *Facta testudine*] Vel ut protecti clypeis invicem, adversus tela hostium, muros subruerent, vel etiam ut se erigerent ad muri altitudinem.

Facta testudine] De qua sic Livius l. XLIV. 'Cum alios decursus edidissent motus, quadrato agmine facto, scutis super capita densatis, stantibus primis, secundis submissioribus, tertiis magis et quartis, postremis etiam genu nixis, fastigiatam, sicut tecta

decedere[3] barbari in juga montium. Sed eo quoque irrupere ferentarius[a] gravisque miles: illi telis assultantes, hi conserto[4] gradu:[b] turbatis contra Britannorum ordinibus,

tium. Sed eo etiam irruere levis subsignanusque miles: illi missilibus persultantes, hi denso et presso gradu; contra turbata acie Britannorum, apud quos nulla lorica-

3 Idem: *secedere.*—4 *Conferto* libri omnes editi. Mallet Freinshemius *conserto gradu;* sicque legitur in Mss. Harl. Bodl. et Jes.

NOTÆ

ædificiorum sunt, testudinem faciebant. Hinc centum quinquaginta ferme pedum spatio distantes, duo armati procurrebant, comminatique inter se ab ima in summam testudinem per densata scuta cum evasissent, nunc velut propugnantes per oras extremæ testudinis, nunc in media inter se concurrentes, haud secus quam stabili solo persultabant. Huic testudini simillima parte muri admota, cum armati superstantes subiissent, propugnatoribus muri fastigio altitudinis æquabantur, depulsisque iis in urbem, duorum signorum milites transcenderunt.'

Facta testudine] Sic apud Cæs. l. v. 'Se in sylvas abdiderunt, locum nacti egregie et natura et opere munitum, quem domestici belli (ut videbatur) causa, jam ante præparaverant, &c. At miles legionis septimæ, testudine facta, et aggere ad munitiones adjecto, locum ceperunt, eosque ex sylvis expulerunt, paucis vulneribus acceptis.'

[a] *Ferentarius*] Hoc nomine *leves* intellige, seu levis armaturæ milites, fundibularios, sagittarios, omne denique genus militantium, a subsignanis et legionariis contradistinctum, qui graviter armati, nec perinde expediti; non equites tamen, qui et ipsi legionarii erant.

Ferentarius] Opponuntur *ferentarius* et *gravis* armaturæ miles: *Ferentarius*, nomen commune levium; leves autem dicti *rorarii*, et *accensi;* qui *funditores*, *jaculatores*, *sagittarii*, et id genus: et illi manserunt usque ad bellum Punicum secundum, quo instituti *Velites*, quibus tamen ante Romanos usi Galli et Germani.

Velites desiere post ævum Cæsaris; sed eorum loco usi sunt *funditoribus*, *sagittariis*, et *jaculatoribus*, quos suppeditabant Baleares, Cretenses, et Numidæ.

Erantque hi a tergo agminis, donec pugna inciperet; tum procurrebant, velut ros ante imbrem cadit. Hi fere inermes, et cum sagulo et cingulis super femore.

[b] *Conserto gradu*] Vulgo *conferto:* at legerim *conserto gradu.* Opponit enim telis quæ eminus jaciuntur: quod alibi *collato gradu*, *collato pede*, *collatis signis* dimicare vocant. Sic *conserere pugnam* alibi Tac. dixit; nempe cum 'stat pede pes, densusque viro vir.' *Freinshemius.*

Collato, *conserto*, *conferto gradu* idem fuerit; si tamen recte dicitur, *conserto pede*, dicitur recte *conserta acie;* sed *conferta*, nec *conserto pede.*

Itaque maneat hic *conferto gradu*, et idem est, ac *collato gradu.* Nam miles qui incedit multus densusque ac confertim, recte dicitur *conferto gradu* incedere et instare cominus hosti.

Ut hoc loco *gravis miles* Rom. qui sic distinguitur a *ferentariis* qui *telis assultantes*, sic spatium et locum emittendis *telis* quærebant, nec sic poterant perinde conferto et denso pede

apud quos nulla loricarum galearumve tegmina,[c] et, si auxiliaribus resisterent, gladiis ac pilis legionariorum, si huc verterent,[d] spathis[5] et hastis auxiliarium[e] sternebantur. Clara ea victoria fuit, captaque uxore[f] et filia Caractaci, fratres quoque[g] in deditionem accepti.

36. Ipse (ut ferme intuta sunt adversa) cum fidem Cartismanduæ,[1] Reginæ Brigantum, petivisset, vinctus ac vic-

rum aut galearum operimenta sunt, *et, si sociis reluctarentur, ensibus atque hastis legionariorum profligabantur; si in legionarios se verterent, spatis et lanceis sociorum cædebantur. Insignis ea victoria fuit, captaque conjuge et filia Caractaci, fratres etiam* illius *se nostræ fidei permisere.*

Ipse (ut fere male fidæ sunt res improsperæ) cum opem implorasset Cartisman-

5 Hesychius: Σπάθη, μάχαιρα, ξίφος. Vegetius I. 15. 'gladios majores quos spathas vocant, et alios minores quos semispathas vocant.' Ergo *spathis* scribendum ut in Ms. Reg. non *spatis*. Quoniam autem ab hoc vocabulo est Italorum *spada*, hinc nonnulli corruptæ Latinitatis dicam Tacito imprudenter scripserunt, cum Euripidi, Menandro, Philemoni illud usurpatum testetur Pollux x. 31. *Ryckius.*

1 Variant Mss. *Cartunanduam, Cartumanduam, Cartimandam, Cartismanduam,* quod magis receptum, appellant. *Brotier.*

NOTÆ

incedere in hostem, ut gravis et subsignanus miles.

[c] *Nulla loricarum galearumve tegmina*] Attamen Tacitus in vita Agric. c. 12. 'Fert Britannia aurum et argentum, et alia metalla.'

[d] *Si huc verterent*] Nempe, si Britanni se verterent ac prorumperent in legionarios, tum vicissim spathis et hastis sociorum sternebantur; sibi mutuo manum, operam opemque præstabant auxiliaris et legionarius miles, in sternendis profligandisque hostibus.

[e] *Spathis et hastis auxiliarium*] Observa diversa arma inter legionarios et auxiliares; illis *gladios* et *pila*; his *spathas* et *hastas* tribuit. *Spathas* autem *gladios majores* interpretatur Vegetius, II. 15. *Lipsius.*

Spathis et hastis] Mirum est, Tacitum, tam felici sæculo *spatha* verbo prorsus barbaro usum: quod leges apud Spartianum in Adriano, et Capitolinum, in Maximinis duobus. *Lupanus.*

Mirum est barbarum vocari, quod Græcum et ipsius Menandri est. *Gronovius.*

Ideo puto, barbarum Romanis, quia Græcum, et quia barbari ipsi talibus vocabulis et armis utebantur, non Romani.

[f] *Captaque uxore*] Ut fortunæ, ita et in partem discriminis veniebant fœminæ, hortamentaque erant et incitamenta fortitudinis.

[g] *Fratres quoque*] An fratres uxoris illius, an vero fratres ipsius Caractaci? nam Dio l. LX. meminit Togodumni fratris illius, quem occisum aliquo prælio refert.

'Plautius iis indagandis (Britannis) multum laboris exhausit. Postquam invenit (erant autem non liberi, sed regibus diversis subjecti) primo Caractacum, mox Togodumnum Cinobellini filios vicit, patre ante mor-

toribus traditus est, nono post anno,[h] quam bellum in Bri-

duæ reginæ Brigantum, in vincula conjectus, et victoribus deditus est, nono anno,

NOTÆ

tuo.' Puto, fuisse fratres ipsius Caractaci.

[h] *Nono post anno*] Atqui bellum cœpit Claudio tertium, L. Vitellio secundum Coss. ut Dio clare tradidit: nec inde ad hunc diem plusquam annos septem numeraveris, ut suspicio jure numeralis mendi sit.

Pugnant etiam hæc cum iis, quæ tertio Histor. scribuntur: 'Cartismandua,' inquit, 'Brigantibus imperitabat, pollens nobilitate: et auxerat potentiam, postquam capto per dolum rege Caractaco, instruxisse triumphum Claudii Cæsaris videbatur.'

Nam triumphus Claudii aliquot annis anterior: nec in eo hercle ductus iste Caractacus: ut nihil dici possit, quin Tacitum in historiis aut memoria fefellerit, aut provexerit calor quidam scriptionis. *Lipsius.*

Nono post anno] Quæ Tacitus hic Ostorio tribuit, hæc Dio Plautio ascribere videtur. Triumphus de Britannis, vivente Messallina, Claudio deportatus testibus Sueton. et Dione; et hic Tacitus, neque triumphasse Claudium dicit, sed tantum decreta 'Ostorio triumphi insignia.'

Certe infra hist. IV. dicitur Cartismandua 'capto per dolum rege Caractaco instruxisse triumphum Claudii Cæsaris.'

Sed isto loco histor. vocat improprie triumphum Claudii. Nam revera non triumphatus est Caractacus, sed tamen captivitas regis, triumphi instar, fere ostentata, et Agrippina haud procul alio suggestu conspicua, quemadmodum Messallina Carpento vecta erat in vero triumpho, quem Claudius egerat ante de Britannia, et quem haud dubie amplissime descripserat Tacitus libris qui periere.

Sic Dio l. LX. Primum illum Claudii triumphum describit: 'Ipse ab Urbe Ostiam devectus est navigio, inde Massiliam reliquo itinere, partim terra, partim per amnes facto, ad Oceanum venit, transmittitque in Britanniam, et ad copias quæ ad Tamesim expectabant, perrexit. Quibus ad se receptis, transgressus fluvium, cum barbaris, qui ad ejus adventum convenerant, signis collatis, dimicavit, victoriaque potitus est; et Camalodunum Cynobellini regiam cepit, multosque inde vi ac deditione in potestatem suam accepit. Ob hæc aliquoties imperator dictus est contra institutum Rom.' &c.

Ipse Romam contendit, generis suis, Pompeio et Silano, cum nuntio victoriæ præmissis. Senatus, rebus gestis cognitis Britannici, cognomentum ei, triumphum, ludos annuos, arcum trophæa ferentem, in Urbe, aliumque in Gallia, unde in Britanniam trajecerat; filio idem cognomen, ut quasi proprio suo nomine Britannicus diceretur; Messallinæ primum in consessu locum, ut Liviæ quondam, utque Carpento veheretur, decreverunt,' &c.

'Ceterum Britanniæ parte aliqua subacta, Romam rediit Claudius, C. Crispo II. T. Statilio Consulibus, sexto quam discesserat mense, sexdecim tantum diebus in Britannia actis; triumphavitque, cum reliqua pro more agens, tum per gradus in Capitolio genibus ascendens, levantibus eum utrimque generis. Tribuit autem non consularibus modo, qui in ea militia affuissent, sed et senatoribus quoque aliis triumphalia insignia,' &c.

Sic etiam Suet. Claud. 17. 'Quare

tannia cœptum. Unde fama ejus evecta insulas[1] et proximas provincias pervagata, per Italiam quoque celebrabatur: avebantque visere, quis ille tot per annos opes nostras sprevisset. Ne Romæ quidem ignobile Caractaci nomen erat: et Cæsar, dum suum decus extollit, addidit gloriam victo.

postquam bellum exarsit in Britannia. Quare gloria Caractaci egressa insulas, et per vicinas provincias sparsa, per Italiam ipsam extollebatur; et cupiebant videre, quis ille tot annis imperium nostrum contemsisset. Ne in Urbe quidem ignota Caractaci fama erat; et Cæsar dum suam gloriam celebrat, adjecit decus victo. Nam

NOTÆ

a Messallia Gessoriacum usque pedestri itinere confecto, inde transmisit; ac sine ullo prælio, aut sanguine, intra paucissimos dies, parte insulæ in deditionem recepta, sexto, quam profectus erat, mense, Romam rediit, triumphavitque maximo apparatu. Ad cujus spectaculum commeare in Urbem, non solum præsidibus provinciarum permisit, verum etiam exulibus quibusdam: atque inter hostilia spolia, navalem coronam fastigio Palatinæ domus juxta civicam fixit, trajecti et quasi domiti Oceani insigne. Currum ejus Messallina uxor carpento secuta est; secuti et triumphalia ornamenta eodem bello adepti, sed ceteri pedibus, et in prætexta: Crassus frugi equo phalerato, et in veste palmata, quod eum honorem iteraverat.'

Adverte igitur, in expeditione illa non esse triumphatum Caractacum, de quo ne quidem verbum hic Suetonio, neque etiam ipsi Dioni, qui dicit tantum victum esse, non captum. Igitur expeditio Claudii cœpta anno 796. et actus triumphus 797. septem interpositis mensibus: at longo post illum triumphum tempore, captus est Caractacus ab Ostorio, forte versus annum U. C. 802. vel 803.: et bene ait Tacitus, 'nono post anno quam bellum in Britannia cœptum.' Nam ut refert Dio, inceperat id bellum Claudio tertium, et L. Vitellio consulibus, nempe anno 796.; a quo usque ad consulatum Claudii Cæs. v. et Cornelii Orphiti, quibus incipientibus, narrationem hanc terminat Tac. invenies novem annos præcise. Et vero propius est, bellum Britannicum, neque desiisse post triumphum Claudii, neque post captum Caractacum: hinc est, quod Dio accurate describit, quando incepit; at postea expeditionem et triumphum Claudii scripsisse contentus, nihil ultra de Caractaco, aut de aliis ducibus Britannis reperias, saltem principe Claudio. Ortum erat id bellum, ex eo quod transfugas ipsis non redderent Romani, teste Sueton. quod ultimo fœdere cautum sanctumque fuerat. Per illos novem annos vicit Claudius, Plautius, Sidius Geta, vicit et Vespasianus cum fratre Sabino et filio Tito, qui patrem versantem in summo discrimine liberavit. Triumphalia insignia obtinuere Plautius, Geta, et Vespasianus: sed hæc malo fato librorum Taciti amisimus.

Quod spectat ad dissensum Dionis et Taciti, si quis ibi sit, nihil novum dissidere ipsos in circumstantia temporis et personæ.

[1] *Evecta insulas*] Id est, egressa trans insulas Britanniæ; ita ut per *proximas provincias* Galliam, Hispaniam, et Italiam ipsam celebraretur. Contendunt nonnulli, unicam esse insulam Britannicam, sed id præter mentem

Vocatus quippe, ut ad insigne spectaculum, populus. Stetere in armis Prætoriæ cohortes, campo, qui castra[2] præjacet.[j] Tum,[3] incedentibus regiis clientelis,[4][k] phaleræ[l] torquesque, quæque externis bellis quæsierat,[m] traducta:[5][n]

populus Rom. *convocatus est, ut ad eximium spectaculum.* Ordinatæ et *in armis stabant prætoriæ cohortes campo, qui castris prætenditur. Tunc procedentibus regis clientibus, phaleræ et monilia, quæque externis bellis* ille *paraverat, transvecta;*

2 Ita Ms. Harl. Puteolanus et recentiores. In editione principe et Ms. Reg. *castris.* Mox emendavi, *tum, incedentibus,* Ernestum et Latinitatem secutus: in editionibus veteribus et Mss. Harl. et Bodl. *tunc.* Brotier.—3 *Tunc* habent Gronovius et Ryckius.—4 Ita omnes, Lipsium secuti: tamen in Mss. Vatic. Harl. Bodl. Jes. aliisque tum scriptis tum editis libris ante Lipsium *clientulis.* Quæ vox recipienda videretur, si vel aliis scriptoribus probata, vel ex usu Corneliano foret; nec *clientelis* elegantius diceretur. *Brotier.*—5 Sic bene Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione

NOTÆ

Taciti, ut patet hic. Certe Britannia harum insularum maxima, sed et aliæ sunt hoc tractu maris insulæ, quæ et Britannicæ dici potuerunt, a majori parte cognomen illud desumentes.

[j] *Campo, qui castra præjacet*] Nempe castra prætoriana a Sejano structa in Urbe: sicque ad majorem pompam et ostentui, per illum campum, ut et ceteris locis Urbis traducti clientes, uxor ipsa, filia et fratres regis, dein et ipse rex ostentatus.

[k] *Regiis clientelis*] Per clientelas, intelligendi amici et clientes; qui principem suum in bello secuti, comites etiam cladis et calamitatis fuerunt, qui haud dubie proditi ab ipsa regina Cartismandua, victoribus simul cum ipso Caractaco.

Hi Galli, Solduri, Germani clari juvenes, quos exteris bellis ostentabant, et quæ ipsi sæpe sola fama nominis transigebant aut profligabant.

[l] *Phaleræ*] Talia dona ut plurimum tribuebant Romani sociis et principibus externis, non autem dona alia militaria, ut *coronas.* Forte quia hæc insignia in usu apud externos, nam alia aliis solennia.

Attamen Tacitus II. 9. Flavius frater Arminii, 'aucta stipendia, torquem et coronam, aliaque militaria dona memorat;' nempe cum in partibus et castris Rom. meruisset.

Phaleræ torquesque] Hæc præcipue *insignia* dabant Romani sociis illustribus, et in bello bene meritis, etiam regibus: et forte ille olim in castris Romanis talia virtutis ornamenta meruerat.

Et forte tunc pauca *bella externa* in ea insula, præter Romana, aut mixta. Attamen talia merere potuerunt apud indigenas et apud externos.

[m] *Quæque externis bellis quæsierat*] Simile quid Flor. III. 10. ubi post expugnatam Gergoviam, in deditionem venit rex Vercingentorix: 'Ipse ille rex maximum victoriæ decus,' (supple, cum in castra venisset) 'tum et phaleras et sua arma ante Cæsaris genua projicit. Habes, inquit, fortem virum, vir fortissime, vicisti.' Puto, talia spolia Caractaci tum traducta ostentui.

Quæque externis bellis] Per externa bella, forte intelligenda stipendia cum Romanis facta, non enim ali-

mox fratres, et conjux et filia: postremo ipse ostentatus. Ceterorum preces degeneres fuere, ex metu: at non Caractacus, aut vultu demisso, aut verbis, misericordiam requirens.[6]

37. Ubi tribunali astitit, in hunc modum locutus est: 'Si, quanta nobilitas et fortuna mihi fuit, tanta rerum prosperarum moderatio fuisset, amicus potius in hanc urbem, quam captus, venissem: neque dedignatus esses claris majoribus ortum, pluribus gentibus imperitantem, fœdere pacis accipere.[1] Præsens sors mea, ut mihi informis, sic tibi magnifica est: habui equos, viros, arma, opes:[o] quid mirum, si hæc invitus amisi? Non,[2] si vos omnibus impe-

dein fratres, et uxor, et filia; demum ipse rex *monstratus. Reliquorum preces ignobiles fuere ex formidine. At Caractacus, non facie humili, non sermone degenere commiserationem postulans.*

Ubi ad tribunal Cæsaris *stetit, in eam sententiam disseruit.* Si quanta claritudo et opulentia mihi fuit, tanta in rebus secundis modestia fuisset; potius venissem amicus in hanc civitatem, quam captivus; neque abnuisses inire fœdus ac pacem cum *viro nobili* regum prosapia edito, et qui multis nationibus imperaret. Præsens fortuna mea, ut mihi inhonora, sic tibi gloriosa est. Possedi equos, viros, arma, divitias: quid novum aut insolitum, si hæc non

principe, *tradita.* Idem.—6 Mallet Ernestus. *At Caractacus, non vultu demisso, aut verbis, misericordiam requirens.* Certe sic lætius flueret oratio. *Brotier.*

1 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus. *Neque dedignatus essem claris majoribus ortus, pluribus gentibus imperitans, fœdere pacem accipere.* Ms. Reg. et editio princeps....*ortum....imperantem. Fœdera pacis.* Ms. Flor. *imperitantem.* Pichena aliique recte emendavere, *Neque dedignatus esses, &c.* Idem.—2 Sic Ryckius ex Ms. Agr. quod Mureto et Grotio placuerat. Vulgo in Mss. et veteribus editionibus, *nam;* quod Lipsius in *num* mutavit, et Gronovius in suum textum recepit.

NOTÆ

bi dona illa militaria meruisset. Potuit olim socius meruisse in castris Rom. quemadmodum et Venutius.

Alii, per ea verba *quæque,* non intelligunt decora militaria, sed prædam et opes quas externis bellis quæsivisset: potius refero ad decora belli. Id tamen indefinite dixit Tac.

[n] *Traducta*] Ne intelligas, ea transvecta, quasi in vero triumpho: sunt tantum hæc ostentata populo, quemadmodum olim obsides Parthorum populo ostendit Augustus, eos per medium forum traducendo, ut ostentatus Tiridates a Nerone, quem is diademate regio revinxit pro Rostris.

[o] *Habui equos, viros, arma, opes*] *Habui equos, viros, arma, &c.* Quid mirum, si hæc invitus amisi? *Num si vos omnibus, &c.* quasi diceret, an statim sequitur, ut omnes populi jugum servitutis accipiant, et se vobis subjiciant, quia vos omnibus populis imperare vultis?

Non certe, non ita se res habet; neque mirum, si non statim vobis obtemperavi. Non mirum, si patriam, arma et opes meas invitus vobis reli-

ritare[p] vultis, sequitur, ut omnes servitutem accipiant? Si statim[q] deditus traderer; neque mea fortuna, neque tua glo-

sponte perdidi? Num, si vos omnibus dominari cupitis, sequitur, ut omnes servitii jugum ultro induant? Si statim me dedidissem! neque mea calamitas,

NOTÆ

qui, et non sponte perdidi. Nec ideo reus videri debeo; non certe meum id, sed fortunæ scelus est, *sed præsens sors mea, ut mihi indecora*, sic tibi gloriosa est.

p *Non si vos omnibus imperitare*] Vulgo, *nam si vos*, &c.: quod vero falso et inepte dicitur. Idne consequens, ut qui velit, quod velit possit? Ego me Britannorum regem esse volo: illi accipiant? Emendo priorem voculam, et *num* lego: atque ita sententiam interrogatione inspiro.

Ego, inquit, vobis me opposui: quid mirum? An quia vos omnibus imperare vultis, omnes statim imperari etiam velint? non hercules animosi nos, et liberi. *Lipsius.*

Ex emendatione Lipsii edere visum fuit, *num*, *si*, sententia promta et orationi præcedenti accommodatissima, cum in altera illa, *nam*, *si*, non agnoscas, quo ista dicantur, aut quomodo jam dictis cohæreant. Pergit autem servire causæ suæ, et quod Romanis restitisset excusare.

Primum igitur, argumento ab opibus suis ducto usus, ostendit, quæ et quanta amiserit; eaque cum sint ex iis, quæ in rebus humanis maximi solent æstimari, infert, nemini mirum videri debere, si ea invitus amiserit, si donec posset, tenuerit.

Nec est, inquit, ut quis opponat Romanos gentium dominos esse, iisque ut melioribus parendum. Nam etiam si hæc ita vobis videantur, alii tamen non statim ea mente sunt, ut jugum patienter accipiant, sed resistunt quantum possunt.

Sed ipsam illam repugnantiam ægre ferre non debetis, cum vobis gloriam augeat: quæ non ex levibus præliis aut victoriis absque pulvere partis oritur, sed ex bellis periculosis atque exercitis.

Sed tota hæc oratio, si qua alia his libris, artificiosissime contexta est, quam, volente Deo, in paraphrasi nostra resolvam. *Freinshemius.*

Ponam, *non si vos.* Elegans loquendi genus et Jurisconsultis familiare, fefellit exscriptores. *Accipere servitutem*, est sua sponte, et sine renisu eam subire. *Grotius.*

Nam, si vos] Sic sume. Quid mirum, si hæc amisi, licet invitus? *Nam, si vos omnibus imperitare vultis*, ob amplitudinem potentiæ vestræ, *sequitur* necessario, *ut omnes servitutem accipiant.*

Vel sic interrogative: *Num, si vos omnibus imperitare vultis, sequitur, ut omnes servitutem accipiant?*

q *Si statim*] Si statim me tibi dedidissem, neque mea fortuna, neque tua gloria inclaruisset, et statim supplicium mei oblivio sequeretur.

At si postquam justus hostis, egregiis facinoribus auxi gloriam tuam, mihi veniam ac salutem concesseris, æternum exemplar clementiæ tuæ ero.

Si statim deditus] Nil ibi movendum puto; et sic capio: si statim me tibi dedidissem, neque mea fortuna, neque tua gloria innotuisset, et supplicium mei oblivio sequeretur. At si postquam diu fortiter pugnavi, si postquam tua inclaruit per meam virtutem gloria, tu me incolumem serva-

ria inclaruisset, et[3] supplicium mei oblivio sequeretur:[4 r] at, si incolumem servaveris, æternum exemplar clementiæ ero.' Ad ea Cæsar veniam ipsique et conjugi et fratribus tribuit. Atque illi, vinclis exsoluti,[5 s] Agrippinam quoque, haud procul alio suggestu conspicuam, iisdem, quibus Principem, laudibus gratibusque[6] venerati sunt. Novum sane et moribus veterum insolitum, fœminam signis Roma-

neque tuum decus innotuisset: et statim pœnam mei oblivio sequetur, *si me interimis:* at si *mihi* salutem concesseris, perpetuum clementiæ *tuæ* documentum ero. *His* permotus *Cæsar, vitam ipsique et uxori et fratribus concessit. Et illi exemti catenis, easdem laudes gratesque, quas principi, retulerunt Agrippinæ, quæ non procul hinc alio tribunali evecta conspiciebatur. Inusitatum sane et antiquis*

3 Brotier. et Homer. omiserunt *et*.—4 Brotier. edidit, *Supplicium mei oblivio sequetur;* et sic lectionem suam exposuit: 'In Mss. et editis libris, *et supplicium mei oblivio sequeretur. Et* redundare manifestum est, ex ultima prioris verbi syllaba repetitum. Pro *sequeretur* emendandum *sequetur* jam monuere Rhenanus et Lipsius, ediditque Ernestus;' et sic Homer.—5 Sic Lipsius et recentiores. Editiones veteres et Mss. Harl. Bodl. Jes. *absoluti*. —6 Editiones veteres, *gratiisque*. In Ms. Harl. prima manu *gratibus;* postea emendatum, *gratiis*.

NOTÆ

veris, Cæsar, æternum exemplar clementiæ tuæ ero.

r *Supplicium oblivio sequeretur*] Lego, *sequetur*, et distinctione sententiam expedio: *Et supplicium mei oblivio sequetur: at si incolumem, &c.* Lips.

Et supplicium] Quasi diceret, potes me supplicio afficere; et sic *supplicium mei oblivio sequeretur. At si incolumem, &c.*

Et supplicium mei oblivio] Dicebam hæc verba ordinari et referri debere ad antecedentia, et consequentia; ad antecedentia hoc sensu: Si statim deditus traderer, neque mea fortuna, neque tua gloria inclaruisset: et supplicium mei oblivio sequeretur.

Et ad consequentia, hoc etiam sensu: Si postquam non velut ignavus hostis tibi traditus sum; si postquam bellis nostris tuum decus inclaruit in me nunc sævieris, *supplicium mei sequetur* oblivio tuæ virtutis; *at si me incolumem servaveris, æternum, &c.*

Alii sic vertunt, *si statim deditus traderer, neque mea fortuna,* neque tua gloria inclaruisset, et supplicium mei oblivio sequeretur. At si postquam mea virtute et clade, tua gloria inclaruit, *me incolumem servaveris, æternum exemplar clementiæ tuæ ero.*

Vel sic capiunt alii: Si statim velut ignavus tibi traderer, certe neque mea fortuna, neque tua gloria inclaruisset, et supplicium mei oblivio sequeretur; at si postquam velut vir fortis diu adversus Romanos decertavi, et decus tuum auxi, me incolumem servaveris, tum certe æternum exemplar clementiæ tuæ ero.

s *Vinclis exsoluti*] Nempe in libera custodia illi asservati sunt, scilicet in municipio aliquo Italiæ, et incolis custodiendi tradebantur; ita ut custodes apponerentur his, perpetuo invigilantes. Ne nempe fuga elaberentur reges isti, iterumque res turbarent.

nis præsidere:[t] ipsa semet parti a majoribus suis Imperii sociam ferebat.

38. Vocati posthac Patres, multa et magnifica super captivitate Caractaci disseruere: ‘ neque minus id clarum, quam cum Siphacem P. Scipio,[v] Persen L. Paulus,[w] et

moribus inauditum, fœminam signis et vexillis Rom. præsidere. Sed *ipsa se consortem agebat imperii, quod majores sui comparaverant.*

Cum postea convenissent Patres, plurima et amplissima censuere de captivitate Caractaci; neque id minus illustre esse, quam cum P. Scipio Siphacem, L.

NOTÆ

[t] *Fœminam signis Rom. præsidere*] Quia nempe, *stetere in armis prætoriæ cohortes:* et hic signa cohortium, non tamen aquilæ, quia ibi nulla legio. Ibi tamen non sine pompa et apparatu signa militaria, quæ ipsa numina legionum, ibi et imagines principum imperantium Divorumque Cæsarum, quæ inter signa ostentabantur, et principia illa instar templi ornata et magnifica.

Et parum abfuit, quin etiam inter signa illa Romana conspiceretur et imago ipsius Agrippinæ, quæ se imperii a majoribus parti sociam et consortem ferebat, ut quæ esset abneptis Augusti.

Sic infra: ‘ Quin et legatis Armeniorum causam gentis apud Neronem orantibus, escendere suggestum imperatoris, et præsidere simul parabat.’

Præsidere] Id est, assidere inter signa et aquilas. Voluit eadem mox Armeniorum legatis e suggestu respondere: sed astu Senecæ amota est fœmina, ne amplitudo Romana barbaris ludibrio esset.

[v] *Cum Siphacem P. Scipio*] De quo Valer. Max. VI. 9. ‘ Siphax rex consimilem fortunæ iniquitatem expertus, quem amicum hinc Roma per Scipionem, illinc Carthago per Asdrubalem ultro petitum ad Penates Deos ejus venerat. Ceterum eo claritatis evectus, ut validissimorum populorum tantum non arbiter victoriæ existeret: parvi temporis interjecta mora catenatus a Lælio legato ad Scipionem imperatorem pertractus est. Cujusque dexteram regio insidens solio arroganti manu attigerat, ad ejus genua supplex procubuit. Itaque triumphatus ille Numida, vita tamen donatus, et Albæ in custodia postquam decessisset, per quæstorem ad id missum publico funere honoratus est.’ Post triumphum vita donatus Siphax, et Albæ in custodia cum decessisset, per quæstorem ad id missum, publico funere elatus est.

[w] *Persen L. Paulus*] De eo rege sic Vell. I. I. ‘ Tum senatus populusque Romanus L. Æmilium Paulum, qui et prætor et consul triumphaverat, virum in tantum laudandum, in quantum intelligi virtus potest, consulem creavit, &c. Is Perseum ingenti prælio, apud urbem nomine Pydnam, in Macedonia fusum fugatumque castris exuit, deletisque ejus copiis, destitutum omni spe coëgit e Macedonia profugere: quam ille linquens in insulam Samothraciam profugit, templique se religioni supplicem credidit. Ad eum Cn. Octavius prætor, qui classi præerat, pervenit, et ratione magis, quam vi persuasit, ut se Romanorum fidei committeret. Ita Paulus maximum nobilissimumque regem in triumpho duxit.’ Albæ, vel ut alii volunt, Tiburi, in custodia mœrore confectus interiit: alii per insomnia vigiliasque occisum volunt.

si qui alii vinctos[1] Reges Populo Rom. ostendere.'[x] Censentur 'Ostorio triumphi insignia;' prosperis ad id rebus ejus, mox ambiguis:[y] sive, quod, amoto Caractaco, quasi debellatum foret, minus intenta apud nos militia fuit; sive hostes,[2] miseratione tanti Regis, acrius ad ultionem exarsere. Præfectum castrorum[z] et legionarias cohortes,[a] exstruendis apud Siluras præsidiis relictas, circumfundunt. Ac, ni cito[b] e vicis et castellis[3] proximis subventum foret, copiæ

Paulus Persem, et si qui alii captivos reges populo Romano monstravere. *Decernuntur* ornamenta triumphi Ostorio, *secundis ad id* usque tempus *rebus illius, postea dubiis: sive quia sublato Caractaco, quasi profligatum bellum foret, minus acri disciplina militavimus; sive* quia *barbari misericordia tanti principis, ferocius ad vindicandum erupere. Præfectum castrorum circumveniunt, et vexillarios legionum, qui ædificandis apud Siluras castellis relicti erant. Ac nisi statim e vicis et præsidiis vicinis suppetiæ latæ forent, cohortes tum internecione deletæ*

1 Sic editio princeps, et Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus, *victos.*—2 In Ms. Reg. et editione principe *sive quod hostes.*—3 In Mss. et editionibus veteribus *nunciis et castellis:* unde emendandum videtur, *ni cito*

NOTÆ

[x] *Vinctos Reges Populo Rom. ostendere*] Vulgati habent, *victos reges*, et utraque vox sensum habet: tamen Florentini lectionem malui. *Pichena.*

Melius *vinctos*, nec si qua vox bonum sensum facit, statim asciscenda est. Hæc sensum aliquem facit: esto, sed non Taciti præcise.

[y] *Mox ambiguis*] Id est, dubiis, iniquis, adversis, improsperis.

[z] *Præfectum castrorum*] *Præfectus* ille *castrorum* haud dubie missus erat cum *vexillariis* legionum, quos ibi vocat Tacitus *legionarias cohortes*, exstruendis castellis et præsidiis, quibus intentus ab hostibus circumventus est. Sic supra l. 1. præfectus castrorum, quæ præcipua post legatos legionum dignitas, ducebat, non legiones integras, sed partem legionis vel legionum, nempe *vexillarios*, seu cohortes e legionibus abstractas ad ministeria belli. Ibi igitur exstruebat castella præfectus ille: unde infero legendum esse, *Ac ni cito e vicis et castellis proximis, &c.* Nam quibus vicis aut aliis castellis subvenissent, quæ nondum structa erant? potius est ut subvenerint præfecto circumvento, ex proximis præsidiis Romanorum, quæ jam ante disposita et munita erant, ita ut invicem subvenire sibi et ulterioribus possent.

[a] *Legionarias cohortes*] Intellige *vexillarios* legionum, quos pro solito ducebat *præfectus castrorum*, qui præeminebat Tribunis et Centurionibus, ad necessaria nempe et urgentia belli ministeria.

Nam delectæ et expeditæ illæ cohortes præ tota legione, quæ non sine gravi machinarum et impedimentorum apparatu incedebat.

Ducebat autem illas *præfectus castrorum*, qui inferior legato legionis, ceteros tamen auctoritate præcellebat. Vide l. 1. initio.

[b] *Ac, ni cito*] Intelligunt, quasi per nuncios fieret, qui ex vicis et castel-

tum occidione occubuissent. Præfectus tamen, et octo Centuriones, ac promtissimus quisque manipularis[4] [c] cecidere: nec multo post pabulantes nostros missasque[5] ad subsidium turmas[d] profligant.

39. Tum Ostorius cohortes expeditas[e] opposuit: nec

essent. Præfectus tamen, et octo centuriones, ac strenuissimus quisque manipularium occubuere; et paulo post etiam *fundunt pelluntque nostros ad pabulum euntes, et ipsum equitatum, qui subsidio missus fuerat.*

Tum Ostorius cohortes expeditas immisit, nec tamen fugam cohibebat, nisi legio-

nunciis e castellis; vel ut Mureto placuit, *ni cito e vicis et castellis.* Haud ita bene Lipsius, *ni citis nunciis e castellis.* Brotier. Cod. Flor. *Ac ni cito nunciis et castellis.* Unde videtur scribendum: *ac ni cito nunciis e castellis;* aut ut jam vidit Lipsius: *ac ni citis nunciis e castellis.* Vulgatam tuetur J. F. Gronovius. *Ryckius.* Gronovius omisit *e;* sic Ryckius, Brotierus, et Homerus. —4 Gronovius, Ryckius, Brotierus, et Homerus *manipulus:* mallet Lipsius, *e manipulis:* Pichena *manipularis.*—5 Ita Puteolanus et Ernestus. In Mss. Flor. et Guelf. *pabulantes nos ipsis.* Ms. Reg. et editio princeps, *pabulatum nos ipsos.* Mss. Harl. et Jes. *pabulantes nostros ipsos.* Unde Aldus et alii, *pabulantes nostros, ipsasque missas.* Gronovius et Ryckius habent *ipsasque missas.*

NOTÆ

lis proximis advenirent, monerentque nostros, sicque subventum foret.

Sed potius e vicis et castellis propinquis subventum fuit cohortibus, cum forte per nuntios monuisset ante præfectus, quo statu res essent, et quam acriter instaret hostis.

Quia nondum illa castella structa, quia nondum satis firmata præsidia adversus hostem, neque in tuto copiæ erant, ideo subventum his a milite, qui in castellis proximis præsidium agitabat; et ita disposita ea castella erant, ut sibi invicem subvenire possent.

Ac ni cito vicis] Puto leg. *Ac ni cito e vicis et castellis.* Nam sic supra 32. 'Silurum gens, non atrocitate, non clementia mutabatur, quin bellum exerceret, castrisque legionum premenda foret. Id' (nempe auxilium) 'quo promtius veniret, Colonia Camulodunum, valida veteranorum manu, deducitur in agros captivos, subsidium adversus rebelles;' subsidium nempe promtum, et e proximo vocandum.

[c] *Manipularis*] Alii legunt *e manipulis;* satis convenienter ad sensum; et bene alii *manipulus.* Nam si *Centuriones fortissimi* quique occidunt, quidni et *manipulus quisque* promtissimus?

Ubi Centurio, ibi et manipulus. Et ea pervicacia fuit Centurionum, qui bello acerrimi, ut occiderentur potius sæpe, quam stationem desererent: et debuerunt necessario sequi manipulus, seu manipulares; alioqui statim a pugna decimus quisque fusti necabantur, si duces desererent. Ut centurio, ita fere et manipularis.

[d] *Turmas*] Equitum nempe, qui legionarii, vel alares, seu auxiliarii erant.

[e] *Cohortes expeditas*] Intelligit cohortes auxiliarium, quæ leves et expeditæ; licet quandoque et cohortes Rom. quædam seorsim a legione mererent. Sed *graves* illæ, cui opponun-

ideo fugam sistebat, ni legiones prælium excepissent. Earum robore æquata pugna, dein nobis pro meliore fuit. Effugere hostes, tenui damno, quia inclinabat dies. Crebra hinc prælia, et sæpius in modum latrocinii, per saltus, per paludes, ut cuique sors,[1] aut virtus; temere, proviso:[2] [f] ob iram, ob prædam: jussu, et aliquando ignaris Ducibus. Ac præcipua Silurum pervicacia, quos accendebat vulgata Imperatoris Rom. vox:[g] ' ut quondam Sugambri excisi[h] et

nes pugnam capessissent. Illarum vi æquata acies, dein superiores evasimus. Abscessere hostes clade modica, quia nox imminebat. Frequentes hinc pugnæ, et sæpius ad instar incursionum, per sylvas, per stagna, ut cuique casus, aut virtus; consulto, inconsulto; ob iracundiam, ob populationem; imperio ducum, et interdum insciis ipsis. Et maxima Silurum pertinacia, quos incitabat publicata vox ducis Romani; quemadmodum olim Sigambri exterminati, et in Gallias trans-

1 Ita libri omnes scripti et editi ante Cll. Ernestum et Lallemand, qui *fors* edidere, forte operarum errore; nullam enim mutationis causam afferunt. *Brotier*. Gronovius habet *fors*.—2 Sic Pichena e Ms. Flor. Male

NOTÆ

tur *expeditæ*, quæ sociorum. Forte et *vexillarios* intelligit.

[f] *Proviso*] Lipsius *provisu*. Ms. Flor. *proviso*, adverbiali forma, ut *improviso*, *inopinato*, igitur recte *proviso*, cui opponitur *temere*.

[g] *Imperatoris Rom. vox*] Nempe Ostorii, qui copia honorum plurima, et ipsis triumphi insignibus auctus, jamque belli curis fessus, talia protulerat, aut protulisse fingebatur ex ingenio hominis, ut fere fit.

Nam per *imperatorem* absolute intelligit Tacitus *principem*. At cum de duce, addit nomen vel quid aliud, ut distinguat. Sic l. IV. ' idem imperatoris Mummii judicium.'

Imperatoris Rom. vox] Vox *Romani* indicat *Ostorium*. Nam si de *Claudio* intelligeret Tacitus, dixisset *imperatoris* absolute et simpliciter.

[h] *Sugambri excisi*] Hodie *Geldrenses* esse creduntur: diu habiti socii fratresque Gallorum, pro quibus non semel arma movere Galli in Alemannos. *Ferrettus*. Faërnus scribebat: ' Ut quondam Sugambri excisi, aut in Gallias trajecti forent.' *Ursinus*.

Sugambri excisi] Sic Suet. Aug. 21. ' Germanosque ultra Albim fluvium summovit: ex quibus Suevos et Sicambros dedentes se traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit;' ubi pro *Suevos* velint *Ubios*.

Haud dubie Suevi universi non sunt trajecti, sed forte aliqua natio Suevorum potuit traduci. Apud Cæsarem l. I. questum veniunt ' Treveri pagos centum Suevorum ad ripam Rheni consedisse, qui Rhenum transire conarentur.' Non dico tum esse traductos, sed potuisse tamen aliquam partem Suevorum trajicere.

Sugambri] Sicambri, populi Germaniæ inter Visurgim, et Rhenum fluvios.

Hodie Ducatus *Westphaliæ*, in circulo Westphalico, sed tamen paret Electori Coloniæ. *Tillemon*.

in Gallias[i] trajecti forent, ita Silurum[j] nomen penitus extinguendum.' Igitur duas auxiliares cohortes, avaritia Præfectorum incautius populantes, intercepere: spoliaque et captivos largiendo, ceteras quoque nationes ad defectionem trahebant: cum, tædio curarum fessus, Ostorius concessit vita; lætis hostibus, tanquam Ducem haud spernendum,[k] et si[3] non prælium, at certe bellum, absumsisset.

40. At Cæsar, cognitâ morte Legati, ne provincia sine rectore foret, A. Didium suffecit. Is propere vectus, non tamen integras res invenit, adversa interim legionis pugna, cui Manlius[1] Valens præerat: auctaque et apud hostes ejus rei fama, quo venientem Ducem exterrerent, atque illo au-

lati essent, ita et Silurum gentem plane exscindendam. *Itaque circumvenere duas cohortes sociorum, cupiditate præfectorum imprudentius prædantes; exuviasque et captivos donando, reliquas etiam gentes ad rebellionem impellebant; cum molestia curarum fatigatus Ostorius e vivis excessit, gaudentibus barbaris, quod ducem non temnendum, si non pugna, at saltem bellum confecisset.*

At Cæsar, comperta morte Ostorii, ne Britannia sine legato foret, Aulum Didium substituit. Is festinanter in provinciam *advectus, non tamen salvas res reperit, improspero interim certamine legionis, quam Manlius Valens regebat: auctaque* est *et inter hostes ejus rei gloria, quo adventantem legatum perterrerent, et illo*

antea *provisa.* Brotier.—3 *etsi* Brotier. et Homer.

1 Ms. Reg. *Mallius.* Editio princeps, *Malleus Valens.* Puteolanus, *Manlius:* cujus forte memoria extat in veteri marmore apud Gruterum, 918. n. 2.

NOTÆ

[i] *Gallias*] Vide notas XI. 18. *Tillemonius.*

[j] *Silurum*] Vide notas supra c. 32. *Tillemon.*

[k] *Ducem haud spernendum*] Ne putes, ea phrasi mediocrem ducem intelligi; immo sic Ostorium præstantissimum fuisse ducem declarat. Et ejus filius, sive fama sua, sive patris gloria, infra Neroni metuitur.

Sic Livius vocat Polybium *non temnendum* auctorem, id est, *optimum;* sic more seu phrasi Rom. non mediocrem ei laudem astruit.

[1] *Brigantum civitate*] *Jugantum* in veteribus libris. Legit *Brigantum* Rodolphus, et sane e tertio Historiarum ita apparet. Nam quod hic ait, supra se retulisse, non leges id quidem in his libris. *Lipsius.*

E civitate Jugantum] Nonnulla civitatum, fluminum, locorum nomina Tacito dicuntur, quæ non ob id corruptionis insimulare debemus, quod ab aliis non recenseantur: inter quæ (ut reor) *Jugantes.*

Eruditissimus vir sequitur Rodolphum, legitque, *Brigantum.* Putant iis se juvari, quæ sunt hist. III. 45. 'spreto Venutio,' &c.

Sed quid ibi pro illis? Cartismandua Regina Brigantum, maritum habebat Venutium, e civitate Jugantum; inter quos secuto dissidio, bel-

gente[2] audita, ut major laus compositis,[3] vel, si duravissent, venia justior tribueretur. Silures id quoque damnum intulerant; lateque persultabant, donec accursu Didii pellerentur. Sed, post captum Caractacum, præcipuus scientia rei militaris Venutius,[4] e Brigantum[5] civitate,[1] ut supra memoravi, fidusque diu et Romanis armis defensus, cum Cartismanduam reginam matrimonio teneret; mox orto discidio,[6] et statim bello, etiam adversus nos hostilia induerat. Sed primo tantum inter ipsos certabatur, callidisque Cartismandua artibus fratrem ac propinquos Venutii inter-

ipso *augente* hæc *nuntiata, ut majus decus impertiretur* ipsi, *si res composuisset, vel si perstitissent hostes, justior excusatio foret. Silures eam etiam cladem importaverant, et late insultabant, donec advolante Didio fugarentur. Sed post victum Caractacum, clarissimus peritia belli Venusius e natione Jugantum, ut supra retuli, et diu fidelis ac Romana vi protectus, dum Cartismanduam Reginam uxorem haberet; dein nato dissidio, et mox bello, etiam adversus nos rebellaverat. Sed primo tantum inter ipsos pugnabatur, et dolo insidiisque Cartismandua fratrem et*

DIIS MANIBVS T. MANLI. VALENTIS. *Brotier.*—2 J. F. Gronovius suspicabatur: *atque ille augere audita.*—3 Mss. et editiones veteres, *compositi*, quod probat Jac. Gronovius. At melius Lipsius et recentiores, *compositis*, ut patet ex sequenti verbo *duravissent*. Brotier.—4 Sic Mss. et editiones veteres. At infra Hist. III. 45. *Venusius;* quod utroque in loco a Lipsio receptum. *Brotier.* Gronovius aliique editi habent *Venutius.*—5 Brotier. *Jugantum.* Ms. Reg. *Evigantium civitate.* Editio princeps, *evigantum.* Puteolanus, *e Jugantum civitate:* sic Gronovius, Ryckius, et Homerus. At nemini notus ille *Jugantum* populus. Præterea tum ex superiore c. 36. tum ex Hist. III. 45. certissimum videtur emendandum esse *Brigantum*, ut jam monuit doctissimus Camden, *Britannia, by Gough*, Vol. III. p. 234. Edit. 1806. *Jugantes* tamen retinuit Cl. Murphy, 'Venusius, born in the city of the Jugantes.'—6 Bene Ernestus e Mss. Flor. Agr. et editione principe, *discidio.* Puteolanus et Mss. Harl. Bodl. Jes. *dissidio*, quos sequitur Gronovius. Nescio cur Cl. Ernestus omiserit *et*, refragantibus libris scriptis et editis. *Brotier. Dis-*

NOTÆ

lum cœpit. Venutius cum suis, et plerisque Brigantum, qui a Regina defecerant, eam obsidione premebat, ut a Romanis cohortibus vix eripi valuerit.

Quæ omnia profecto vera dices, si cum sequentibus sedulo contendas, 'Sed post captum Caractacum, &c. finis lætior fuit.' Præcipue tamen arguit Venutium, non fuisse e civitate Brigantum: *inde accensi hostes,* scilicet Venutius et sui, *et regnum ejus invadunt:* id est, Cartismanduæ, quæ Brigantes regebat. *Salinerius.*

Jugantes, populi Britanniæ, Tacito XII. Annal. an Cantiani sint, quos vulgo *Y-Gaint* vocant, subdubitare se scribit Camdenus, sed idem dubitat, num corrupte scriptum, pro *Brigantes.* Ex Thesauro Geographico Ortelii. Vide notas supra c. 32. *Tillemon.*

cepit.[7] Inde accensi hostes, stimulante ignominia, ne fœminæ imperio subderentur,[n] valida et lecta armis juventus Regnum ejus invadunt: quod nobis prævisum: et missæ auxilio cohortes[o] acre prælium fecere; cujus, initio ambiguo, finis lætior fuit. Neque dispari eventu pugnatum a

cognatos Venusii circumvenit. Hinc irritati hostes, incitante dedecore, ne mulieris imperio obnoxii essent, robusti lectique armis juvenes regnum ejus irrumpunt. Quod nos prævidimus, et missæ subsidio cohortes acri pugna decertavere, cujus principio incerto, exitus felicior fuit. Neque dissimili exitu certavit legio, cui Cesius Nasica

cidio Cod. meus: non *dissidio*. Vide II. 86. *Ryckius*.—7 Ms. Reg. *intercipit*.

NOTÆ

[n] *Ne fœminæ imperio subderentur*] Vereor, Tacite, ut mens tibi præsens. In tuis moribus, non in Britannorum fuisti, cum hæc scriberes. Numquid illis ignominiosum subdi fœminæ? Te igitur audi: 'Solitum quidem Britannis fœminarum ductu bellare.' Quod clare testatur Boadicæa tua l. XIV. *Lipsius*.

Hoc intelligendum comparate cum aliis populis, qui regnabantur a principibus viris: vel comparate ad Venutium Regem, cujus dominationem ante experti erant; et præ illo rege fortissimo, turpe fuit subjici fœminæ.

Ne fœminæ imperio subderentur] Eruditissimus vir obliviosum Cornelium facit; quod apud Britannos fœminæ regno et ducatu dignarentur, nec id ignominiæ daretur. Tac. Ann. l. XIV. 'Solitum quidem Britannis fœminarum ductu bellare.' Et in vita Agric. 'Neque enim sexum in imperiis discernunt.'

At ego illi non inurerem hanc notam: nam et illa verba referri possunt ad fratrem et propinquos Venutii, fraude captos: quos cum Jugantes ipsos puderet in fœminæ potestatem devenisse, ad arma itum sit. Vel, si mavis Jugantes arma rapuisse, *ne fœminæ subderentur*, nec in Tacitum peccas, qui nusquam dixit, Jugantum civitatem a fœminis solitam regi.

Nec obstat, *solitum quidem Britannis*. Multa enim in commune dicuntur, quæ non obtinent apud singulas gentes. Tac. de morib. Germ. 'Hæc in commune de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus: nunc singularum gentium instituta ritusque quatenus differant,' &c. *Salinerius*.

Ne fœminæ imperio] Non quod præcise pœniteret regni mulierum, neque enim id insuetum Britannis: sed pœnituit subdi imperio fœminæ, præ duce tanti nominis, qui vir illius erat, et qui eo titulo imperare debuit, potius quam fœmina, hoc ipso et indigna regno, quod virum, et ducem tanti decoris solio toroque deturbasset, et quæ se turpiter subjiceret hostibus gentis Britannicæ.

Ne fœminæ imperio subderentur] Potuerunt imperari a fœmina absolute, nec id novum aut insolitum moribus Britannorum.

Sed comparate cum rege, et cum tali rege, cujus virtutem experti erant, comparate cum dominatione impotentis fœminæ, cujus pœnitebat, jam malebant Venutium, et aversabantur fœminam.

Et novi dominantes semper meliores vulgo: idque vel ex ingenio principum vel subditorum, vel forte ex utriusque indole servitii et dominationis oritur.

[o] *Missæ auxilio cohortes*] Hic inter-

legione, cui Cæsius Nasica præerat.[p] Nam Didius, senectute gravis, et multa copia honorum, per ministros agere, et arcere hostem,[q] satis habebat. Hæc, quanquam a duobus, Ostorio Didioque,[r] Proprætoribus, plures per annos gesta, conjunxi, ne divisa, haud perinde ad memoriam sui valerent. Ad[8] temporum ordinem redeo.

41. Ti. Claudio quintum, Ser. Cornelio Orfito Coss. virilis toga Neroni maturata,[s] quo capessendæ Reipubl. habilis

præsidebat. Quippe Didius senio fessus, et maxima copia honorum auctus, *contentus erat rem gerere per ministros, et cohibere hostem. Hæc una serie memoravi, quamvis plures per annos administrata* sint *a duobus legatis Ostorio et Didio, ne disjuncta haud perinde facile memoria retinerentur. Nunc ad seriem temporum revertor.*

Ti. Claudio quintum Ser. Cornelio Orfito consulibus, toga virilis Neroni festinata est, *quo gerendæ reipublicæ idoneus haberetur. Et Cæsar assentationibus*

8 Ita Mss. Flor. Guelf. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et Ernestus. In Ms. Reg. et editione principe, *nunc ad temporum ;* et sic Gronovius et Ryckius.

NOTÆ

ponunt arma barbaris; quia socii nempe et fideles et in proximo, et quia in ipsos ingruebat hostis bellumque si Reginam sociam vicissent.

p *Præerat*] Legatus nempe legionis fuit. Summæ rerum seu belli ac provinciæ præerat Didius.

q *Arcere hostem*] Nempe ex provincia, seu ditione Romana.

r *Ostorio Didioque*] Nomina hæc a glossa quadam adjecta putem, potius quam ab ipso auctore. *Freinsh.*

s *Virilis toga Neroni maturata*] Bene maturata. Non enim ex ritu populi Rom. debebatur ante expletum annum XIV. At ipso ineunte capit.

Tertullian. de anima: 'Jura civilia abhinc (id est a XIV. anno) agendis rebus attemperant.' Idem de Virginib. Veland. 'Ethnici fœminas quidem a XII. annis, masculos vero a duobus amplius ad negotia mittunt.'

Nec alius sententiæ illud Cornelii infra lib. XIII. 'Turbatus his Nero, et propinquo jam die, quo quartum decimum ætatis annum Britannicus explebat.'

Nota quod ait, *explebat ;* quia tunc referendus in viros, et ideo a juvene metus. Vetus Horatii interpres indicatum id voluit, dum scribit, 'Nobiles pueros prætexta veste sub disciplina usque ad annum decimum quintum usos.' Scilicet quia tunc toga eam mutabant virili.

Hoc verum est, nec velim pendere ultra viros doctos in tirocinii legitimo die. Nam quod Augustus aliique serius ceperint togam, ab alia quavis causa fuit, non a lege aut more. *Lips.*

Virilis toga] Diversæ sunt sententiæ. Alii putant, datam esse virilem togam expleto anno ætatis 14. Alii exacto anno 15. et incipiente anno 16. Alii initio anni 17. Alii inchoato anno ætatis 18.

Florente prisca republica et etiam primis Cæsaribus, togam puram seu *virilem* sumebant anno ætatis 15. aut etiam incipiente anno 16. Cicero

NOTÆ

natus est anno 648.; et ipse in forum venit sumsitque virilem togam anno 663. Et idem Cicero epist. I. ad Atticum scribit, sibi natum esse filium anno 690., et togam virilem ipsi dedit anno 705.

Galba princeps natus est ex Sueton. anno 751. 9. Kal. Januariis, et togam induit anno 767. ipsis Kalend. Januariis. Dio de illo l. LVI. dicit, sumsisse togam ante decimum diem anni 16.

M. Lepidus anno ætatis 15. prætextatus adhuc fuit, teste Valer. Max. l. II. 1. 'Æmilius Lepidus puer etiam tum progressus in aciem, hostem interemit, civem servavit; cujus tum mirabilis operis index est in Capitolio statua bullata, et incincta prætexta SC. posita.' Idem et testantur nummi Liciniæ gentis, qui sic inscripti.

M. LEPIDUS. A. XV. H. O. C. S.

Id est, *Marcus Lepidus anno* 15. *hostem occidit, civem servavit*. Itaque Lepidus prætextam gestabat anno ætatis 15. et nondum *togam virilem* sumserat.

Augustus etiam anno ætatis 16. incepto, togam sumsit, teste Sueton. Aug. 8. 'Duodecimum annum agens aviam Juliam defunctam pro concione laudavit, quadriennio post virili toga sumta, militaribus donis, triumpho Cæsaris Africano, donatus est.'

Et Quintilianus l. XII. c. 6. 'Cæsar Augustus duodecim natus annos, aviam pro Rostris laudavit.' Quo firmatur lectio Suetonii quoad numerum qui præcedit, et qui sequitur *quadriennio post*.

Ita et Virgilius, qui natus in priore Consulatu Pompeii et Crassi anno Urbis 683. et sumsit togam virilem in altero eorundem Consulatu anno Urbis 698.; quo annum ætatis 15. expleverat.

Alii hos Consulatus reponunt, primum anno 684. et alterum 699.; sed par ratio est, quod spectat ad ætatem Virgilii. Cujus in vita error arrepsit: 'Initia ætatis Cremonæ egit usque ad virilem togam, quam XVII. anno natali suo accepit, iisdem illis Consulibus, quibus erat natus.' Ibi rescribe XV.

Alii annotant scripsisse ipsum Ciceronem ad Atticum, natum sibi fuisse filium, L. Julio Cæsare, C. Marcio Figulo Coss. anno 689. sumsisse autem *togam virilem*, Lentulo et Marcello Coss. anno urbis 704. Sic anticipant annum unum; sed par ratio est, quoad ætatem filii Ciceronis.

Quod autem Lipsius, qui de anno 14. expleto sentit, affert ex Tertulliano, possit dici pertinere ad res privatas gerendas, non ad Rempub. capessendam, ad quam cura major et maturior ætas requirebatur.

Quod addit de *propinquo die, quo quartum decimum ætatis annum Britannicus explebat;* id nihil forte spectat ad veterem Remp. aut morem; quia sub principibus id arbitrarium fuit, ut pleraque alia omnia: et præcipue filios suos, pro nutu, vel celerius vel tardius Reipub. admovebant, ut statim videbimus.

Quod subjicit ex vetere Horatii interprete, ipsi Lipsio adversatur: dicit, *nobiles pueros prætexta, &c.* usque ad annum 15. *usos;* quod intelligi possit usque ad annum 15. expletum; nihil tamen affirmo; mediam viam sequor.

Rationes quas affert ad hunc Taciti locum Gronovius, qui de anno 15. sentit, firmæ sunt, modo non corrigat auctores qui de anno 16. cœpto asserunt. Sic apud Suetonium Aug. 8. pro *duodecimum*, reponit *decimum*, et locum Nic. Damasceni etiam corri-

NOTÆ

git ex arbitrio Henrici Valesii et suo, perperam.

Nititur etiam loco Quintiliani a me allato supra, ubi etiam *pro duodecim* rescribit *decem*.

Sed certe ex his correctionibus vagis et incertis, ea quæ inferuntur magis adhuc incerta sunt: et cum tot auctores sic pari consensu idem tradunt, nimia audacia sit, illos violasse. Itaque media via iniri possit, ut togam virilem sumerent anno 15., nec alii ultra cœptum annum 16. differrent.

Qui ultra 16., usque ad 17. aut 18. annum excurrunt, longius rem extendunt, nec ullis exemplis, aut momentis satis firmis nituntur, saltem pro more.

Hæc de vetere Repub. At mox sub principibus, firmato jam imperio, modo celerius modo tardius *virilis toga* dabatur liberis dominantium. Sic, puto, olim sub Augusto maturata illa vestis Caio et Lucio Cæsaribus, ut filiis Augusti adoptivis, quo promtius reipub. admoverentur.

Et contra Postumus Agrippa frater illorum dilatus. Natus erat anno urbis 742., et anno 758. toga virilis ei data fuit, Dio testis l. LV. nempe exacto fere anno 16. stolidum juvenem detinuit Augustus, prudenter sane, at infeliciter.

Sic et Caius Caligula natus erat anno urbis 765.; at *prætextatus* laudavit Liviam, quæ obiit anno 782. Itaque anno ætatis 17. prætextam adhuc gestabat, et sumsit virilem togam tantum 19. ætatis anno. Sueton. 'Vicesimo' (alii, *undevicesimo*) 'ætatis anno accitus Capreas a Tiberio, uno atque eodem die togam sumsit barbamque posuit.'

Sic eum removebat a repub. Tiberius senex suspicax, metu, odio, et æmulatione, ut qui patrem, matrem, fratresque ipsius interfecisset, paratus et eum interficere, nisi illum inter subsidia imperii habuisset, subdole et malevole tamen: idque meruit Caius, cujus notum seni ingenium pravum.

Nostro hoc Taciti loco, Neroni maturatur *toga virilis*: natus erat anno 790. die 10. Decembris, et teste Tac. hic, *virilis toga Neroni maturata*, Ti. Claudio v. Ser. Cornelio Orfito Coss. anno urbis 804.: sicque Nero vix annum 14. ætatis inierat, cum togam virilem induit.

Sic Commodus et alii imperitantium filii promtius imperio rebusque admoti. Commodus ante duos menses quam 14. annum impleret, togam puram sumsit.

Patres eo die filios suos tirones commendabant Diis, et etiam fidei Senatorum, forte et populo. Livius l. v. 'Filium postremo Nicomedem Senatui commendavit.' Forte huc respexit Sueton. Aug. 56. 'Nunquam filios suos populo commendavit, ut non adjiceret, Si merebuntur.'

Ideoque eo die, quo juvenes, posita prætexta, togam puram seu virilem induere debebant, prius deducebantur in forum, et inde in Capitolium, Jovi sacrificium facturi. Plutar. in Bruto: 'Alii Cassio congregati, ejus filium, qui tunc virilem togam sumebat, deducebant in forum.'

Nic. Damascenus in excerptis Valesii de Augusto: 'Inde annos circiter 16. natus in forum descendit, posita prætexta, togam puram indutus, quod virilis tirocinii argumentum est; omniumque civium oculis in eum defixis, cum ob nobilitatem, tum ob egregiam adolescentis virtutem, Diis sacrificavit, et in collegium Pontificum ascriptus est,' &c.

Prætexta, toga candida tota fuit, præter limbum, seu extremam oram,

NOTÆ

in qua erat *purpura* attexta, seu circumtexta. Unde nomen habuit *prætexta*. Hinc et περιπόρφυρος dicta Græcis.

Toga autem *virilis*, tota et ex omni parte candida erat, nullaque purpura ipsi attexta fuit, unde et *pura* appellabatur.

Plin. l. VIII. inventionem togæ puræ attribuit Tanaquili: 'Ea prima texuit rictam tunicam, quales cum toga pura tirones induuntur et novæ nuptæ.'

Alii alio die, et alio loco; et etiam in municipiis, togam virilem sumebant ipsi civium Rom. filii. Sic filius Ciceronis sumsit togam eam 6. Kalend. Aprilis, et narrat Cicero se *Arpini* togam puram filio dedisse. Epist. IX. 22. 'Ego meo Ciceroni (Roma caremus) Arpini potissimum togam puram dedi, idque municipibus nostris fuit gratum.' Et l. v. ad Attic. epist. 20. 'Ego cum Laodiceam venero, Quinto, sororis tuæ filio, togam puram jubeor dare,' &c.

Galba Kalendis Januariis virilem togam sumsit. Cassii filius 15. Kalend. Martii. Augustus inito Autumno. Caius Augusti filius Kalend. Januarii. Commodus 27. die Novembris.

Eo die quo togam virilem sumebant filii principum, dabatur plebi *Congiarium*, iis nempe qui frumentum e publico accipiebant.

Sic eo die quo Caius Augusti filius togam virilem sumsit, congiarium populo dedit Augustus. Ipse in lapide Ancyrano: 'Duodecimum Consul trecentis et viginti millibus plebis urbanæ sexagenos denarios viritim dedi.' Illis autem e plebe congiarium dedit, qui *frumentum publice accipiebant*.

60. denarii sic distributi, fuerint unus millio, nongenta ac 20. millia coronatorum, 1,920,000.; et cuique eveniebant sex coronati: sic fere factum in Cæsaribus seu filiis principum, et nunc in Nerone sub Claudio. Hic mos etiam ad privatos in provincias transiit Plin. Epist. x. 117. Etiam Tiberius largitionem exhibuit, cum togam virilem Neroni et Druso Germanici filiis daret. Sic Tac. l. II. et Sueton. Tib. 54. 'Maximos natu de Germanici filiis Neronem et Drusum P. C. commendavit: diemque utriusque tirocinii,' (intellige diem quo virilem togam sumsere) 'congiario plebi dato celebravit.'

Sic et nostro hoc loco Taciti: *Additum nomine* Neronis *donativum militi, congiarium plebi*, qui honor defuit Caligulæ, metu Tiberii, qui et defuit Claudio ob valetudinem. Sueton. Claud. II. 'Ob hanc eandem valetudinem et gladiatorio munere, quod simul cum fratre (*Germanico*) memoriæ patris (*Drusi*) edebat, palliolatus novo more præsedit; et togæ virilis die, circa mediam noctem, sine solenni officio in Capitolium latus est.'

Pueris prætextatis semel in anno induere licuit togam puram 16. Kal. April. in festo, nempe Bacchi, quod *Liberalia* vocabant, ut majori pompa celebrarentur. Ovid. 'Ergo ut tironum celebrare frequentia possit, Visa dies dandæ non aliena togæ.' Unde etiam *libera* toga dicta est. Ovid. Fast. III. 'Sive quod es Liber, vestis quoque Libera per te Sumitur, et vitæ liberioris erit.' Itaque *liberam* hanc togam appellarunt, quod omnis honesta libertas, quæ aliorum civium esset, iis qui eam induerant, concederetur. Hinc Persius Sat. v. 30. 'Permisit sparsisse oculos jam candidus umbo.' Ad quem sic Cælius Rhodigin. XIV. 16. 'Umbo a Persio vocatur toga, quod sit umbonis instar contra reprehensiones præceptorum.'

videretur. Et Cæsar adulationibus Senatus libens[1] [t] cessit, ‘ ut vicesimo ætatis anno[u] Consulatum Nero iniret: atque

patrum ultro concessit, ut vigesimo ætatis anno Consulatum Nero obtineret, et

1 Ita Ms. Guelf. et editio princeps. Male Puteolanus et Mss. Harl. Bodl. Jes. *liberis cessit*. Sed in Ms. Harl. altera manu emendatum *libens*. Brotier.—

NOTÆ

[t] *Libens*] Miror autem Tacitum hic omisisse alios honores Neroni adolescenti tunc decretos, de quibus extat memoria in aureis apud me nummis, cum instrumentis sacrorum et inscriptione in uno: SACERD. COOPTATVS. IN. OMNI. CONL. SVPRA. NVMER. In altero cum titulo, quem hic Tacitus ponit: EQVESTER. ORDO. PRINCIPI. IVVENTVTIS. et Clypei dedicatione, quam Tacitus prætermisit. *Ursinus.*

[u] *Ut vicesimo ætatis anno*] Decretum frustra. Consulatum iniit decimo septimo ætatis anno: sed jam princeps, et legum securus. *Lipsius.*

Vicesimo ætatis anno Consulatum] Lapis Ancyranus haud dubie de Caio et Lucio Cæsaribus, sic habuit II. ‘ Honoris mei causa senatus populusque Romanus annum quintum et decimum agentis consulis designavit; ut eum magistratum inirent, post quinquennium ex eo die, quo deducti in forum, ut interessent consiliis publicis, decrevit senatus.’

Concessit ut vicesimo] Fere hic describit Tacitus omnes honores, qui filiis principum concedi a senatu solebant. Concessum primo, ut *inter viginti viros* magistratum capesserent: dein ut *Urbis præfecti feriis Latinis* essent.

Concessum etiam, ut quinque annis maturius quam per leges licet, honores petere fas esset, ut *principes juventutis* appellarentur, et *Trojam* luderent. Quæ decora omnia concessa Neroni, et præterea *proconsulatus* illimitatus, qui omnes honores excedebat, et qui concessus uni hactenus Neroni, ut puto, favore et ambitione matris Agrippinæ; quo decore illum propius admovebat imperio. Nam *tribuniciam potestatem* nondum ambire audebat fœmina.

Hæc Neroni concessit Claudius exemplo Augusti, qui similia usurparat, non in privignis certe, sed in filiis Caio et Lucio Cæsaribus.

Et Caius *princeps juventutis* appellatus ab equestri ordine, qui titulus veluti secundus ab Augusto; et sic Caio titulum *principis senatus*, ut futuro Augusti successori, ominabantur.

Dein sublatis filiis Augusti et adoptato Tiberio in gentem Juliam, Germanicus qui et ascitus jussu Augusti a Tiberio erat, etiam *princeps juventutis* appellatus; non autem Tiberius, ut qui jam *tribuniciam potestatem* haberet, quæ longe altior et propior imperio.

Hinc Tac. lib. II. ‘ Equester ordo cuneum Germanici appellavit, qui juniorum dicebatur,’ &c. Ordo Equestris in sex turmas dividebatur, quarum singulis unus præerat, qui *senior equitum Rom.* dicebatur. Quæ divisio non hujusce ævi, ut puto, sed mox facta est. Putant tres fuisse turmas equitum *juniorum*, et tres *seniorum*.

Censores in recensu ordinum, quem primum honoris et virtutis causa in

NOTÆ

senatu legebant, is dicebatur *Princeps senatus*. Sic quem primum legerant in ordine equitum, is *Princeps juventutis* vocabatur. Nam *Equites* dicti *juvenes* in descriptione Servii regis, quia statim a toga virili sumta, in *Equites* assumebantur.

Livius ubi de Mutio Scævola: 'Trecenti juravimus principes juventutis Romanæ, ut in te hac via grassaremur.' Idem Livius l. XLII. 'Equitatum Rom. quo invictos se esse gloriabantur, fudistis. Equites enim illis, principes juventutis, equites seminarium senatus.'

Puto, per *principes juventutis* vulgo, seu vetere Repub. intelligunt Equites *juvenes et nobiles seu splendidos*, (cum de filiis principum agitur, aliud est): hinc Cicero l. III. Epist. vocat Brutum 'principem juventutis,' sic et Curionem 'principem juventutis' appellat. Orat. in Vatinium, quia nullum adhuc magistratum gesserant. Nobiles hi juvenes dicti *principes juventutis*, respectu coætaneorum, et ceteri equestris ordinis, qui minus nobiles ac insignes, qui non forte in turma hac juvenum, et desierant forte jam senes aspirare ad senatoriam dignitatem, et ceteros honores: forte et respectu juvenum e plebe, quibus præeminebant illo fastigio, et annulis distinguebantur.

Et nobiles illi *juvenes* manebant in eo ordine, ac *principes juventutis* tantum erant, donec Quæsturam adepti essent, quæ primus gradus ad senatum. Obtinebatur autem Quæstura 28. anno ætatis, nisi forte virtus, aut favor eximius, annarias leges vinceret.

Et certe distinguere videtur Quintus Cicero, ubi de petit. consulatus, inter hanc turmam juvenum, seu *principes juventutis*, et ceterum equestrem ordinem: 'Habebis tecum ex juventute optimum quemque studiosissimum humanitatis. Tum equester ordo sequetur illius auctoritatem ordinis.'

In ea juventute equestris ordinis, qui nobilitate et opibus præcellebant, appellati *principes juventutis*. Sic et forte distinguit Tac. 'Equester ordo cuneum Germanici appellavit, qui juniorum dicebatur.'

Quod nomen tantum fuit prisca Repub. qui honos tantum lectionis in eo ordine fuit, aut qui etiam multis simul, qui primi legerentur, tribuebatur, nunc sub Augusto fuit titulus, qui per summum decus solis filiis principum concessus est.

Hoc decus, ut puto, primus habuit Caius filius Augusti, ut esset, appellareturque *princeps juventutis*, anno ætatis 14. ea die qua *virilem togam* sumsit. Sic lapis Ancyr. Fuit etiam præfectus Tribus suæ, testis Dio in excerptis a Zonara.

Sic etiam Augustus Lucium Cæsarem filium suo tempore et loco, etiam die virilis togæ, *principem juventutis* ac *præfectum Tribus*, et *consulem* designavit, ea lege, ut post quinquennium a die quo virilem togam sumserat, et in forum ductus erat, magistratum iniret.

Dein et in Augurum seu Pontificum Collegium cooptabantur illi filii dominantium; etiam Patroni coloniarum asciscebantur: quod contigit aliis Cæsaribus, mox et Neroni. Nam defendit Ilienses, Bononienses, &c. et suo patrocinio immunitates illis impetravit. Tac. et Sueton.

Antea vetere Repub. qui Pontifex creabatur, semper loco alicujus demortui Pontificis inaugurabatur, et lege Syllana Collegium Pontificum, ut et Augurum ex 15. sacerdotibus componebatur. Sed postea Cæsar, ut fautores sibi devinciret, singulos

NOTÆ

sacerdotes tribus Collegiis addidit.

Quod privilegium a senatu concessum Augusto post subactam Ægyptum. Dio LI. 'Ut sacerdotes quotcumque vellet, etiam neglecto numero antiquitus recepto, constitueret; quod quidem ab eo acceptum, deinceps in infinitum excrevit:' quod tamen jam ante SC. occuparat.

Extat nummus Neronis cum hac inscriptione: CLAVD. CÆS. DRVSVS. GERMAN. PRINC. IVVENT. et in postica: SACERD. COOP. IN. OMNI. COL. SVPRA. NVMER. S. C.: id est, *Sacerdos cooptatus in omnia Collegia supra numerum senatusconsulto.*

Hæc de Nerone intelligi, patet ex inscript. Gruteri pag. 236. NERONI. CLAVDIO. AVG. F. CÆSARI. DRVSO. GERMANICO. PONTIF. AVGVRI. XVIIR. S. F. SEPTEMVIR. EPVLONI. COS. PRINCIPI. IVVENTVTIS: id est, *Factus est Pontif. Augur. Quindecimvir sacris faciundis, et Septemvir Epulo.*

Sic et eadem die virilis togæ, Tiberius Drusi junioris filius, teste Sueton. Calig. sic et hoc lib. Nero, *principes juventutis* appellati. Sic et postea Titus et Domitianus; quod patet ex nummis, quibus exhibentur duæ figuræ equestres inscriptæ TITVS. ET. DOMITIANVS. CÆSARES. PRIN. IVVENT. Figura equestris *hastam* sinistra tenet, quandoque *parmam.*

Hastæ illæ *puræ* et argenteæ erant; et *puræ* dictæ, quod nulla ferrea cuspide munirentur. Virg. Æn. VI. 'Ille, vides, pura juvenis qui nititur hasta.' Propert. 'Pura triumphantes hasta sequatur eques.'

Hastis *puris*, et *parmis* donati Caius et Lucius Cæsares ab equestri ordine, quia ipsi principes juventutis, et *parmæ* equitibus gestabantur. *Parmæ* a *scutis* differebant, quia *scuta* oblonga, *parmæ* rotundæ, *clypei* vero grandiores, *peltæ* oblongæ, et *cetris* similes. Hastæ *puræ*, donatæ ob virtutem in præliis pro concione militari, ut alia decora et dona militaria.

Nulli tamen adhuc juniori Cæsari datus erat proconsulatus, ut nunc Neroni; et licet Consules designarentur, id ea lege concedebatur, ut tantum post quinquennium consulatum inirent. Sic tali honore, rebus gerendis præparabantur juvenes: multa quippe interrogabatur, multa quæ e Repub. essent, agitabat referebatque consul designatus.

Sed tamen nondum *consulatus* concessus juveni; quod ut cladem Reipub. exhorrebat Augustus. Lucius Cæsar inscio Augusto, 'theatrum ingressus, cum, omnium plausu, partim ex animo, partim ab adulatione profecto, exciperetur, aucta petulantia, ausus est petere, ut Caio fratri nondum ex ephebis egresso, consulatus daretur.' Testis Dio, qui addit, Augustum ideo iratum, optasse: 'Ne quando ea quæ ipsi quondam impenderat, temporum iniquitas, eveniret, ut consulatus ei mandandus esset, qui nondum vicesimum annum attigisset:' quod ipsi contigerat 19. ætatis anno.

Hoc tamen et Caio etiam obtigit, sed alio statu Reipub. Nam Consul designatus est anno 14. ut quinquennio post iniret. At Consulatus per leges deferebatur ei tantum, qui 43. annum ageret.

Quo et Augusti exemplo, tamen nunc Claudius Neronem consulem designavit etiam 14. anno; ut 'vigesimo ætatis anno consulatum Nero iniret.' Tac.

Mos tamen inolevit mox et invaluit, ut filiis pæne infantibus consulatum tribuerent dominantes.

Sic Constantinus Magnus filium ex Fausta susceptum 6. ætatis anno, *Consulem*, datis insignibus, creavit. Sic et Jovianus Varronianum filium infantulum in cunis Consulem fecit.

interim designatus,[v] Proconsulare imperium[w] extra urbem

interea designatus *Consul*, proconsularem potestatem extra civitatem haberet,

NOTÆ

[v] *Designatus*] Cum Consules *designatum Consulem* renuntiarent, vota solennia pro ipso et pro Repub. faciebant. Cicero pro Muræna: 'Cum publicaret, ut ea res mihi magistratuique meo, populo plebique Rom. bene ac feliciter eveniret.' Quod solenne tamen fuisse puto, in omnibus cœptis edictisque Consulum.

Eo die quo *Consules designati* gratulantium officia excipiebant, *laureas* imponebant statuis majorum suorum. Cic. ibid. Literæ ad senatum missæ dabantur Consulibus designatis, et cum Consules retulissent, tum primus Consul designatus sententiam rogabatur: sic ævo principum.

Ut juvenibus non statim dabatur consulatus bene constituta Republica, ita neque statuæ decus iis decernebatur. Concessa vestis triumphalium Neroni juveni, non tamen effigies triumphalis.

Et errat Velleius, cum sic de Augusto juvene scribit: 'Eum senatus honoratum equestri statua, &c. proprætorem una cum Consulibus designatis Hirtio et Pansa, bellum cum Antonio gerere jussit.'

Nam Cicero cum statuam decerneret Lepido, addit: 'Nec vero cuiquam possumus commemorare, hunc honorem a senatu tributum, judicio senatus soluto et libero.'

Quod factum dictumque anno 711.: at Hirtius et Pansa non designati Consules anno 711., sed anno superiori 710.; quo tempore nondum statuæ honorem acceperat Octavianus.

Et licet mox acceperit, id extra ordinem, et urgentibus causis fatisque, et Repub. fere oppressa: et quia nullæ tum leges valebant, jamque fere *nihil prisci moris*.

Atque interim designatus] Jam *designatus* erat Consul Nero; ita tamen ut consulatum vicesimo tantum ætatis anno iniret, obtineretque; scilicet post quinquennium.

Idque exemplo Augusti, qui ea decora omnia obtinuerat filiis suis Caio et Lucio Cæsaribus, ut patet ex lapide Ancyrano.

[w] *Proconsulare imperium*] Initium fastigii Cæsaribus: quod ea mente etiam Germanico tributum fuit, l. 1. *Lipsius*.

Proconsulare imperium extra urbem] Proconsulare imperium non unius generis. Aliud ordinarium; nempe cum vir consularis pro more et instituto Reipub. sorte aut jussu populi Rom. mitteretur in provinciam, quam proconsule regeret. Aliud extraordinarium; cum nempe privatus aliquis mitteretur in provinciam certam, ut sociis ibi et exercitibus imperaret, pro prætore aut pro consule (nam in re idem est), ita tamen ut potestas ipsius, hujus provinciæ fines non excederet.

Etiam extraordinarium fuit, cum mitteretur aliquis, qui dignitates Reipub. obtinuisset, ut imperaret non uni certæ provinciæ, sed ita ut ad plures finitimas provincias etiam imperium extenderet, sic postulante necessitate rerum et belli; ita tamen ut illud imperium limitatum esset loco certo et tempore.

Extraordinarium etiam *proconsulare* imperium fuit, cum consuli designato daretur extra ordinem ea potestas extra Urbem, non limitatam loco aut tempore: qualis hoc loco Tacit. conceditur Neroni a Claudio.

NOTÆ

Aliud etiam imperium proconsulare fuit, quod extra ordinem, post Neronis ævum, sibi vindicarunt principes omnes, quod nempe tum immensum et perpetuum fuit; ita ut illud obtinerent intra et extra Urbem, nulla exceptione loci aut temporis: quod et Augusto ipsi decretum erat a senatu, si Dioni credimus.

Itaque si quando privato cuipiam, qui nempe nullos in Urbe magistratus gessisset, administratio provinciæ aut belli mandabatur, ille tum dicebatur *proprætore*, vel *proconsule* bellum gerere; eique sic imperium *prætorium* vel *proconsulare* deferebatur.

Sic Augustum, qui privatis opibus exercitum scripsit, annum agens undevicesimum, proprætorem creari dolebat Cicero. Philipp. v. ‘ Demus igitur imperium Cæsari, sine quo res militaris administrari, teneri exercitus, bellum geri non potest; sit proprætore, eo jure, quo qui optimo; qui honos, quanquam est magnus illi ætati, tamen ad necessitatem rerum gerendarum, non solum ad dignitatem, valet.’

Sic P. Scipio adhuc privatus proconsule missus est in Hispaniam, ut bellum gereret. Sic et Pompeius adhuc eques Rom. missus est proconsule adversus Sertorium in Hispaniam.

Cic. in Maniliana: ‘ Quid tam inusitatum, quam, ut cum duo Consules clarissimi fortissimique essent, Eques Rom. ad bellum maximum formidolosissimumque proconsule mitteretur? missus est quo quidem tempore, cum esset non nemo in senatu, qui diceret, non oportere mitti hominem privatum proconsule; L. Philippus dixisse dicitur, non se illum sua sententia proconsule, sed pro consulibus mittere.’

At certe prisca Republica, non perinde æstimabantur proconsulatus illi privatis mandati. Nam qui sic ex privatis proconsules creabantur, triumphare non potuerunt, quamvis multas et amplissimas victorias retulissent, quia nempe illi sine magistratu et sine auspiciis Rempublicam gesserant, licet cum imperio præfuissent.

Sic privatus adhuc P. Scipio missus in Hispaniam proconsule, licet quatuor Pœnos duces bello profligasset, teste Livio l. XXVIII. et Plutarcho, attamen triumphare non potuit.

‘ Res,’ inquit Plut. ‘ amplissimo triumpho dignas censebat senatus; sed quia nemini adhuc contigerat, ut cum proconsul et sine magistratu esset, pro rebus gestis triumphanti invehi liceret in Urbem; nec patribus visum est, nec ipse Scipio magnopere contendit, ut novo exemplo morem majorum, sui causa, commutarent.’

Sicque Pompeius, omnium Romanorum primus, ex privato proconsul factus, et victis hostibus in Hispania, ac mox in Africa, binos triumphos egit. Cicero in Manil. ‘ Quid tam incredibile, quam ut iterum Eques Rom. ex SC. triumpharet?’

Sed quia hoc loco Taciti agitur de proconsulatu, qui se ad plures provincias extenderet, de eo præcipue agemus in sequentibus. Itaque pro suo jure poterat proconsul agere idem quod olim Consules et Prætores ad bellum profecti, milites scribere, pecunias exigere, imperare, ac summa cum potestate versari in provinciis sibi decretis, et hoc imperium extraordinarium, et supra ipsos proconsules fuit ac prætores.

Hoc imperium Pompeio traditum bello Piratico, ‘ ut potestatem haberet imperandi Regibus, præsidibus, civitatibus, ut juvarent se rebus omnibus.’ Sic Appian. Mith. et in maritimas provincias, usque ad 400 stadia, extendebat imperium.

NOTÆ

Hoc idem imperium rogabat Cicero Cassio Philipp. II. 'Ut quicumque in provinciam ejus, belli gerendi causa, advenerit, ibi majus imperium C. Cassii sit, quam ejus erit, qui eam provinciam tunc obtinebit, cum C. Cassius in eam provinciam venerit.'

Tale imperium proconsulare Germanico delatum, Tac. l. II. in Oriente et 'provinciis quæ mari dividuntur,' majusque imperium quocumque adisset, quam iis, 'qui sorte, aut missu principis obtinerent.' Nec Germanicus inter Syriæ proconsules, seu rectores, immo supra ipsos, et tum C. Piso Syriam regebat.

Nunc Neroni concedit Claudius, ut 'proconsulare imperium extra urbem haberet.' Sed illud decus diversum ab aliis; nam Caio Augusti filio, aut Germanico illud jus concessum tantum in provinciis Orientis, et quæ mari dividuntur, et limitatum, nec perpetuum fuit, ut proconsulatus iste Neronis.

At postea invaluit, ut daretur, quemadmodum nunc Neroni, successoribus omnibus destinatis. Capitolin. 6. de M. Aurelio Cæsare: 'Tribunicia potestate donatus est, atque imperio extra Urbem proconsulari.'

Id est, amplissimum habuit imperium extra pomœrium Urbis, in omnibus provinciis, in ipsa Italia, non autem ad certa provinciarum spatia limitatum et arctatum, quale Pompeio, aut Germanico, aut etiam Vitellio (si vere hic habuit), quem Tiberius 'cunctis, quæ apud Orientem parabantur, præfecit.' Tac. l. VI.

Nec comparari debet Vitellius cum Germanico et Cæsaribus. Latius patebat potestas Germanici, nempe in omnes provincias transmarinas, at Vitellius tantum in aliqua parte Orientis pollebat.

Germanicus etiam præpollebat in Epiro, Græcia, Macedonia, aliisque ultra Adriaticum mare provinciis. Hinc Græciam pertransiens, et Athenis *uno lictore* utebatur, cum 12. uti posset, et provincias illas *internis certaminibus fessas refovebat*, pro imperio proconsulari.

Idem et fecit in Ægypto, cum tamen jus intrandi non haberet, quare potius forte, ut Cæsar, et ex æquo et bono res ibi ordinabat, quam pro potestate; quod etiam non æquo animo tulit suspicax senex et imperii anxius Tiberius.

Nec, ut puto, Vitellius habuit *proconsulare imperium* proprie, sed tantum in ejus potestate opes et copiæ orientis, quia imperatum regibus et civitatibus, ut ipsi obsequerentur, sponte et jussu ipsius Cæsaris, non autem quod pro jure proconsulari ipsis imperaret Vitellius. Cæsar imperaverat regibus et legatis, ut ipsum juvarent pro viribus; neque tanti momenti circumstantiam illam siluissent Tacitus, Dio, aut Suetonius.

Sic neque Corbulo mox tempore Neronis, habuit proconsulare imperium proprie, sed tantum imperabatur a Cæsare sociis populis regibusque, ut ejus mandatis obedirent. Certe illa potestas fuit aliquatenus ad instar *proconsularis imperii*, et habuit imaginem hujus potestatis, sed licet auctoritas fere eadem circumdaretur; attamen nomen abfuit et decus.

At certe extraordinarium imperium, quod datur Cæsari, et spe votisque jam destinato successori, et in re gravissima, tribueretur novo et ignobili Vitellio, qui nullius famæ vel auctoritatis, aut certe modicæ apud legiones, et apud socios, aut etiam apud hostes, qui omni modo verebantur Germanicum et Cæsares, et cum his facilius transigebant.

Primis Cæsaribus rerum potienti-

NOTÆ

bus, quamvis imperium proconsulare deferretur et ipsis et imperatorum filiis, tamen nusquam id legitur inter titulos eorum in veteribus inscriptionibus, nisi forte post ævum Neronis; licet alii honores et tituli ipsis accumulentur.

Principes ipsi non renovabant imperium proconsulare post aliquot annos, ut tribuniciam potestatem, quia illud obtinebant perpetuum intra et extra pomœrium Urbis.

Si quis nondum princeps haberet proconsulare imperium extra Urbem, et simul tribuniciam potestatem, ut habuit verisimiliter Agrippa, ut et Tiberius, certe tum videbatur habere potestatem intra et extra Urbem, fere æqualem principi.

Ac tamen Tiberius non habuit proconsulare imperium extra Urbem, nisi definitum et arctatum, nempe in certis provinciis, non ultra. Ut nec et ipse Caius filius Augusti, componendo Orienti præpositus olim; nec Germanicus ipse in idem missus sub Tiberio.

Itaque sic proconsulare imperium extra Urbem illimitatum et perpetuum concessum fuit hactenus soli Neroni, artibus nempe Agrippinæ, sic illum præparantis summo fastigio; sed ita tamen, ut Nero tum nulla bella gesserit, et intra urbem manserit. Potuerunt tamen sic illi provinciæ demandari, et bella ipse gerere potuit, præcipue si semel consulatum attigisset.

Et fuit ille proconsulatus Neroni sic datus, ultimus et supremus gradus ad imperium; et sic fere fuit plusquam tribunicia potestas, quæ ex se limitata olim intra Urbem et ad proximum milliare extra pomœrium Urbis, et quæ vim prohibere, non inferre posset.

Quæ tamen potestas mox in Cæsaribus et filiis principatui destinatis, extensa est ad omnes provincias; ideoque data Tiberio erat, et eam etiam ille Rhodi, licet exul, aut quasi exul, exercuit, teste Sueton.

Initio in speciem tantum assumta videbatur ea potestas, *ut sacrosanctus esset* qui eam haberet, et ut appellantibus eum in jure extremo ferre opem posset.

Sed qui potuit aliis opem ferre, potuit et vim repellere a se, et etiam vim inferre pro libito, si vellet, aut e Repub. esse censeret.

Et sic hoc uno titulo habuere dominantes telum quod nemo retunderet, quo se et alios tuerentur, quos vellent, quo audaciores comprimerent.

Proconsulare imperium non renovatum in ipsis principibus post Neronis ævum, quia perpetuum vindicavere; sed tamen antea, ut puto, renovatum in ipso Augusto.

Ostendit Dio l. LV. A. U. 757. quippe scribit, Augustum 'censum egisse civium Rom. qui in Italia habitarent.' Ac ne uti censor id facere videretur, (neque enim vocabulum censoris accipiebat, licet eam potestatem sibi assereret, et præfecturam seu regimen morum fere sibi vindicabant dominantes, et multa alia munia præter censum civium habuere Censores) *proconsulare imperium accepit.*

Igitur Augustus non habuit imperium proconsulare perpetuum, sed tantum ad tempus. Itaque illud innovare potuit, et debuit, pro necessitatibus Reipublicæ.

At non sic se habuit de tribunicia potestate, quæ perpetua fuit in principe, non autem in aliis, ut in Marco Agrippa et Tiberio, quibus concessa ea potestas erat in quinquennium. Illa igitur eis sponte et jussu Cæsaris renovari post illud tempus elapsum

NOTÆ

debuit.

Renovatum etiam proconsulare imperium in filiis principum, in Cæsaribus, ut in Germanico, et haud dubie ante in Tiberio ipso, quod colliges ex Tac. l. I. ' Germanico Cæsari proconsulare imperium petivit, (Tiberius,) missique legati qui deferrent,' &c.

Unde inferre liceat, Germanico tum renovatum proconsulare imperium, quod nempe jam ante haberet sub Augusto.

Possit tamen dubitari, an Germanicus ante habuerit tale imperium: cur enim peteret Tiberius a senatu potestatem hanc pro Germanico, quam jam ipse haberet? aut si forte habuit tale imperium, ordinarium tantum fuit.

At hoc loco Taciti, extraordinarium decus petit; siquidem paratus erat, et idem decus ambire filio suo Druso, ut filios ambos exæquaret honoribus.

Et tum maxime demereri summo aliquo beneficio Germanicum voluit, utpote quem metueret, velut imperii æmulum, nondum securus legionum Germanicarum et imperii.

Attamen verisimile est, jam ante sub Augusto Germanicum habuisse proconsulatum extraordinarium, ut qui utrique Germaniæ et duobus ibi exercitibus et sociis, qui pari numero ac robore, præsideret.

Et qua auctoritate, quo jure Germanicus census ageret apud Gallias, quod fecisse patet ex Tac. nisi proconsularis illius potestas extenderetur ultra fines utriusque Germaniæ Provinciæ suæ? Dio l. LVI. A. U. 764. ' Tiberius et Germanicus cui proconsulare imperium erat, in Germaniam irruperunt;' et quamvis Dio non explicet, verisimilius est fuisse extraordinarium illud imperium.

Sed puto, illud imperium proconsulare Germanici velut abrogatum, desiisse morte imperatoris Augusti, et innovari debuisse novo imperio Tiberii, recens principatum adepti Liviæ Augustæ artibus, forte etiam et veneficio.

Illud itaque innovat Tiberius, ut eum sic demereatur, aut demereri simulet ad tempus, donec eum a suis legionibus abstraxerit.

Et certe inter summa arcana Tiberianæ dominationis fuit, ut omnia beneficia per priores principes concessa irrita forent, nisi ipse confirmasset atque innovasset, teste Sueton. in Tito. Id a Senatu petivit Tiberius, quia tum metu anxius, omnia per Patres agere videri volebat: id ergo legati deferunt seu annuntiant Germanico.

Itaque innovatum proconsulare imperium in ipsis Cæsaribus et filiis dominantium, usque ad Neronem, qui perpetuum proconsulatum habuit extra urbem.

Postea jam innovari tale imperium haud opus fuit in ipsis filiis principum, ut qui eam potestatem jam adipiscerentur perpetuam et illimitatam loco aut tempore.

Quod tradit Capitolinus de M. Aurelio Cæs. cap. 16. ' Tribunicia potestate donatus est, atque imperio extra urbem proconsulari.'

Nec frustra addit auctor ille, *extra urbem*, ut vult Salmasius hoc loco historiæ Augustæ: illi frustra additum hoc videtur, quia nullum imperium proconsulare intra urbem, et quia cessat omnis potestas proconsulis, qui urbem intraverit.

Attamen non frustra id addit Capitolinus, ut neque Tacitus hoc loco, de Nerone. Nam sic distinguitur ille proconsulatus M. Aurelii adhuc Cæsaris, a proconsulatu ipsius principis, qui extraordinarium illud imperium

haberet, ac Princeps juventutis[x] appellaretur.' Additum

ac *princeps juventutis* appellaretur. *Adjectum vocabulo ejus donativum militi,*

NOTÆ

habuit et intra et extra urbem.

Sic etiam distinguebatur, ab imperio illo proconsulari, v. g. Caii, Tiberii, Germanici, quod intra certa provinciarum spatia limitatum fuit et ad certum tempus. Nam sic intelligitur imperium extra urbem, quod extendatur nempe et in Italiam universam, et in ceteras orbis Romani Provincias, et quod perpetuum sit.

Certe nulla fuerunt auspicia, potestas nulla proconsulis, nisi extra urbem prisca repub. et ipse Augustus, ne amitteret tale imperium initio, subsistebat extra urbem.

Dio l. LV. ubi de Druso mortuo: 'Quoniam ei, qui cum exercitu ab urbe profectus esset, fas non fuit intra pomœrium urbis intrare, cum ea, quæ ante perfici majorum instituta juberent, non adimplesset, cadavere Drusi in foro proposito, duplex Drusi laudatio, una a Tiberio in ipso foro,' (pro rostris) 'altera in Circo Flaminio ab Augusto habita est, qui cum exercitu ab urbe profectus erat, ideoque nefas ei erat, intra pomœrium intrare.'

Patet etiam ex allato Taciti loco l. I. 'Germanico Cæsari proconsulare imperium petivit, &c. quo minus idem pro Druso postularetur, ea causa, quod designatus Consul Drusus præsensque erat.'

Duplex ea causa videtur, et quia designatus Consul Drusus, quique sic potestatem Consulis ordinariam cito adepturus fuit, et quia præsens in urbe erat.

Nam non potuit habere imperium pro Consule, qui Consul ipse et in urbe præsens erat; cum proconsulare imperium destinatum esset bellis externis et extra urbem gerendis, nullaque ejus potestatis auspicia essent, nisi extra pomœrium urbis.

Hinc Cicero Epist. VII. 6. 'Si hoc imperium' (Proconsulare) 'mihi molestum erit, utar ea porta quam primum videro.' Certa lege cautum, ne quis imperio proconsulari intra pomœrium versaretur: sic Dio l. XXXIX. et Sallust. Catil.

Et si quis forte proconsul urbem intrasset, egredi rursus cogebatur *ad repetenda auspicia*, si potestatem illam retinere vellet. Tac. l. III. 19. 'At Drusus urbe egressus repetendis auspiciis, mox ovans introiit.'

Sed cum extincta libertate, nihil fere *prisci* moris relictum sit, et omnia perrumperet adulatio, vel ambitio tribuentium, aut accipientium nimia decora, tandem mox, teste Dione l. LIII. 'Statuit Senatus, ut proconsulare imperium semper haberet Augustus, neque intra pomœrium veniens deponeret, aut id renovari opus esset, ut major ipsi in provinciis, quam præfectis earum esset potestas. Inde exortum est, ut Augustus, quique eum secuti sunt, imperatores, quasi consuetudinis ac dicis causa, cum aliis istis honoribus, et tribunicia potestate uterentur. Quamvis neque tribuni plebis nomen, nec Augustus, nec alius imperator habuit, ut neque proconsulis.'

Attamen secuti mox principes, tanti æstimavere decus proconsulis, ut in edictis reponerent inter alios titulos, idque passim in elogiis Cæsaribus dicatis, apud Gruterum, legitur.

[x] *Princeps juventutis*] Anno Romæ conditæ 804. Christi 51. vide notas c. 25. *Tillemon.*

nomine ejus donativum militi, congiarium plebi.[a] Et ludicro Circensium,[y] quod acquirendis vulgi studiis edebatur, Britannicus in prætexta,[z] Nero triumphali cum veste,[3 a]

congiarium populo. Et ludis Circensibus, qui conciliandis civium animis exhibebantur, Britannicus veste puerili, Nero triumphali toga transvecti sunt. Ut sic

2 Sic Puteolanus. In Mss. Harl. Bodl. Jes. *plebei.* Editio princeps, *plebeis.* —3 Brotier. *triumphalium veste,* et sic Gronovius et Ryckius. Mallet Freinshemius, *triumphali in* aut *cum veste.* Vellent alii, *triumphantium.* Utcumque tamen ferri potest *triumphalium,* cum *triumphales* viros passim memoret Plinius. *Brotier.* Cod. meus: *Nero in triumphalium veste.* Scribe: *Nero triumphali in veste.* Uti jam a pluribus monitum: vide ad XII. 3. *Ryckius.*

NOTÆ

[y] *Ludicro Circensium*] Qui ludi Circenses distinguendi ab aliis, quos edidit Nero, postquam duxit Octaviam. De quibus Suet. Ner. 7. 'Nec multo post duxit Octaviam: ediditque pro Claudii salute Circenses et venationem.' Edebant ludos pro salute principis; dum eum occiderent.

De ludicro, quod Tac. hic describit, Suet Ner. 7. 'Tener adhuc, necdum matura pueritia, Circensibus ludis Trojam constantissime favorabiliterque lusit.'

Circensium] De Circo Maximo dictum est in notis l. VI. c. 45. supra.

[z] *Britannicus in prætexta*] Toga *prætexta* sic dicitur a *prætexendo,* quia purpura ei vesti prætexta erat. Hac usi pueri usque ad annum 15. vel 16.

Teste Macrob. ea non usi primis Reipub. temporibus, sed cum Tarquinius Priscus, qui de Sabinis triumphum egerat, filium suum annos 14. natum, quod hostem in eo bello manu percussisset, pro concione laudatum, bulla aurea, prætextaque donasset; hinc mos deductus, ut prætexta et bulla in usum puerorum nobilium usurparentur ad omnem virtutem.

[a] *Triumphali cum veste*] Vocabatur illa vestis *Toga picta,* et *Tunica palmata.* Liv. I. 10. 'Cui Deorum hominumve indignum videri debet, eis viris, quos vos sella curuli, toga picta, prætexta, tunica palmata et toga insuper picta, et corona triumphali laureaque honorastis, quorum domus, spoliis hostium affixis, insignes inter alios feceritis, pontificalia insignia adjicere?'

Appianus in Libycis, ubi de triumpho Scipionis: 'Hic vestem succinctus purpuream, patrio more, aureis intextam sideribus.' Itaque *picta* dicebatur, quod stellis aureis distingueretur; *et palmata,* a palmæ imagine impressa.

Plin. l. VIII. 48. 'Prætextæ apud Etruscos originem invenere. Trabeis usos accipio reges: pictas vestes jam apud Homerum fuisse, unde triumphales natæ. Acu facere, id Phryges invenerunt, ideoque Phrygiones appellati sunt:' et l. IX. 36. Ubi de natura purpuræ: 'Huic fasces securesque Romanæ viam faciunt, idemque pro majestate pueritiæ est. Distinguit ab equite Curiam: Diis advocatur placandis, omnemque vestem illuminat: in triumphali miscetur auro.'

Festus: 'Tunica autem palmata a latitudine clavorum dicebatur, quæ nunc a genere picturæ appellatur.' Color huic vesti purpureus auro intertexto. Suidas vocat χιτῶνας, χλα-

transvecti sunt. Spectaret populus, hunc decore Imperatorio,[b] illum puerili habitu, ac perinde fortunam utriusque præsumeret. Simul, qui[4] Centurionum Tribunorumque[c] sortem Britannici miserabantur,[5] remoti fictis causis, et alii per speciem honoris: etiam libertorum si quis incorrupta fide, depellitur, tali occasione. Obvii[6][d] inter se,[e] Nero *Britannicum* nomine, ille *Domitium*, salutavere.[f] Quod,

videret populus, hunc honore principali, illum cultu puerili, et pariter hinc *utriusque fortunam animo præciperet. Simul Centuriones Tribunique, qui Britannici fortunam deflebant, amandati fictis criminibus, et alii prætextu dignitatis: etiam libertorum, si quis integra fide, amovetur hac occasione. Occurrentes inter se salutavere, Nero* Britannicum proprio *vocabulo*, et *ille* Domitium appellavit.

4 Male Beroaldus *simulque qui*, reclamantibus libris scriptis et editis. *Brotier.* —5 Sic primus edidit Puteolanus. In editione principe et Mss. Guelf. et Harl. Bodl. Jes. *miserebantur.*—6 Sic interpunxit Lipsius; et recte quidem. Antea conjunctim, *Tali occasione obvii.* Sic tamen editiones veteres et Mss. Bodl. Jes. *Idem.*

NOTÆ

μύδας ποικίλας ἀπὸ χρύσου καὶ πορφυρᾶς. Suet. Ner. 25. 'Introiit Romam eo curru, quo olim Augustus triumphaverat, in veste purpurea, distinctaque stellis aureis chlamyde, coronamque capite gerens olympicam.'

[b] *Decore Imperatorio*] Et certe nullum decus magis *imperatorium*, quam victoriæ insigne, quam *triumphalis habitus:* cetera *utcumque temnuntur;* at *imperatoria laus* propria et tota principis est, quasi sic imperio jam idoneus, jam Reip. gerendæ maturus Nero videretur; et contra Britannicus ineptus, innocens adhuc, et infans, plebis oculis exhiberetur.

[c] *Centurionum Tribunorumque*] Qui nempe prætoriani erant; de his agitur, ut qui in urbe et aula perpetui custodes comitesque principis essent.

[d] *Tali occasione. Obvii*] Sic tu distingue: *Etiam libertorum, si quis incorrupta fide, depellitur, tali occasione. Obvii inter se*, &c. Removendi enim ministros fidiores occasio nata ex hoc ipso, quod denarrat, facto. *Lipsius.*

[e] *Obvii inter se*] Pravitatem indolis tribuit ipsi Neroni. Sueton. Ner. 7. 'Ferunt Senecam, proxima nocte visum sibi per quietem, Caio Cæsari præcipere: et fidem somnio Nero brevi fecit, prodita immanitate naturæ, quibus primum potuit experimentis. Namque Britannicum fratrem, quod se post adoptionem Ænobarbum ex consuetudine salutasset, ut subditivum, apud patrem arguere conatus est.'

[f] *Britannicum nomine, ille Domitium, salutavere*] Erant illa nomina juvenum propria, seu privata. *Domitius* vocabatur, quasi non adoptatus esset a Cæsare, quasi non *Nero*, nondum *Cæsar* esset, qui tamen in familiam et nomen principis adoptione transierat.

Itaque debuit aliquod *nomen* ei superaddere Britannicus, quo honorem et adoptionis decus significaret. Debuit vocari, non *Domitius*, sed *Nero*, vel etiam *Cæsar*, vel quod aliud simile vocabulum addi, quo adoptati, et summo fastigio propius admoti, Nero-

ut discordiæ initium, Agrippina multo questu ad maritum defert: 'sperni' quippe 'adoptionem, quæque censuerint Patres, jusserit Populus,[g] intra Penates abrogari: ac, nisi pravitas tam infensa docentium[h] arceatur, eruptura in publicam perniciem.' Commotus his, quasi criminibus,[i] 7 Clau-

Quod, ut dissensionis principium, Agrippina plurimo questu apud virum suum Claudium *accusat; etenim* contemni adoptionem, quæque decreverint Patres, sciverit jusseritve populus, intra domum aboleri: ac nisi pervicacia *educatorum*, tam odiosa præcipientium, cohibeatur, eruptura *hæc* in exitium publicum. *Permotus his, quasi malis facinoribus, Claudius, honestissimum*

7 Ita Mss. Reg. Corb. editio princeps aliæque plurimæ. Puteolanus et Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *tanquam criminibus*. Mox *Claudius* habent Puteolanus et iidem Mss. Abest ab editione principe et Mss. Flor. Reg. Corb. et Agr. *Brotier*.

NOTÆ

nis decus significaretur.

Quod innuit ipse Tacitus his verbis: 'Sperni quippe adoptionem, quæque censuerint patres,' &c.

Certe, quamvis *domini* non vocarentur Cæsares, attamen debuit nomini privato aliquod vocabulum addi per honorem, quo amplitudo illorum designaretur.

Hoc patet clare ex Sueton. Vespas. 15. 'Helvidio Prisco, qui reversum ex Syria solus privato nomine Vespasianum salutaverat, et in prætura omnibus edictis, sine honore ac mentione ulla, transmiserat, non ante succensuit,' &c.

Unde colligitur, nomen proprium Cæsarum, non sine honore transmittendum, nec privatum vocabulum sufficere, etiam si nondum principatum assecuti essent.

g *Jusserit populus*] Rogata enim lex fuit, qua in familiam Claudiam, et nomen Neronis transiret, ut ait Tacit. supra. *Lipsius*.

h *Pravitas tam infensa docentium*] Ita accipio, quasi dicat, magistros eos esse ad iras et offensas. Romanus tamen priscæ editionis codex, *Pravitas tam impensa*, præfert, quod magis approbo: id est, grandis, immodesta. *Lipsius*.

Melius *infensa*: quia ex eo nascebantur offensiones et odia adolescentum inter se.

Nisi pravitas] Eadem voce usus Tacit. cum de Lollio, qui rector datus Caio Cæsari: sic innuitur malignitas illa, qua rectores educatoresque, juvenum animis malos affectus, et odia sæpe in quosdam inspirant, sua causa: sic Lollius in Tiberium irritaverat Caium filium Augusti.

i *Quasi criminibus*] Venetus pro *quasi* exhibet *quanquam*; quæ varietas, utramque lectionem suspectam mihi reddit: præsertim cum ipsa quoque sententia limitantes istas particulas vix admittat.

Nam instigare juvenes principes ad discordiam, in publicam perniciem erupturam, consulta patrum, jussa populi contemnere, ea certe non sunt *quasi* crimina, sed revera et ex sua natura sunt vera crimina.

Quanquam hic *crimina* potius accipienda videntur pro criminationibus; ut supra I. 13. 'Criminibus variis cir-

dius, optimum quemque educatorem filii exilio ac morte afficit, datosque a noverca custodiæ ejus imponit.

42. Nondum tamen summa moliri Agrippina audebat,[j] ni Prætoriarum cohortium cura exsolverentur Lusius Geta, et Rufius Crispinus;[1] quos Messallinæ memores et liberis ejus devinctos credebat. Igitur, 'distrahi cohortes ambitu duorum, et, si ab uno regerentur, intentiorem fore disciplinam,'[k] asseverante uxore,[l] transfertur regimen cohortium

quemque rectorem filii, exilio ac morte damnat; oblatosque a noverca curæ ejus admovet.

Nondum tamen Agrippina summa struere audebat, nisi Lusius Geta et Rufus Crispinus prætorianarum cohortium præfectura amoverentur, quos Messallinæ addictos et filiis ejus devotos putabat. Itaque affirmante fœmina, diduci prætorianos ambitione duorum, et si unus præesset, severiorem fore disciplinam, *confer-*

1 Mss. Reg. Flor. Corb. In Ms. Harl. *Ruffius.* Puteolanus, *Rufus.* Editio princeps, *Ruffus.* In Ms. Jes. Annal. XV. 71. *Rufius.* Brotier. Ante hic edebatur *Rufus Crispinus.* Cod. Flor. etsi Pichena tacet, item Reg. *Rufius Crispinus.* Quod quin vulgatæ lectioni præferendum dubitaturum putem neminem. Tanto autem majoris momenti est hoc vitium, quoniam quinque diversis locis apud Tacitum insedit, XIII. 43. XV. 71. XVI. 17. et item apud

NOTÆ

cumventi.' *Freinshem.*

Recte, *quasi criminibus.* Agrippina enim fictis quibusque ac falsis criminibus optimum quemque educatorem Britannici amoliri conabatur. Et hæc ipsa, quæ jam adduxit, ficta esse, cur dubitemus? Quæ Britannicus enim dixit hic et fecit, ab Agrippina quidem dicuntur, sed non probantur, facta esse educatorum instinctu.

Facit huc illud vulgatum Jurisconsultis, *quasi*, vocem similitudinis esse, non veritatis. Quod Venetus hic habet, *quanquam*, haud dubie corruptum est ex *tanquam*. Hoc vero idem est, quod *quasi*, aut illud interpretatur. *Boxhornius.*

j *Nondum tamen summa moliri Agrippina audebat*] Quæ *summa* intelligat Tacitus, disces ex fine hujus libri: 'Tum Agrippina sceleris olim certa, et oblatæ occasionis propera, nec ministrorum egens, de genere veneni consultavit,' nempe, quo Claudium interficeret, daretque imperium filio.

Sed antequam *summa* illa auderet, prius obstringere sibi debuit milites prætorianos, et præfectum illorum in sua potestate habere: ut non solum favore populi Rom. sed etiam vi armorum se filiumque tueretur.

k *Intentiorem fore disciplinam*] Minus forte ambitiose colebantur, aut demerebantur animi militum, cum unus præfectus imperaret, sed tamen, cum alternis vicibus præessent ambo duces, quod unus jusserat, alter minus severe exigere potuit, sicque disciplina sensim labare. Quod sufficit in speciem et prætextum Agrippinæ, ut unum pro duobus, præfectum, sibi fidum et vicem redditurum, instituat.

l *Asseverante uxore*] Irridet obiter stupiditatem Claudii, qui disciplinæ militaris severitatem docetur ab ux-

ad Burrum[2] Afranium, egregiæ militaris famæ, gnarum tamen, cujus sponte præficeretur.[m] Suum quoque fastigium Agrippina extollere altius: carpento capitolium ingredi,[n]

tur cura cohortium in Burrhum Afranium, belli fama conspicuum, haud inscium tamen, cujus favore præponeretur. Suam quoque dignitatem evehere altius Agrippina cœpit; *et carpento Capitolium invehi, quod jus sacerdotibus et sacris olim*

Suetonium Ner. c. 35. 'Privignum Rufinum Crispinum Poppæa natum, impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus et imperia ludere, mergendum mari, dum piscaretur, servis ipsius demandavit:' ubi omnino scribendum, *Rufium*: quomodo in tribus scriptis Codd. se reperisse testatur Torrentius, ad quos accedit Cod. Pithœi propius quam ad vulgatam, *Rufrium* exhibens teste Casaubono: quomodo etiam semel atque iterum habet Cod. Flor. apud Tacitum. Privignus enim iste Neronis cum filius fuerit hujus *Rufii Crispini*, et Poppææ Sabinæ, 13, 45, 6. *Rufinus* appellari haud potuit. *Ryckius.*—2 Mss. Flor. Reg. et editio princeps. De alio quoque, sed ejusdem nominis, apud Gruterum, CVIII. n. 4. IMP. COMMODO III ET BURRO COS. Puteolanus et Mss. Harl. et Jes. *Burrhum*. Brotier. Hactenus *Burri* nomen in omnibus Editionibus scribebatur per aspirationem post caninam alteram, procul dubio mendose. Neque enim hoc soliti Romani nisi in vocibus manifeste Græcis. *Burrus* autem etsi Græcæ originis tantæ antiquitatis vox est, ut pro indigena fuerit habita, non aliter quam *Roma*, et similes, uti ex Festo patet, apud quem: '*Burrum* dicebant antiqui, quod nunc dicimus *rufum*. Unde rustici *burram* appellant buculam, quæ rostrum habet rufum. Pari modo rubens cibo ac potione ex prandio, *burrus* appellatur.' Fragm. de Nominibus: 'Antiquarum mulierum in usu frequenti prænomina fuerunt, Rutilla, Cæsella, Rodocella, Murcula, Burra a colore dicta.' Similiter *burranica* et *burranicum* apud Festum sine aspiratione. Quare cum Mss. Reg. et meus sine aspiratione ubique scribant *Burrus*, non dubitavi horum auctoritatem sequi. *Ryckius.*

NOTÆ

ore, et novercæ consilia non ultra scrutatur; et 'intentiorem fore disciplinam asseverante uxore,' fidelissimos sibi viros simul ejicit, ignotumque assumit.

[m] *Gnarum tamen, cujus sponte præficeretur*] Sic et XIII. 20. Neronem 'ita audientem exterret, ut non tantum matrem Plautumque interficere, sed Burrhum etiam demovere præfectura destinaret, tanquam Agrippinæ gratia provectum, et vicem reddentem.'

[n] *Carpento capitolium ingredi*] Sic et Messallina antea, sed in triumpho Britannico, et forte tantum semel, aut raro, Suet. Claud. 17. 'Currum ejus Messallina uxor carpento secuta est,' in Capitolium nempe. Nec ipsa *Augustæ* cognomen sibi vindicavit Messallina, licet Cæsares genuisset.

At, puto, Agrippinæ id in consuetudinem vertit, et id semper usurpavit, quod insolens. Qui mos augebat venerationem fœminæ, supra ipsam Augustam Liviam, et ceteras ejusdem fastigii.

Carpento] Erant *sacra* vehicula, quæ *thensæ* vocantur Servio et Festo. Tranquillus in Cæsare: 'Ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est, sedem auream in curia, et pro tribunali thensam, et ferculum Circensi pompa.' Ferculis autem pompa traducebatur, et Deorum simulacra gestabantur, &c.

Pilenta muliebria erant vectabula, quibus matronæ gestabantur, auctore

qui mos[3] Sacerdotibus et sacris° antiquitus[4] concessus, *tributum, majestatem augebat Agrippinæ, quam* Germanici *Cæsaris filiam, sororem*

—3 Mallet Ursinus *qui honos.*—4 Ita Mss. Reg. Corb. editio princeps, Lipsius et recentiores. Puteolanus, et *sacris Druidibus antiquitatis.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Guelf. *et sacris Druidibus antiquitus.* Hicne memorati Druides, et *antiquitus* additum, quod eos Tiberius Claudiusque sustulissent? ut notabimus infra Annal. XIV. 30. Sed verius *Druidibus* redundare. *Brotier.*

NOTÆ

Festo: quibus tamen solis castis uti licebat, ut inquit Servius. Virgilius Æn. VIII. 'Castæ ducebant sacra per urbem Pilentis matres in mollibus.'

Id est, *pensilibus.* Sunt autem pensilia gestatoria, quos tremulos currus vocamus. *Bigæ, trigæ, quadrigæ* ad curule certamen et sacra certamina pertinent. *Budæus.*

Putant viri docti, carpentum et thensam idem fuisse, ita ut deferretur humeris hominum, aut mulis duobus; ut fere sunt gestatoria illa, quos hodie Indi *Palankinos* vocant. Gall. *Brancars.*

° *Sacerdotibus et sacris*] Emendatio a libris est. Nam vulgata quid ineptius, *et sacris Druidibus?* qui nihil ad res moresque Romanos. Ex qua voce tamen Pithœus acute *virginibus* faciebat.

Sacerdotes, Vestales capio; *sacra,* Deos ipsos; statuasque, quas pompa Circensi traduci in carpentis mos fuit. De Vestalibus, Prudentius: 'Fertur per medias, ut publica pompa, plateas pilento residens molli.'

Idemque de sacerdotibus fœminis universe Artemidorus assignificat, I. 58. ubi *curru* in somnis *per urbem vehi,* liberis mulieribus et virginibus *bona sacerdotia* ait portendere. cilicet, quia id sacerdotum insigne.

De Diis, aut consecratis, Sueton. Claudio c. 11. 'Matri carpentum, quo per Circum duceretur.' Item Calig. c. 15. 'Matri Circenses carpentumque instituit, quo in pompa traduceretur.'

Olim tamen commune fuisse videtur, ut matronæ vulgo carpentis uterentur ad sacra. Ovidius, 'Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant; Hæc quoque ab Evandri dicta parente reor.'

Livius l. XXXIV. 'Ne mulier juncto vehiculo, nisi sacrorum publicorum causa, veheretur.' Sed exolevit scilicet ille mos, utique post repertas lecticas; et mansit saltem in veneratione sacerdotum Deorumque.

Prima Messallina honorem hunc a senatu cepit: 'Et Messallinæ,' inquit Dio, 'consessum primo loco, quem et Livia habuerat, et carpento ut veheretur, concesserunt.'

Et post eam Agrippina nunc, de qua idem scriptor Dio A. U. 800. 'Mox in Messallinam commutata est Agrippina, præsertim cum senatus ei quosdam honores, utque carpento ludis veheretur, decrevit, quo tempore Claudius Neronem Agrippinæ filium adoptavit, generum quoque sibi fecit, filia tamen prius adoptanda in aliam familiam tradita, ne sororem fratri conjungere existimaretur.'

Posteaque etiam præfecti prætorio, (Cassiodor. l. VI. in formula præf. præt. Symmachus l. X. distinct. 17.) carpentis usi, et (nisi Vopisci locus in Aureliani initio fallit) etiam Præfecti urbis. Et mos satis certus.

Hæreo in Corneliana saltem lecti-

venerationem augebat fœminæ; quam Imperatore genitam,[P] sororem ejus, qui rerum potitus sit, et conjugem et matrem

Caii qui imperaverit, et uxorem et parentem fuisse principis, *unicum hactenus exem-*

NOTÆ

one. Ait in Capitolium ingredi carpento, concessum Agrippinæ. Quid? in Capitolium tantum? vereor ut nimis anguste; et certe non ad exemplum Messallinæ, quæ etiam carpento mariti sui currum secuta triumphantis.

Denique Dio laxe, ἐν ταῖς πανηγύρεσι, ait, id est, *per festos omnes lætosque.* Nec tamen muto quicquam aut repono. Carpenti formam veram erues ex nummis Agrippinæ; et qui differat a rheda, aliquid apud Pausaniam l. v. in descriptione Olympiæ ludorum. *Lipsius.*

Puto, Tacitus in *Capitolium* curru vectam dicit, per excellentiam, utpote quod templum esset Jovis Opt. Max. Etsi in illud templum curru vecta est, a fortiori in alia templa minora. Hoc summæ fortunæ, et principalis fastigii decus, et instar perpetui triumphi erat in fœmina: in triumphis præcipue adibant Capitolium.

Sacerdotibus] Ex voce illa *sacerdotibus*, illam dividendo in duas partes, fecerunt *sacris Druidibus.* Sed quid hic Druides, quos aversabantur Romani et exterminabant? quis Romanorum *sacros Druides* dicat?

Sacris antiquitus] De Ædituis hic hariolantur; at certe licet is honor sacerdotibus et sacris tribueretur, non propterea idem Ædituis concederetur.

De *Druidibus* ibi commentum merum, qui prohibiti in ipsa Gallia ab Augusto, et aboliti a Claudio. De ritu Romano hic Tac. quo nullus locus Druidibus.

Sacris Druidibus] Vox reicula unde irrepserit, merito quæro, non enim fortuita est, nec a librario temere inculcata. Galli sane olim usi carpentis, scio, sed pugnæ causa, non honoris: nec Druides soli, sed vulgus.

Suspicari liceat (proinde ut fracti hi libri sunt) scriptum hic aliquid de Druidibus fuisse, quorum religionem nomenque, quantum in se fuit, Claudius sustulit. Seneca in Menippæa Claudiana, et Suetonio teste.

Etsi Plinio ad Tiberium id referre visum. l. xxx. 'Tiberii Cæsaris,' inquit, 'principatus sustulit Druidas Gallorum, et hoc genus vatum medicorumque.' Sed Tiberium scilicet, in urbe tantum sustulisse, Claudium in Gallia ipsa. *Lipsius.*

Qui mos sacerdotibus] Magis placeret, *qui honos*, &c. Nam id est usitatius. *Ursinus.* Recte *mos*; et ille *mos* in honorem sacerdotum obtinuerat.

Et sacris] Præcipue imaginibus Deorum, Divorumque principum.

P *Imperatore genitam*] Cæsare tantum, nondum tamen principe Germanico, genita Agrippina. Fuit Cæsar Germanicus quia adoptatus a Tiberio, jussu Augusti, non tamen Imperator more novo, ut nomen illud usurpatum fuit sub principibus, nisi forte dicit illam filiam Imperatoris, quia per adoptionem Germanici fuit neptis Tiberii, et abneptis Augusti.

Potuit Tac. vocare Germanicum nomine Imperatoris, quod adoptione fere attingeret Imperium, quod ascitus esset in familiam, quæ sola fastigio principali destinata erat; quod adoptatus ipse esset in certam proximamque spem Imperii; ita ut ipse Tiberius valetudinem simularet, ne spem Germanici differre videretur.

fuisse, unicum ad hunc diem exemplum est.[q] Inter quæ præcipuus propugnator ejus, Vitellius, validissima gratia, ætate extrema (adeo incertæ sunt potentium res) accusatione corripitur, deferente Junio Lupo, Senatore.[r] Is cri-

plum est. Interea summus defensor ejus Vitellius, gratia et auctoritate præpollens, ætate exacta (adeo instabilis est fortuna præpollentium) accusatur deferturque a

NOTÆ

Cæsar erat Germanicus, sicque ad Imperatorem propius accessit. Et certe Frontinus eum *Imperatorem* appellat, forte quia ei oblatum imperium est: sic Vindex Juliano *Imperator* appellatur.

Imperatore genitam] Orta erat ex Augusto per matrem Agrippinam, quæ filia Juliæ Augusto genitæ; ipsa etiam neptis Tiberii per adoptionem. Hæc filia Germanici, soror Caii Cæsaris, seu Caligulæ, uxor Claudii, mater Neronis.

Quod *unicum ad hunc diem exemplum*, dici apud Romanos potuit, non autem apud reges externos, quibus id non insolitum. Apud Lacedæmonios, apud Persas, et alios reges id usitatum, et frequens.

Agrippinam imperatore genitam] Si *Imperatorem*, quales erant ante occupatam remp. accipiamus, non ita magnum erit exemplum: si pro *principe* falsum: quandoquidem Germanicus, Agrippinæ pater, dominationem nunquam assumserit.

Igitur sciendum, inter *Cæsares* et *Imperatores* et *Augustos* multum interfuisse. *Cæsares* dicti, qui Augustæ majestatis hæredes designati essent, administratione rerum illis interdicta, nisi aliquam fortasse provinciam Augusti jussu administrandam haberent. Hinc nulla eis donativi militibus dandi facultas erat: in comitatu eos solum habebant, quos Princeps tribuisset.

Paulo major *Imperatoris* dignitas, qui licet infra Augusti fastigium positus, ejusque arbitrio bella gereret, summam tamen potestatem in magistratus inque milites habebat, jusque illi indicendi belli erat. Solo itaque Imperatoris nomine decoratus fuit Germanicus, sicut a Galba Piso *Cæsar* solum nuncupatus est.

Cæsares Imperatoresque creandi potestas militibus concessa; at primum Maximinum posthabita senatus auctoritate milites Augustum fecere. Hæc ex Ammiano, Lampridio, et constitutionibus. *Alciatus.* Multa hic affert, quæ non pertinent ad morem priorum Cæsarum, quo nulli *imperatores*, nisi more veteri, appellati sunt, aut potius nulli fuere. Sub Tiberio postremum sic appellatus Blæsus ex prisco more.

Imperatoris nomine initio demonstrabatur, qui cum imperio præesset exercitui, nomine tali parto, assensu militari, et confirmato a principe, ob res egregie gestas. Hic autem significatur Germanicus de quo Tacitus supra l. I. 'Exercitum reduxit nomenque Imperatoris auctore Tiberio accepit.'

[q] *Unicum ad hunc diem exemplum est*] Inter Romanos duntaxat, alias parum cauta affirmatio: sicut et illa Pliniana, l. VII. nisi restringas ad Græcos: 'Una fœminarum in omni ævo Lampido Lacedæmonia reperitur, quæ regis filia, regis uxor, regis mater fuit.' Nam apud Ægyptios aliosque Barbaros sunt exempla. *Lipsius.*

[r] *Lupo, Senatore*] Sic eos patrum vocat, qui nullam adhuc dignitatem obtinuerant. Et certe talibus delatio-

mina majestatis et cupidinem imperii objectabat. Præbuissetque aures[s] Cæsar, nisi Agrippinæ minis magis quam precibus mutatus esset, ut accusatori aqua atque igne[5] interdiceret:[6] hactenus Vitellius voluerat.[t]

43. Multa eo anno prodigia evenere. Insessum diris avibus capitolium:[u] crebris terræ motibus[v] prorutæ domus: ac,

Junio Lupo senatore. Is crimina majestatis et cupiditatem imperii exprobrabat. Accommodassetque aures Cæsar, nisi minitante Agrippina, potius quam supplicante, flexus esset, ut delatorem exilio multaret: id tantum cupierat Vitellius.

Plurima eo anno portenta accidere. Diræ volucres capitolium insedere: frequentibus terræ motibus subversæ ædes, ac dum ulterius formidatur, metu et consterna-

5 *igni* Gronov.—6 Rhenanus ac recentiores. Ms. Reg. et editio princeps, *interdicat.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *interdiceretur.*

NOTÆ

nibus inclarescere ac provehi cupiebant, et cum non possent bonis artibus, criminibus, quod brevius erat, emergebant.

Quandoque tamen audacia cohibebatur, quandoque senatu moti, aut urbe et Italia ejecti delatores. Etiam si obtinuissent favore dominantium, vel alia causa, tamen exhorrebat eos senatus expellebatque ordine.

[s] *Præbuissetque aures*] Nam teste Suet. Claud. XXXV. 'Nihil æque quam timidus ac diffidens fuit,' &c. 'Quasdam insidias temere delatas, adeo expavit, ut deponere imperium tentaverit,' &c.

'Nulla adeo suspicio, nullus auctor tam levis extitit, a quo non mediocri scrupulo injecto ad cavendum ulciscendumque compelleretur.'

[t] *Hactenus Vitellius voluerat*] Potuisset enim sævire in mortem ejus: sed contentus hac quasi deportatione fuit. *Lipsius.* Huc usque vindicavit, non ultra.

[u] *Insessum diris avibus capitolium*] Id est, mali ominis avibus, ut sunt noctuæ, bubo, et aliæ hujusmodi volucres. Tac. *dirum omen* dixit alibi. Id genus prodigia vetere Repub. summa religione procurabantur, at postea neglecta: nec advertebatur, nisi cum necessitas, metus, et mala adversaque urgerent.

Tac. hist. I. 86. 'Rudibus sæculis etiam in pace observata, quæ nunc tantum in metu audiuntur.' Hinc illa negligentia tum exscribendi, cum procurandi.

Sic Liv. l. XLIII. 'Non sum nescius ab eadem negligentia, qua nihil Deos portendere, vulgo nunc credant, neque nunciari admodum ulla prodigia in publicum, neque in annales referri. Ceterum et mihi vetustas res scribenti, nescio quo pacto, antiquus fit animus: et quædam religio tenet, quæ illi prudentissimi viri suscipienda censuerint, ea pro dignis habere, quæ in meos annales referam.'

Itaque cordati viri distinxere. Sic Livius ipse l. XXIV. 'et alia ludibria oculorum, auriumque credita pro veris.' Et l. XXI. 'Multa ea hyeme prodigia facta, aut quod evenire solet, motis in religionem animis, multa nuntiata et temere credita.' De istis genus prodigiis sic Plin. II. 27. 'Atque hæc ego statis temporibus naturæ, ut cetera, arbitror existere; non ut

dum latius metuitur, trepidatione vulgi, invalidus quisque obtriti.[1] [w] Frugum quoque egestas, et orta ex eo fames, in prodigium accipiebatur.[x] Nec occulti tantum questus, sed jura reddentem Claudium circumvasere clamoribus[y] turbi-

tione plebis, infirmi quique proculcati et oppressi sunt. Etiam rei frumentariæ inopia, et nata hinc fames, ostentui assumebatur. Nec secreti solum questus fuere, *sed* etiam *invasere Claudium jus reddentem seditiosis vocibus, impulsumque in ulti-*

1 Sic Pichena e Ms. Flor. In veteribus editionibus et Mss. Harl. Bodl. Jes. *obtritus*. Idem supra edidit *prorutæ*, Rhenanus infra *accipiebatur*. Antea in scriptis editisque libris *proruptæ*, vel *præruptæ*, vel *perruptæ*, et *accipieban-*

NOTÆ

plerique variis de causis, quas ingeniorum acumen excogitat; quippe ingentium malorum fuere prænuntia. Sed ea accidisse, non quia hæc facta sunt, arbitror; verum hæc ideo facta, quia incasura erant illa.' Quasi diceret, Hæc prodigia *statis temporibus naturæ fiunt;* ideoque, non quia hæc facta sunt prodigia, mala ista necessario eveniunt; sed ideo sunt hæc ostenta malorum, quia simul et *incasura erant illa mala.*

Capitolium] Vide notas VI. 12. supra.

[v] *Crebris terræ motibus*] Non puto cuncta illa prodigia Romæ evenisse, sed forte etiam in reliqua Italia, unde Romam nuntiabatur. Vetere Repub. procurabantur et illi terræ motus, non in urbe tantum, sed et in provinciis; neque enim terra movetur uno tantum loco.

[w] *Invalidus quisque obtriti*] Id non intelligendum de ægrotantibus solum, aut de infirmis, vel mutilis, &c., sed et de imbecillis et infirmis quibusque, indistincte sive per ætatem, ut sunt pueri et senes, sive per sexum, ut mulieres. Qui nempe invalidi in turba, per trepidationem propere et confertim erumpentium ex tectis et urbibus, elisi, oppressi, et extincti sunt: in talibus enim suffugium et salus fuit in apertum prorumpere, cum liceret, aut possent.

Invalidus quisque obtriti] In his terræ succussibus, dum latius metuit multitudo, et ruit fugitque *in aperta*, ut domorum ruinas evitet, tum in illa fuga et consternatione populi, invalidi quique a fortioribus conculcati et obtriti sunt.

[x] *In prodigium accipiebatur*] Non prodigium fuit, sed in prodigium verterant, sicque interpretabantur. Immo forte prodigiis illis, quæ præcesserant, ostenta et monstrata illa ingens fames. Fortuita enim etiam culpantur, cum discrimen instat: fortuna, natura, cœlum, omnia in culpam trahuntur, motis semel ad superstitionem animis.

Tac. hist. IV. 26. 'Apud imperitos prodigii loco accipiebatur ipsa aquarum penuria; tanquam nos amnes quoque et vetera imperii munimenta desererent.' Quod in pace fors seu natura diceretur, tunc in metu fatum et ira Dei vocabatur.

In prodigium accipiebatur] Quasi sic protenderetur aliqua mutatio in Republica, quasi mutari deberet dominatio, et mors principis immineret. Quod et certe non multo post evenit.

[y] *Clamoribus*] Suet. Claud. c. 18, 'Arctiore autem annona ob assiduas sterilitates, detentus quondam medio foro a turba, conviciisque ac simul

dis, pulsumque in extremam fori[z] partem vi[2] urgebant, donec militum globo infensos[3] perrupit. Quindecim dierum alimenta[a] urbi, non amplius, superfuisse constitit: magnaque Deum benignitate, et modestia hyemis,[b] rebus extremis subventum. At hercule[c] olim ex Italia legionibus[4] longin-

mam fori partem vi premebant, donec cuneo militum stipatus, *per infensos penetravit. Compertum est, superfuisse* tantum *civitati quindecim dierum annonam, non amplius: magnaque numinum beneficentia, et temperie hyemis, extremæ necessitati occursum est. Sed certe olim ex Italiæ agris longinquas in terras copiæ transfere-*

tur. Brotier.—2 Puteolanus *vi* omiserat; restituit Pichena. Sic et editio princeps.—3 Ita Mss. Flor. Reg. Agr. et editio princeps. Puteolanus et Mss. Harl. Bodl. *infestos.*—4 Brotier. habet *regionibus*, et sic lectionem defendit:

NOTÆ

fragminibus panis ita instratus, ut ægre, nec nisi postico, evadere in palatium valuerit.'

[z] *Fori*] Forum supple Romanum. Vide notas supra c. 24.

[a] *Quindecim dierum alimenta*] Id est, Canon dierum xv. Majus autem isto periculum sub Caio, cum septem aut octo certe dierum cibaria tantum superfuisse Seneca notat ad Paulinum, c. 18. *Lips.*

Quindecim dierum] Sic Tac. hist. l. iv. ubi de Vesp. 'Celerrimas navium frumento onustas sævo adhuc mari committit: quippe tanto discrimine urbs nutabat, ut decem haud amplius dierum frumentum in horreis fuerit, cum a Vespasiano commeatus subvenere.'

Quindecim dierum alimenta] Sic Sen. ad Paulinum c. 18. 'Modo intra paucos illos dies, quibus Caius Cæsar periit, si quis inferis sensus est, hoc gravissime ferens, quod dicebat, populo Rom. superstiti septem aut octo certe dierum cibaria superesse: dum ille pontes navibus jungit, et viribus Imperii ludit, aderat ultimum malorum obsessis quoque, alimentorum egestas. Exitio pæne ac fame constitit, et quæ famem sequitur, omnium rerum ruina, furiosi, externi, et infeliciter superbi regis imitatio. Quem tunc animum habuerunt illi quibus erat mandata frumenti publici cura? ferrum, saxa, ignes, Caium excepturi, summa dissimulatione tantum inter viscera latentis mali tegebant: cum ratione scilicet. Quædam etiam ignorantibus ægris curanda sunt: causa multis moriendi fuit, morbum suum nosse.'

[b] *Modestia hyemis*] Ita capio ut dicat, Modesta et quieta, præter solitum, hyeme anni, frumentum navibus subvectum: quod alias hyeme advehi non moris fuit.

Vide Suetonium, c. 18. Hæc scriptura codicum; alii tamen, *modestia urbis*, alii *molestia hyemis* reponunt: male, male. *Lips.*

Hyemis] Suet. c. 18. 'Nihil non excogitavit ad invehendos etiam in tempore hyberno commeatus. Nam et negotiatoribus certa lucra proposuit, suscepto in se damno, si cui quid per tempestates accidisset: et naves mercaturæ causa fabricantibus magna commoda constituit. Pro conditione cujusque, civibus vacationem legis Papiæ Poppææ; Latinis jus Quiritium, fœminis jus quatuor liberorum, quæ constituta hodieque servantur.'

[c] *At hercule olim*] Querela quæ expressa videri possit ex illa Varro-

quas in provincias commeatus portabantur; nec nunc infœcunditate laboratur: sed Africam potius[d] et Ægyptum[e]

bantur: nec nunc sterilitate laboramus, sed colimus potius Africam et Ægyptum,

[1]Ita Rhenanus ex Ms. Bud. In editione principe et MS. Flor. *olim Italia regionibus portabat.* Puteolanus, *Italiæ . . . portabant.* Miror Cl. Ernestum, qui arbitratur Tacitum scripsisse, *Italia,* vel *ex Italia, legionibus . . . commeatus portabant,* vel *portabatur.* Addit, de *legionibus* certe non dubitandum. Ernesto assentitur Cl. Lallemand. Ego vero receptam scripturam minime mutaverim, duce Plinio, III. 5. ' Auctorem nos divum Augustum secuturos, descriptionemque ab eo factam Italiæ totius in regiones XI.' *Undecim* illas *regiones* passim memorat Plinius.' Gronovius, Ryckius, Crollius, et Homerus omnes habent *regionibus.*

NOTÆ

niana: ' Igitur quod nunc intra murum fere patresfamiliæ correpserunt, et manus movere maluerunt in theatro ac circo, quam in segetibus ac vinetis: frumentum locamus qui nobis advehant, qui saturi fiamus ex Africa et Sardinia.'

Post bella certe civilia, et fusum tantum sanguinis, Italiæ inducta vastitas. Lucani ea in re sententias operæ sit legere l. VII. *Lips.*

Olim ex Italia] Plin. XVIII. 3. ' Ergo iis moribus non modo sufficiebant fruges, nulla provinciarum pascente Italiam, verum etiam vilitas incredibilis erat,' &c.

Infra: ' Nec e latifundiis singulorum contingebat arcentium vicinos, &c. Quæ nam ergo tantæ ubertatis causa erat? Ipsorum tunc manibus imperatorum colebantur agri (ut fas est credere) gaudente terra vomere laureato, et triumphali aratore: sive illi eadem cura semina tractabant, qua bella, eademque diligentia arva disponebant, qua castra, sive honestis manibus omnia lætius proveniunt, quoniam et curiosius fiunt.'

Ibid. c. 6. ' Verumque confitentibus, latifundia perdidere Italiam: jam vero et provincias. Sex domini semissem Africæ possidebant, cum interfecit eos Nero princeps, non fraudando magnitudine hac quoque sua Cn. Pompeio, qui nunquam agrum mercatus est conterminum.'

[d] *Sed Africam potius*] Quia scilicet, Italia tota prædiis, prætoriis, et villis amœnissimis occupata, jam, ad delicias, luxum, et voluptatem colebatur, non ad victum aut necessitatem. Tac. alibi: ' nostra nos scilicet nemora, &c. tuebuntur.'

Africam] Vide notas XI. 21.

Africam potius] Quod exagitat Seneca Epist. LXXXIX. ' Quousque fines possessionum propagabitis? Ager uni domino, qui populum cepit, angustus est. Quousque arationes vestras porrigetis, ne provinciarum quidem satione contenti circumscribere prædiorum modum? illustrium fluminum per privatum decursus, et amnes magni, magnarumque gentium termini, usque ad ostium a fonte, vestri sunt. Hoc quoque parum est, nisi latifundiis vestris maria cinxistis, nisi trans Hadrianum et Ionium Ægæumque vester villicus regnet: nisi Insulæ, ducum domicilia magnorum, inter vilissima rerum numerentur. Quam vultis, late possidete. Sit fundus, quod aliquando imperium vocabatur. Facite vestrum quicquid potestis, dum plus sit alieni. Nunc vobiscum loquor, quorum æque spatiose luxu-

exercemus, navibusque et casibus[f] vita Populi Romani permissa est.

44. Eodem anno bellum, inter Armenios[g] Iberosque[h] exortum, Parthis[i] quoque ac Romanis gravissimorum inter se motuum causa fuit. Genti Parthorum Vologeses imperitabat, materna origine ex pellice Græca, concessu fratrum,[j] Regnum adeptus: Iberos Pharasmanes, vetusta possessione;[k] Armenios frater ejus Mithridates obtinebat opibus nostris.[l] Erat Pharasmani filius, nomine Rhadamistus, de-

marique et periculis vita populi Rom. exposita est.

Iisdem consulibus bellum exarsit Armenios inter et Iberos, quod Parthis etiam ac Romanis maximorum inter se motuum occasio fuit. Imperium Parthorum regebat Vologeses; is *materna stirpe ex concubina Græca* ortus, *concedentibus fratribus, regnum obtinuerat. Pharasmanes Iberos* regebat avito et *vetusto imperio, frater ejus Mithridates Armenios tenebat vi nostra* fretus. *Habebat Pharasmanes filium,*

NOTÆ

ria, quam illorum avaritia diffunditur. Vobis dico, quousque nullus erit lacus, cui non villarum vestrarum fastigia immineant? nullum flumen cujus non ripas ædificia vestra prætexant? Ubicumque scatebunt aquarum calentium venæ, ibi nova diversoria luxuriæ excitabuntur. Ubicumque in aliquem sinum littus curvabitur, vos protinus fundamenta jacietis, nec contenti solo, nisi quod manu feceritis, maria agetis introrsus.'

[e] *Ægyptum*] Vide notas VI. 28.

[f] *Navibusque et casibus*] Sic III. 54. 'At hercule nemo refert, quod Italia externæ opis indiget, quod vita populi Rom. per incerta maris et tempestatum quotidie volvitur. Ac nisi provinciarum copiæ et dominis et servitiis et agris subvenerint, nostra nos scilicet nemora nostræque villæ tuebuntur.'

Per τὸ *agris* municipales intellige, et colonos sive ingenuos sive servos, et ipsa ergastula, quæ multis locis per Italiam habebantur.

[g] *Armenios*] Vide notas VI. 32. et XI. 9.

[h] *Iberosque*] Vide notas VI. 32. verbo *Iberia.*

[i] *Parthis*] Vide notas XI. 8.

[j] *Concessu fratrum*] Forte sic, quia Vologeses ex Græca pellice ortus, nec ex legitima uxore natus: forte quia vetustior esset, et fratres minores natu concesserunt; nam vetustiori filio, *verecundia, ætatis,* regnum ultro tribuebatur.

Forte quia magis idoneus imperio ille. Alter fratrum Medis imperabat, alterum Armeniis ipse imponebat, ut omnes fratres imperarent, quasi concessi regni memoria. Vel potius et verius, ut sic domesticam pacem firmius stabiliret.

[k] *Vetusta possessione*] Possit accipi, quasi pridem ipse Iberos possideret, vel quasi avitum regnum esset: ego puto de utroque intelligi posse.

Frater ejus Armenios habebat donum Romanorum; ipse vero a majoribus traditum Iberorum regnum habuit, verecundia ætatis fratri prælatus, et jampridem imperabat ipse Pharasmanes, infra: 'Iberiæ regnum senecta patris diutius detineri,' &c.

[l] *Opibus nostris*] Armeniæ imperium obtinebant Reges aut tuebam-

cora proceritate, vi corporis insignis, et patrias artes edoctus,[m] claraque inter accolas fama. Is, 'modicum Iberiæ Regnum senecta patris detineri,' ferocius crebriusque jactabat, quam ut cupidinem occultaret. Igitur Pharasmanes juvenem potentiæ promtæ,[1 n] et studio popularium accinc-

vocabulo Rhadamistum, eximia statura, robore corporis conspicuum, et patriis artibus instructum, insignique inter finitimos decore illustrem. Is parvum Iberiæ regnum senectute patris retineri, *violentius frequentiusque dictitabat, quam ut cupiditatem obtegeret. Itaque Pharasmanes extrema jam ætate sua, timens adolescentem*

1 Ita libri omnes. Mallet Lipsius *promtum*. Freinshemius *properum*, vel potius *impotentiæ promtæ*. Nihil mutaveris: Pharasmanes metuit juvenem, cui promta erat potentia, et studio popularium accinctum. Sic Tacitus Vit. Agr. XXXV. *Promta tamen omnibus arma, ac si res poscat, exercitus;* et sic

NOTÆ

tur, freti viribus vel Parthorum vel Romanorum, prout hi vel illi in Oriente invalescebant. Sæpius tamen Romani dedere Reges Armeniis, ex quo tale decus sibi vindicavit armis victor Orientis Pompeius Magnus.

[m] *Patrias artes edoctus*] Clar. Harlæus vertit, quasi paternas artes seu callida consilia patris perdidicisset: hoc potuit filius.

Sed tantum intelligit hic Tacitus, Rhadamistum patriæ suæ instituta calluisse et coluisse; nempe equitandi, venandi, epulandi patrio more, et similes alias artes aut mores, quos usurpabant Iberi.

Quare et conciliarat sibi *studium popularium*, et etiam *clara inter accolas fama* fuit: quæ certe dolo et fraude non comparantur.

Patrias artes edoctus] Id est, more gentis, venationem, cursum, curam equorum, ceteraque exercitia more popularium edoctus. Sic supra l. XI. de Italo rege Cheruscorum: 'Celebrari, coli, modo comitatem et temperantiam nulli invisam, sæpius vinolentiam ac libidines grata barbaris usurpans.'

Et l. II. de Vonone: 'Accendebat dedignantes et ipse, diversus a majorum institutis, raro venatu, segni equorum cura; quoties per urbes incederet, lecticæ gestamine, fastuque erga patrias epulas.'

Sic et l. II. 'Favor nationis inclinabat in Polemonem regis Pontici filium, quod is prima ab infantia instituta et cultum Armeniorum æmulatus, venatu, epulis, quæque alia barbari celebrant, proceres plebemque juxta devinxerat.'

Vertit etiam Gallicus interpres, Qui patris Rhadamisti artes callebat: nempe dolum et simulandi ac fallendi artes perinde sciens ac pater: quod falsum puto; nam supra de calliditate et artibus Rhadamisti patris, ne quidem verbum.

Et quid *clara inter accolas fama?* an eam dolis et malis artibus habuit? non certe, sed decore, vi corporis, et artibus seu exercitiis quæ apud hasce gentes celebrantur, et ex virtutibus aut specie virtutum.

[n] *Potentiæ promtæ*] Mavult vir doctissimus, *promtum*. At si tantum a scriptura abire liceat, legam *properum:* sicut supra IV. 59. 'A libertis et clientibus apiscendæ potentiæ properis.'

Rectius tamen, opinor, scripseri-

tum, vergentibus[2] jam annis suis, metuens, aliam ad spem trahere, et 'Armeniam' ostentare, 'pulsis Parthis datam Mithridati a semet,' memorando: sed 'vim differendam, et potiorem dolum, quo incautum opprimerent.' Ita Rhadamistus, simulata adversus patrem discordia,[o] tanquam novercæ odiis impar, pergit ad patruum: multaque ab eo comitate, in speciem liberum, cultus, primores Armeniorum ad res novas illicit, ignaro et ornante[3] insuper Mithridate.

dominationis occupandæ *properum, et favore plebis validum, aliam ad cupidinem impellere, et* Armeniam *monstrare* cœpit, *cum diceret*, ejectis Parthis, eam semet dedisse Mithridati: *sed* nondum vim adhibendam, sed potius insidias struendas esse, quis imprudentem circumvenirent. *Ita Rhadamistus ficta in patrem dissensione, tanquam novercalis offensionis impatiens, sese confert ad patruum: plurimaque ab eo benignitate exceptus, et ad filiorum instar, proceres Armeniorum ad nova solicitat, incauto et honorante illum etiam Mithridate.*

---

sæpe alias. *Brotier.*—2 Ms. Jes. et editio princeps *urgentibus.*—3 Sic Ms. Flor. Lipsius ac recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *orante.* Ms. Reg. et editio princeps, *ignorante.*

NOTÆ

mus hoc loco, *impotentiæ promtæ*, sicut, *promta studia, arma, ingenia, animi*, alibi in his libris, quæ lectio sensum etiam probum ostendit, quem valde obscurat vel corrumpit potius vulgata lectio.

Quid enim hoc loco *promta potentia?* num id ipsum quod mox subjicit de studiis popularium? at si esset idem, certe bis non dixisset.

Ergo proponit duas causas, ob quas metuebat Pharasmanes: non tantum studia popularium in filium inclinata, sed præcipue animum ejus præferocem atque violentum, nec cupiditati suæ moderantem: quod optime expressit his verbis, *juvenem impotentiæ promtæ*, eum appellans. *Freinsh.*

Potentiæ promtæ] Id est, potentiæ seu dominationis adipiscendæ properum. Intellige quasi scripsisset, *potentiæ* (occupandæ scilicet) *promtum;* non tamen lege.

Potentiæ promtæ] Intellige *potentiæ promtum.* Sic per ambitionem intempestivam, suas spes ferox juvenis anteibat. Id est, adipiscendæ potentiæ, seu dominationis invadendæ promtum, præproperum, et qui regnum habere, quam expectare mallet.

Potentiæ] Id est, occupandæ potentiæ et dominandi temere avidum: juvenis præcipite animo properabat imperium rapere, vel per ultimum scelus. Quod sæpe talibus exitio fuit, et ipsemet a patre mox occisus est.

Sic Tac. loquitur varietatis gratia: debuit dicere, *potentiæ promtum*, sed noluit, quia statim sequitur *accinctum:* vitat nempe in oratione quæ similiter cadant, et aures lædant.

[o] *Simulata adversus patrem discordia*] Adeo vetera et obsoleta strategemata etiam facile innovantur adversus imperitos et incautos. Vide Polybium. Tarquinii filius Gabiis olim idem molitus erat; sic et alii vetustis et vulgatissimis fraudibus sæpe delusi.

45. Reconciliationis specie assumta, regressus[1] ad patrem, 'quæ fraude confici potuerint,[2] promta' nuntiat, 'cetera armis exequenda.' Interim Pharasmanes belli causas confingit: 'prælianti sibi adversus Regem Albanorum,[p] et Romanos auxilio vocanti, fratrem adversatum, eamque injuriam excidio ipsius ultum iturum.' Simul magnas copias filio tradidit. Ille irruptione[3] subita territum, exutumque campis Mithridaten, compulit in castellum Gorneas,[q] tutum loco ac præsidio militum, quis Cælius Pollio Præfectus,[r]

Prætextu reconciliationis accepto, reversus ad patrem, quæ dolo perfici potuerint, parata *renuntiat*, cetera bello peragenda esse. *Interea Pharasmanes armorum causas prætexit:* bellum gerenti sibi contra regem Albanorum, et Romanorum opem imploranti, fratrem se opposuisse, eamque injuriam exitio ipsius vindicaturum. *Simul ingentem exercitum filio dedit. Hic repentina irruptione territum pulsumque campis Mithridatem, abscedere coëgit in castellum Gorneas, tutum situ ac præsidio militum, quibus Cælius Pollio præfectus, Casperius*

1 Sic Rhenanus et recentiores. In veteribus editionibus et multis scriptis libris, *regressusque ad patrem.*—2 Sic bene Lipsius. In Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *qua fraude confici potuerit, promte nuntiat.* Brotier.—3 Pichena e Cod. Flor. hic edidit primus *eruptione*, idque secutus est Freinshemius. Sed anteriores Editiones habent *inruptione.* Quod cum Reg. et mei auctoritate nitatur, non dubitavi reducere. *Erumpunt* enim proprie clausi,

NOTÆ

p *Albanorum*] Vide notas VI. 33.

q *Gorneas*] Castellum, Tacit. lib. XII. Annal. circa Iberiam vel Armeniam. *Ortelius.*

r *Quis Cælius Pollio Præfectus*] Ita vertunt, ut Pollio castello præesset, præsidio militum Casperius. Forte potius uterque præfuit militi, suo modo, et pro suo gradu et ordine, Pollio ut præfectus, Casperius ut centurio.

Huc ducit Tacitus. Nec dicitur Pollio *præfectus* castelli, sed *militum*, qui, ut puto, *auxiliares* erant. Nam τὸ *præfectus* dicitur de auxiliaribus; nisi forte partim *legionarii*, partim auxiliares essent in hac arce.

Etsi affuerint tantum cohortes sociorum, centurionis munus certe fuit inter auxiliares. Et forte iste solus centurio Romanus fuit, et virtute animoque vere Rom. et scientia famaque belli vetus et insignis. Alii centuriones erant auxiliares, et nullius auctoritatis præ Casperio; forte unus centurio aderat, ut unus præfectus.

Quis Pollio Præfectus, et Casperius Centurio præerat] Præsidium illud militum, non fuit una cohors, ut puto, cujus Pollio præfectus aut quasi tribunus, cujus Casperius centurio esset; sed fuere plures cohortes, seu plura vexilla, quibus illi præsidebant, quæ copiæ *numeri* pro more hujus ævi dici potuerunt.

Nec verisimile est, Casperium, licet centurio dicatur hic, præfuisse tantum manipulo 60. militum. Forte præfuit cohorti, seu numeris illis præsidiariis; ita tamen, ut gradu inferior esset Pollione præfecto. Attamen summæ auctoritatis, et fama belli conspicuus fuit: ultro adit Iberorum regem et exterret, et infra mittitur

Centurio Casperius[s] præerat. Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta[t] et astus oppugnationum: at nobis ea pars militiæ maxime gnara est. Ita Rhadamistus, frustra vel cum damno tentatis munitionibus, obsidium incipit: et, cum vis negligeretur, avaritiam Præfecti emercatur, obtestante Casperio, 'ne socius Rex,[u] ne Armenia, donum Populi Romani, scelere et pecunia verterentur.'[4] Postremo, quia multitudinem hostium Pollio, jussa patris Rhadamistus obtendebant, pactus inducias abscedit, ut, nisi Pharasmanen bello absterruisset, T.[5] Ummidium Quadra-

centurio præerat. Nihil tam ignotum barbaris, quam machinæ et artes obsidionum; at nobis ea pars rei militaris præcipue nota est. Sic Rhadamistus inutiliter, vel cum detrimento, lacessitis munimentis, obsidionem aggreditur; et cum vis sperneretur, cupiditatem præfecti pecunia redimit, multum adversante Casperio; ne rex amicus, ne Armenia munus populi Romani, crimine et pretio venumdarentur. *Denique quia prætexebant ingentem numerum hostium Pollio, et mandata patris Rhadamistus, factis induciis,* arce *egreditur* Centurio, eo consilio, *ut nisi Pha-*

---

inrumpunt alium aggressuri. *Ryckius.*—4 Sic Ernestus ex Mss. Bud. et Agr. quibus suffragantur Ms. Flor. et editio princeps, licet in iis corrupte *uterentur.* Puteolanus ut et Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. quos sequitur Gronovius et Ryckius, *venderentur.* Brotier.—5 Brotier. *C. Ummidium Quadratum.* Pessime Ms. Reg. et editio princeps, *tum Midium Quadratum.* Puteolanus *T. Vinidium Quadratum.* Mss. Harl. et Bodl. *Umidium.* Alii aliter:

NOTÆ

ad Parthorum regem, cui coram mandata ferociter edidit. Vir ille acer belli, disciplinæ et decoris exactor severissimus.

[s] *Casperius*] Fortasse legendum C. *Asperius* pro eo quod vulgo legitur, *Casperius.* Ursinus. Forsitan pater Æliani Casperii, qui præfectus prætorio sub Nerva, de quo Xiphilinus. *Aurelius.*

Casperius] Sic etiam vocatur ille idem lib. XV. et lib. hist. III. 73. *Casperius Niger:* quare nihil mutandum censeo.

Casperius] Alii legunt *C. Asperius:* sed, puto, centuriones unico nomine sic appellati. Sic infra XIII. 9. 'Accepitque eos' (obsides Parthorum) 'centurio Histeius:' aliter Tribuni, qui nobiliores erant.

Centurio Casperius præerat] Puto, milites illi *cohortes auxiliarium* fuerunt, saltem magna ex parte; hinc Pollio dicitur *præfectus,* non *tribunus;* at Casperius *centurio* vocatur, quia *auxiliares* etiam suos *centuriones* habuere; et Pollio non præfectus castello præcise, sed tantum præsidio militum: nam castellum regis ipsius fuit, et præsens haud dubie arci illi præesse debuit.

[t] *Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta*] Seneca de vita beata cap. 26. 'Sicut barbari plerumque inclusi, et ignari machinarum, segnes laborem obsidentium spectant.' *Pichena.*

[u] *Ne socius Rex*] Quos semel *reges* et *socios* appellaverant Romani, etiam tuebantur, et *ut partes imperii* fove-

tum,[v] Præsidem Syriæ,[w] doceret, quo in statu Armeniæ[x] forent.

rasmani armis abstinere suasisset, admoneret T. Vinidium Quadratum, rectorem Syriæ, de iis quæ apud Armenios gererentur.

male omnes. Verum nomen ex veteri lapide Casinatis monasterii docuit Em. Noris, *Epoch. Syromacedon*, Diss. III. p. 183.

C. VMMIDIO. C. F. TER. DVRMIO
QVADRATO. COS. XV. VIR. S. F
LEG. TI. CAESARIS. AVG. PROV. LUSIT
LEG. DIVI. CLAVDI. IN. ILLYRICO. EIVSDEM. ET
NERONIS. CAESARIS. AVG. IN. SYRIA. PROCOS
PROVINC. CYPRI. Q. DIVI. AVG. ET. TI. CAESARIS
AVG. AED. CVR. PR. AER. X. VIR. STLIT. IVD. CVRAT
TABVLAR. PVBLICAR. PRAEF. FRVM. DANDI. EX. S. C

Extant quoque nummi plurimi ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΕΠΙ ΚΟΥΑΔΡΑΤΟΥ. ΕΤ. ΔΡ. atque etiam ET. EP. ϛP. HP. id est, nummi *Antiochensium, sub Quadrato* præside, anno 104. 105. 106. 108. æræ Antiochenæ, seu U. C. 808 et 809. 810 et 812. Vide Em. Noris, loc. cit. p. 182. et Harduinum, *Selecta Opera*, p. 635 et seq. *Brotier*. Ryckius legit *T. Numidium*, et sic rem disseruit: Ante hic legebatur *T. Vinidium Quadratum*, ut infra sæpius *Vinidius:* perperam. Scripti Codd. in hoc nomine variant. Vaticanus, Lipsio teste, *Tumidum*. Reg. *tum Midium quadratum*. Meus: *Tum Umidium Quadratum*. Sed legendum, ut edidimus, *T. Numidium Quadratum:* Josephus enim hunc præsidem diserte Νουμίδιον Κουαδράτον vocat lib. XX. Antiq. cap. 5. et lib. II. belli Jud. cap. 11. Præterea *Quadratos* constat cognominatos *Numidios* ex Plinii lib. VII. ep. 23. ubi *Numidia Quadratilla*, et nepos ejus *Quadratus*, ad quem duæ extant apud eundem epistolæ VI. 29. et IX. 13. immo ipse ille *Quadratus* exerte *Numidius* dicitur lib. VI. ep. 11. 'adhibitus in consilium a præfecto Urbis audivi ex diverso agentes, summæ spei, summæ indolis juvenes duos Fuscum Salinatorem et Numidium Quadratum.' Cujus mentio fieri videtur a Spartiano in Hadriano cap. 15. ubi Editiones habent *Numilium Quadratum*. Sed Casaubonus *Numidium* scribendum docet. Salmasius *Umidium* non ibi modo, sed apud Plinium et Josephum corrigendum contendit, non alio argumento quam quod *Umidios* et *Ummidios* exhibeant Lapides, *Numidios* non item. Quod ita movit nuper Rupertum ut similiter hic *T. Umidium Quadratum* emendandum contenderet Ep. 21. ad Reinesium; sed contradicente Reinesio Ep. 23.: quoniam a Salmasio non probatum *Quadratos* in *Umidiis* fuisse. Quare cum haud verisimile tot loca apud Plinium et Josephum vitiata, et Cod. Meus hic habeat, *Tum Umidium Quadratum*, maxime probabile *T. Numidium Quadratum* legendum. *Ryckius.*

NOTÆ

bant. At si quando victus aut captus bello rex esset, jam non eum appellabant *regem*, sed privato nomine, v. g. Persen, Syphacem, &c.

[v] *T. Ummidium Quadratum*] Vulgo *Vinidium:* Vatic. liber, *Tumidum*. Verum nomen, *Numidium*, ex Josepho libro XX. qui vocat diserte, Νουμίδιον Κόδρατον, τῆς Συρίας προεστηκότα.

Sed et Plinius in epistolis, non uno loco docet, gentile nomen Quadratorum Numidium esse. Ita lib. VI. Numidia Quadratilla nominatur: lib. VII. Numidius Quadratus adolescens. *Lipsius.*

[w] *Syriæ*] Vide notas VI. 31. et XII. 23.

[x] *Armeniæ*] Vide notas VI. 32. et XI. 9. Leg. *res Armeniæ*.

46. Digressu Centurionis, velut custode[1] exsolutus Præfectus, hortari Mithridaten ad sanciendum fœdus, ‘ conjunctionem fratrum, ac priorem ætate Pharasmanen, et cetera necessitudinum nomina’ referens, ‘ filiam ejus in matrimonio haberet; quod ipse Rhadamisto socer esset. Non abnuere pacem Iberos, quanquam in tempore validiores; et satis[2] cognitam Armeniorum perfidiam:[3] nec aliud subsidii, quam castellum, commeatu egenum:[4] ne dubitaret[2] armis[5] incru-

Discessu Centurionis, velut inspectore liberatus præfectus, incitare cœpit *Mithridatem ad conditiones pacis accipiendas, memorans* necessitudinem fratrum, et majorem natu Pharasmanem, et cetera propinquitatum vocabula *ostentans*, quod filiam ipsius *Pharasmanis* uxorem duxisset, quod huic ipse socer esset. Non recusare pacem Iberos, licet eo tempore potentiores, et satis nosse *ipsum* malefida Armeniorum ingenia; nec aliud suffugium, quam arcem copiarum inopem. Ne deliberaret accipere velle conditiones pacis *potius*, quam

1 Male Puteolanus, *Custodiæ*. Brotier.—2 Nicholaus Heinsius legit *ei satis*. —3 Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editiones veteres, *cognita....perfidia*. Ferendum, si particula *et* deleretur. Mox *subsidii* ex Mss. Flor. Reg. et editione principe Ryckius. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *præsidii*. Brotier.—4 Male Ms. Farnes. *Commeatuum*. Quis ferat *Castellum commeatuum egenum?* Idem.—5 Sic optime Ryckius. Vulgo in scriptis et editis libris, *armis, quam incruentas conditiones malle*. Brotier. *Quam incruentas*

NOTÆ

[1] *Velut custode*] Dabatur certe quandoque custos, qui omnium actionum testis et inspector esset: et forte propterea centurio ibi non sine auctoritate, ut se invicem observarent duces. Sic Cæsar alicui principi Galliarum sibi suspecto custodem adhibet.

Sic suspectus Tiberius rerum novarum, petit custodem ab Augusto. Sueton. Tib. 12. ‘ De qua suspicione certior ab Augusto factus, non cessavit efflagitare aliquem cujuslibet ordinis, custodem factis atque dictis suis,’ &c.

[2] *Ne dubitaret*] Alii aliter sumunt hunc locum, alii delent τὸ *quam*, et legunt, *ne dubitaret armis incruentas conditiones malle*.

Alii transponunt, *ne dubitaret malle incruentas conditiones, quam armis*, id est, ne dubitaret malle pacem quam arma.

Alii legunt, *ne dubitare armis, quam incruentas conditiones mallet*.

Sed pro genio Taciti, nihil ibi deesse existimo. Et sic capio; ne dubitaret, ne cogitaret, ne deliberaret malle armis, nempe cruentas et belli, quam incruentas pacis conditiones accipere. Ne dubitaret, ne deliberaret malle conditiones belli, quam conditiones pacis; ita ut vox *conditiones* pro more Cornelii referatur ad duo diversa, *pacem* nempe, et *bellum*.

Sunt conditiones belli, sunt et pacis, ut et signa etiam, cujusmodi olim misit populus Rom. ad Carthaginenses; nempe *hastam* et *caduceum*, ut ex iis utrum vellent, eligerent, teste Gellio x. 27.

entas conditiones malle:' cunctante ad ea Mithridate, et suspectis Præfecti consiliis, quod pellicem Regiam polluerat, inque omnem libidinem venalis habebatur. Casperius interim ad Pharasmanen pervadit, 'utque Iberi obsidio decedant,' expostulat. Ille propalam incerta, et sæpius molliora respondens, secretis nuntiis monet Rhadamistum, 'oppugnationem quoquo modo celerare.'[6] Augetur flagitii merces, et Pollio occulta corruptione impellit milites, ut 'pacem' flagitarent, 'seque præsidio abituros'[7] minitarentur. Qua necessitate Mithridates diem locumque fœderi accepit, castelloque egreditur.

47. Ac primo Rhadamistus in amplexus ejus effusus, simulare obsequium, 'socerum' ac 'parentem' appellare. Adjicit jusjurandum, 'non ferro, non veneno vim allatu-

armis decernere: *dubitante ad hæc Mithridate, et suspectante consilia præfecti, quia scortum regium temeraverat, et quia in omnem cupidinem pretio corrumpi facile posse existimabatur. Interea Casperius ad Pharasmanem penetrat, efflagitatque,* ut Iberi obsidionem solvant. *Rex publice ambigua respondens, et sæpius leniora, arcanis nuntiis præcipit Rhadamisto,* ut quovis modo expugnationem urgeat ac properet. *Augetur præmium sceleris,* et *Pollio secreta solicitatione incitat milites, ut* fœdus *exposcerent, minarenturque,* se castello abscessuros. *Quibus angustiis adactus Mithridates tempus et locum accepit* sanciendæ *paci, exitque ex arce.*

Ac primum Rhadamistus in oscula patrui effusus, fingere fidem et obsequentiam cœpit, socerumque ac patrem *vocitabat. Addit sacramentum,* se non gladio,

habet Gronovius.—6 Male Rhenanus, *accelerare,* repugnantibus libris scriptis et editis. *Brotier.*—7 Puteolanus et Mss. Harl. Bodl. Jes. et Guelf. corrupte in Ms. Flor. *præsidium ammis.* In Ms. Reg. et editione principe, *præsidium cominus.* Unde Freinshemius emendabat, *præsidium omissuros.* Ms. Agr. sane ex librarii conjectura, *tradituros.* Idem.

NOTÆ

Ne dubitaret] Ne dubitaret malle armis transigere, potius quam incruentas pacis conditiones accipere. Potuit dubitare, seu deliberare, an arma mallet, an incruentas conditiones pacis.

At suadet Pollio, ne dubitet velle potius *armis,* ne dubitet malle belli *conditiones* potius quam *incruentas,* et pacis conditiones accipere.

Ne dubitaret armis] Forte nihil deest, id est, ne tentaret armis potius, quam incruentas pacis conditiones malle: *dubitare armis,* et *experiri armis* idem est.

Vel ne cunctaretur, ne deliberaret experiri armis malle, quam incruentas conditiones accipere. Habes similem sententiam in Eunucho Terent. Actu 4. Scen. 7. 'Consilio omnia prius experiri, quam armis decet.'

Sensus igitur est, ne mallet experiri armis, quam incruentas conditiones accipere. Puto itaque nihil

rum:'[a] simul in lucum propinquum trahit, 'provisum illic sacrificium[b] imperatum'[1] dictitans, 'ut Diis testibus pax firmaretur.' Mos est Regibus, quotiens in societatem coëant, implicare dextras,[c] pollicesque inter se vincire, nodoque præstringere:[2] mox, ubi sanguis artus extremos suffuderit,[3] levi

non pharmaco, quo eum perimeret, usurum. *Simul illum in vicinum nemus abducit, dicebatque* præparatum illic jussumque sacrificium, ut fœdus sanciretur, invocatis ad id numinibus. *Mos est regibus, quoties pacem ineant, miscere dextras, et pollices invicem ligare, filoque* arcte *constringere; et* illi, *postquam*

1 Locum hunc alii aliter vexant, quod vel *provisum*, vel *imperatum*, redundare videatur. Conjicit Lipsius, *provisu suo illic sacrificium;* aut *provisum illic ac sacrificium paratum.* Heinsius, *provisum illic sacrificio imperato. Provisum* in *renisum*, (nempe *trahit renisum*,) mutat J. Fr. Gronovius; Jac. Gronovius in *promissum.* Nihil mutat Ernestus; nec male. *Imperatum* videtur sacrificium, cum Mithridates *diem locumque fœderi accepit.* Brotier. Vox *provisum* non solicitanda. Agnoscitur enim a Mss. ut puto, omnibus, et Tacito est familiaris. XII. 50. 'parum provisi commeatus.' XII. 67. 'provisum jam sibi Xenophontis medici conscientiam adhibet.' XIII. 15. 'olim provisum erat.' XIII. 50. 'reliqua mox ita provisa.' XV. 4. 'provisi ante commeatus.' XV. 64. 'provisum pridem venenum,' &c. Fatendum tamen *imperatum* sic superfluere. Unde Nicolaus Heinsius legebat: *provisum illic sacrificio imperato;* quod non displicet. *Ryckius.*—2 In Mss. et editionibus veteribus, *perstringere.* Placuit tamen recentioribus, *præstringere:* nec immerito. Usitatius est; et in hoc verbo sæpius variant errantque Mss. *Brotier.* —3 Brotier. habet *in artus extremos se effuderit.* Et sic Ms. Jes. et recen-

NOTÆ

deesse, *ne dubitaret;* supp. experiri *armis* malle, quam incruentas conditiones accipere.

[a] *Non ferro, non veneno vim allaturum*] Aliquando et eodem dolo usi Rom. adversus ipsos reges quos vicerant, si credimus Epistolæ Mithridatis in fragm. Sallustii. 'Persen deinde Philippi filium, post multa et varia certamina apud Samothracas Deos acceptum in fidem, callidi repertores perfidiæ, quia pacto vitam dederant, per insomnia occidere.'

Et Turci imperatores pari dolo usi, quem juraverant non violaturos, dum vitam haberet, eum somno sopitum necarunt, quasi sic sacramenti fidem elusuri.

[b] *Provisum illic sacrificium*] Superfluit verbum alterum. Quid enim refert provisum sacrificium, an imperatum dixeris? Vera, puto, lectio: *Provisu suo illic sacrif.* sive etiam; *Provisum illic ac sacrif. paratum.*

Video alios explicare vulgatum: Provisum ibi sacrificium, quod imperasset: sed ubi de imperato legitur? nisi intelligit a seipso imperatum. *Lipsius.*

Provisum illic] Sic intellige, quasi scripsisset, *provisum illic sacrificium* et *imperatum dictitans.* Sic sæpe conjunctiones omittit Tacitus.

[c] *Implicare dextras*] Morem hunc sanciendæ privatim publiceque amicitiæ, usurpasse Scythas, Armenios et in ea ora gentes legi. De Scythis Lucianus in Toxari, sive de Amicitia: Οὐ γὰρ, ἐντεμόντες ἅπαξ τοὺς δακτύλους, ἐνσταλάξωμεν τὸ αἷμα εἰς κύλικα, καὶ

ictu cruorem eliciunt[d] atque invicem[4] lambunt: id fœdus arcanum habetur, quasi mutuo cruore sacratum. Sed tunc,

cruor extremam ad cutem processerit, tenui vulnere sanguinem exsugunt, atque invicem sorbent; id fœdus sanctissimum existimatur, quasi mutuo sanguine conse-

tiores post Rhenanum. In Mss. Reg. Agr. et editionibus veteribus, *in artus extremos suffuderit.* Sic et Ms. Bodl. Sed margine ascriptum, *se effuderit.* Mallet N. Heinsius, *artus extremos suffuderit,* omissa præpositione.—4 Ms.

NOTÆ

τὰ ξίφη ἄκρα βάψαντες, ἅμα ἀμφότεροι ἐπισχόμενοι, οὐκ ἔστιν ὅ, τι μετὰ τοῦθ' ἡμᾶς διαλύσειεν ἄν.

Mela I. 11. 'Ne fœdera quidem incruenta sunt: sauciant se, qui paciscuntur, exemtumque sanguinem, ubi permiscuere, degustant.' De Armeniis, Valerius lib. IX. 'Sariaster adversus patrem suum Tigranem, Armeniæ regem, ita cum amicis consensit, ut omnes dextris manibus sanguinem mitterent, atque eum invicem sorberent.' Et universe Tertullianus Apologetico: 'Legite necubi relatum sit, diffusum brachiis sanguinem ex alterutro degustatum, nationes quasdam fœderi comparasse. Nescio quid et sub Catilina degustatum est.'

Atque is mos, patrum etiam ævo, passim repertus ab Hispanis apud Barbaros novi orbis. Sed nec Romanis ipsis ignota cruenta potio quæ Assiratum iis dicta, quoniam Assir sanguis, ut aiunt Glossæ.

Festum ita capio: 'Assiratum apud antiquos dicebatur genus quoddam potionis ex vino et sanguine temperatum, quod Latini prisci sanguinem *Assir* vocarent.' Etsi fortasse ea potio olim in sacris.

Quod suadere videtur Sallustius. 'Fuere,' inquit, 'qui dicerent, Catilinam humani corporis sanguinem vino permixtum, in pateris circumtulisse. Inde cum post execrationem omnes degustavissent, sicuti in solennibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum.' Ait enim consuetum id in solennibus sacris. Silius videatur innuere libro II. 'Parte alia supplex infernis Annibal aris Arcanum Stygia libat cum vate cruorem.' *Lipsius.*

[d] *Cruorem eliciunt*] Sic Valer. Max. lib. IX. 'Mithridates autem multo sceleratius, qui non cum fratre de paterno regno, sed cum ipso patre bellum de dominatione gessit: in quo qui aut homines ullos adjutores invenit, aut Deos invocare ausus sit, præ admiratione hæreo. Quanquam quid hoc quasi inusitatum illis gentibus miremur? cum Sariaster adversus patrem suum Tigranem, Armeniæ regem, ita cum amicis consenserit, ut omnes dextris manibus sanguinem mitterent, atque eum invicem sorberent. Vix ferrent illi pro salute parentis tam cruenta conspiratione fœdus facientem.'

Cruorem] Fœdus percutiebatur, quandoque brachia circa humeros gladio feriendo, et per vices, elicitum cruorem lingendo; quod Medis, Lydisque sanctissimum fœderis vinculum et jusjurandum esse putabatur, quasi mutuo cruore sacratum. Id quod Carmani frequentes factitarunt, ut in epulis percussa faciei vena, profluentem cruorem vino miscerent et invicem propinarent, sanctum fœdus amicitiæ, si mutuum sanguinem gustassent, rati.

Apud Arabes assuetum erat, ut acuto silice digitos invicem pungerent, et vestis utriusque laneos floc-

qui ea vincula admovebat, decidisse[5] simulans, genua Mithridatis invadit,[e] ipsumque prosternit: simulque, concursu plurium, injiciuntur catenæ, ac compede[6f] (quod dedeco-

cratum. Sed tunc qui eum nodum astringebat, cecidisse fingens, genua Mithridatis occupat, ipsumque solo *affligit: simulque accursu multorum induntur* ipsi *vincula*

Reg. *ad invicem.*—5 Amicus malebat *cecidisse.* Ryckius.—6 Ms. Reg. et editio princeps, *injiciuntur catenæ ad compedes.* Puteolanus et recentiores, *ac compedes.* Jac. Gronovius, *ac compedes. Quo dedecore, barbaris trahebatur.* Cll. Chifflietius et Jensius, *ac compedes, et quod dedecorum, &c.* Simplicius verusque Lipsius, *ac compede.* Hoc enim servile ac pecuarium. Juvenal. IV. 80.

NOTÆ

cos sanguine, qui inde fluxerat, delibutos, septem lapidibus delinirent, diroque carmine in execrationem capitis illius, qui contrairet, edito, paribus votis fœdera percuterent.

Scythis, grandem calicem mero plenum, mutui sanguinis fuso cruore miscere, et postquam gladium et sagittas eo perfuderant, illud invicem epotare, maximum erat concordiæ vinculum.

Cruorem] Mela I. 1. ubi de Scythia Europæa: 'Ne fœdera quidem incruenta sunt: sauciant se, qui paciscuntur, exemtumque sanguinem, ubi permiscuere, degustant. Id putant mansuræ fidei pignus certissimum.'

[e] *Genua Mithridatis invadit*] Simile quid in Apuleio lib. IX. Met. 'Simulans se, ad commovendam miserationem, velle genua ejus contingere, submissus atque incurvatus, arreptis pedibus ejus utrisque, sublimem elatum terræ graviter applaudit.'

Genua Mithridatis invadit] Sic infra conjurati Neronem invadere cogitabant, lib. XV. 53. 'Ordinem insidiis composuerant, ut Lateranus, quasi subsidium rei familiari oraret, deprecabundus, et genibus principis accidens, prosterneret incautum, premeretque animi validus, et corpore ingens. Tum jacentem et impeditum tribuni et centuriones, &c. accurrerent trucidarentque.'

[f] *Injiciuntur catenæ, ac compede*] Vulgo *compedes;* et hæsi equidem olim in his vinclis: unde facile me nunc expedio, scriboque: *injiciuntur catenæ: ac compede, quod dedecorum Barbaris, trahebatur.*

Ad morem Romanum Tacitus narrat. Injectæ, inquit, catenæ: immo et oblonga compede per viam tractus. Qui ritus apud Romanos quidem receptus est in custodia militari; et apud Barbaros dedecori habetur et ignominiæ summæ.

Verissima lectio, sententiaque. Ita Athenion Manium Aquilium (quasi per summam ignominiam) tractum describit ab equite catenam longam habente. Quem locum omnino vide transcriptum a me ex Athenæo, supra de custodia militari, lib. III. *Lipsius.*

Compedes (quod dedecorum Barbaris) trahebatur] Hæc est, quo vinculorum dehonestamento addito vel imposito, e lustris illis producitur, et in conspectum turbæ præsentis datur vilissimis e Scythia calonibus et lixis, custodum vice stipantibus, quibusdam et tenentibus catenas.

Nam hoc auget contumeliam, non centuriones non milites saltem justos fuisse, quibus custodia credita. Quanquam et τὸ *barbaris* ad mores Rhada-

rum barbaris[6]) trahebatur:[7] moxque vulgus, duro imperio

ac compedes et (quod ignominiosum barbaris) sic *trahebatur. Dein et plebs, cui*

'Quæ nunc Squalidus in magna fastidit compede fossor.' *Brotier.*—7 Amicus legebat: *quod indecoram barbaris habebatur.* Sed magis placet Lipsii conjectura, *ac compede, quod indecorum barbaris, trahebatur.* Etsi enim *compes* nusquam, quod sciam, extet: unde Grammatici *compedes* tantum plurale pronuntiant, sexto tamen casu numero singulari legitur apud Horatium lib. IV. Od. 11. et alibi: apud Juvenalem Sat. IV. et alios poëtas: apud Columellam lib. VIII. de R. R. cap. 2. 'eaque quasi compede cohibentur.' Conjunguntur autem hæc etiam ab Ovidio: 'Sed neque compedibus nec me con-

NOTÆ

misti et suorum referri possit, ut sit: quibus vinculis tam pudendis oneratus et tractus ostenditur vulgo a Rhadamisto et comitibus vere barbaris. Immo et dandi casu, ingeritur oculis barbarorum Armeniorum et Iberorum. *Trahi* dicuntur, quicumque offeruntur catenati. Æneid. II. 'Ecce manus juvenem interea post terga revinctum Pastores magno ad regem clamore trahebant.' *Gronov.*

Ac compedes] Adde τὸ *et*, vel subintellige, *injiciuntur catenæ ac compedes*, et *(quod dedecorum barbaris) trahebatur.* Quod dedecorum barbaris, id est, externis regibus, qui vincti, curru seu lectica includebantur, ut patet ex Dario rege; non autem publice trahebantur, ut rei e vulgo, neque ludibrio populorum exponebantur, immo servabatur his honos, et aliqua species majestatis, et in vinclis aureis habebantur reges, ut decuit.

Sic Armeniæ regem Artavasden aureis catenis vinxit M. Antonius: sic et Darius olim vinctus auro curruque vectus. Conjunctiones omittit Tacitus, supplerique loco potest particula *et* per mentem.

Et ea verba *quod dedecorum barbaris*, referri forte possunt ad præcedentia, et ad consequentia. Nam turpe fuit regi et haberi in vinculis, fuit turpe et trahi. Sic sæpe quædam in ambiguo relinquit Tac. ut bono sensu possis ea referre ed antec. et consequentia.

Ac compedes] Alii aliter legunt. Lipsius, *ac compede.* Alii *modo pecorum.* Alii *quo dedecore Barbaris trahebatur.* Sed supplenda tantum ibi conjunctio, vel quasi conjunctio: nam τὸ *quod dedecorum*, possit esse ambiguum pro genio Taciti inter *compedes* et *trahebatur:* utrumque enim perinde indecorum, præsertim regi.

Igitur intellige, quasi scripsisset Tac. *Injiciuntur catenæ ac compedes, et quod dedecorum barbaris, trahebatur:* vel sic; *quod dedecorum barbaris, et trahebatur.* Sicque τὸ *quod dedecorum* ambigue referri debet ad id, quod præcedit, et quod sequitur; idque familiare Tacito.

6 *Quod dedecorum barbaris*] Puto id parenthesi claudendum: per *barbaros*, hic intelligit extraneos reges. Certe *indecorum* regi, sic trahi, ut unum e multis, ut vile mancipium, et sic ludibriis et conviciis popularium exponi, quibus olim imperaverat.

Decentius fuit illum statim includi aliquo vehiculo, ne sic illuderetur coram palamque; nam et id postea factum est, 'diversis et contectis vinculis abduntur.' Satius erat oculis consulere, ut postea cum illum interfecit; 'Visui tamen consuluit, ne coram

habitum, probra ac verbera intentabat.[h] Et erant contra,[8] qui tantam fortunæ commutationem[9] miserarentur. Secutaque cum parvis liberis conjux cuncta lamentatione complebat. Diversis et contectis vehiculis[i] abduntur,[10] dum Pharasmanis jussa exquirerentur. Illi cupido Regni fratre et

minus leniter imperitarat, contumelias et ictus intentabat. Et contra non deerant, qui tantam fortunæ calamitatem deflerent. Et sequens illum *cum parvulis filiis uxor, omnia ejulatibus replebat. Diversis et opertis rhedis clauduntur, donec mandata Pharasmanis exposcerentur. Illi dominandi libido fratre et filia antiquior,*

stringe catenis.' *Ryckius.*—8 Flor. Reg. et meus: *Et erant e contra;* ut Editiones pleræque hactenus, præter Beroaldinam et Rhenani, quæ, *et erant contra.* Cum vero *e contra*, e medii ævi Latinitate Tacito a librariis videatur admistum, Beroaldum et Rhenanum sequendos existimavi. *Idem.—Erant contra,* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus. In Ms. Flor. et editione principe, *erant econtra.* At barbara est vox illa *econtra*, nec nisi sequiori ætate, in qua descripti sunt codices, recepta. *Brotier.*—9 Male Puteolanus et Mss. Harl. Bodl. Jes. *commotionem.* In margine Mss. Harl. et Bodl. emendatum, *commutationem.* Idem.—10 Ms. Harl. et Jes. *abducuntur.*

NOTÆ

interficerentur.'

Quod dedecorum barbaris] Intellige præcipue de regibus *barbaris* et orientalibus. In aliis, aut in plebe, non id mirum aut insolitum. Universim etiam *barbaris* id indecorum videbatur in rege: neque enim tali spectaculo assueverant populares illi, ut Romani, qui sæpe talia spectacula viderant, in ipsa urbe et per provincias.

Igitur id dedecorum ipsis regibus, vel etiam ipsis popularibus, qui tale dedecus spectarent in rege, vel etiam utrisque.

Comparat Tacitus hic Romanos cum barbaris. Romani talibus assueverant, sive in plebe, sive in ipsis regibus; non item barbari illi, quibus insolitum id spectaculum.

Dicit id indecorum barbaris, quasi vel inferat exin *barbaros* fuisse; sed forte præcipue fœdum, quia apud populares et in eorum conspectu fiebat: nam absolute id dedecorum quibuscumque mortalibus, qui id ferrent in se, aut spectarent in rege: forte melior sensus: et quod dedecorum, a barbaris trahebatur.

[h] *Probra et verbera intentabat*] Sic hist. III. 31. 'Circumsteterant victores et primo ingerebant probra, intentabant ictus.' Sic alibi dixit, 'voces,' 'tela,' 'manus intentare.'

Sed, puto, distinguendum. Nam ibi verbera intentabant, id est, minabantur, at vero probra non tantum comminabantur hic regi, sed etiam *ingerebant*, et vere probris insectabantur miserum regem; cum tantum verbera seu manus intentarent alii isti lib. hist. III.

[i] *Diversis et contectis vehiculis*] Ne agnosceretur ubi rex esset, ubi uxor, ne adverterent populares ac vindicarent: ne simul positi in commune consulerent, aut una liberari possent.

Contectis vehiculis] Ne quis intueri, aut alloqui posset, aut literas aut signa aliqua immittere, quibus eripi possent; ne aspiceret populus, et hinc seditio oriretur.

Sic Tiberius Neronem filium et Agrippinam Germanici rhedis opertis

filia potior,[j] animusque sceleribus paratus: visui tamen consuluit, ne coram interficerentur. Et Rhadamistus, quasi jurisjurandi memor, non ferrum, non venenum in sororem et patruum expromit; sed projectos in humum, et veste multa gravique opertos, necat. Filii quoque Mithridatis, quod cædibus parentum illacrymaverant, trucidati sunt.

48. At Quadratus cognoscens proditum Mithridaten, et Regnum ab interfectoribus obtineri, vocat consilium,[k] docet acta, et, an ulciscerentur, consultat. Paucis decus publicum curæ: plures tuta disserunt: 'Omne scelus[l] externum cum lætitia habendum. Semina etiam odiorum jacienda, ut sæpe

mensque in scelus promta erat. *Aspectui tamen indulsit, ne coram interimerentur. Et Rhadamistus, velut sacramenti observantissimus, non gladium* stringit, *non toxicum adhibet adversus sororem et patruum, sed prostratos in terram, plurima densaque veste obtectos, suffocat. Etiam liberi Mithridatis interfecti sunt, quod in nece parentum fletus effudissent.*

Sed Quadratus, comperto traditum Mithridatem, et regnum illius *a percussoribus haberi, concilio habito, refert quæ gesta sunt, et deliberat, an vindicaret. Pauci de populi Rom. gloria soliciti: plures quæ tuta essent, expromunt:* omne crimen barbarorum cum gaudio excipiendum: semina etiam offensionum spargenda:

1 Sic recte Lipsius. In Mss. et editionibus veteribus, *Omnes scelus.* Vellet Gronovius, *monentes scelus.* N. Heinsius, *disserunt in commune, scelus.* Ernestus, *quippe,* vel *immo scelus.* Brotier.

NOTÆ

in insulas asportabat, teste Sueton.

[j] *Fratre et filia potior*] Patet ex toto illo capite, Mithridatem habuisse in matrimonio filiam Pharasmanis Iberi fratris, et Rhadamistum habuisse uxorem filiam Mithridatis patrui. Nam eum *socerum* vocat Rhadamistus.

[k] *Vocat concilium*] Rescribe iterum *consilium.* Ita enim mos vocare præsidis assessores. *Grotius.*

Vocat consilium] Præcipue *senatorum,* qui tum erant in Syria, et *legatorum,* non quales olim vetere Repub. nec quales summis proconsulibus addebantur; sed *legatos* legionum intelligo.

Puto, et tali concilio aderant *præfecti castrorum* et ipsi *tribuni;* non tamen *centuriones,* qui non adhibiti consilio, nisi cum extrema aliqua necessitas immineret.

[l] *Omne scelus*] Alii velint *omnes.* Sed si id censuissent *omnes,* qui dicere potuit Tac. *Paucis decus publicum curæ: plures tuta, &c.* Igitur illi diversa invicem sentiebant in concilio Quadrati. Præterea si idem sentirent *omnes,* jam non esset tam sententia, aut consilium, quam decretum; et cur adderet Tacitus in fine consilii, *itum in hanc sententiam?*

Immo statim dicere debuit Tac. omnes ad unum censuere et decrevere, *scelus externum cum lætitia habendum, &c. Omne,* id est, quodcumque scelus externorum regum posthabendum, dummodo Romani absint a crimine, nec sint participes talis flagitii et probri.

Principes Romani eandem Armeniam, specie largitionis,[m] turbandis barbarorum animis[n] præbuerint. Potiretur Rhadamistus male partis, dum invisus, infamis: quando id magis ex usu, quam si cum gloria adeptus foret.'[o] In hanc

ut *et* sæpe imperatores Romani eandem Armeniam dederint, specie liberalitatis, ad turbandos externarum gentium animos. Frueretur sane Rhadamistus sceleribus suis, dum *modo* odiosus *et* ignominiosus *foret;* quando *quidem* illud magis utile sit *rebus Rom.* quam si *regnum* cum decore obtinuisset. *Dis-*

NOTÆ

Itaque alii aliud sentiebant: pauci decus publicum curabant; *plures tuta* disserebant, nempe, *omne scelus externum, &c.* Standum vett. libris, quoties elici sensus commodus potest.

[m] *Specie largitionis*] Bene *specie*, quia largiendo Armeniam, Romani nihil de suo dabant, et specie largitionis in amicos, ulciscebantur hostes. Certe illi hostium opibus et sociorum sanguine vincebant arcebantque hostem.

Nec etiam fere minus infensi Romanis Armenii plerique, quam ipsi Parthi. Et ipsi Armenii inter duos præpotentes populos ambigui, utrisque prædæ sæpe aut ludibrio erant simul, aut vicissim. Irrumpentibus Parthis, vocabant Romanos, et vicissim Parthos; quod quandoque saluti, sæpe exitio erat. Opibus et sanguine suo, sic dominos quærebant, comparabant.

Specie largitionis] Bene *specie largitionis.* Nam certe non fuit vera largitio. Dati reges Armeniæ, ut fines imperii tuerentur adversus barbaros, ut custodirent, ut continerent ambigua ista populorum ingenia.

Potius opponebantur hostibus, quam imponebantur gentibus, et ex necessitate magis quam ex liberalitate. Largitio illa vera necessitas fuit Reipub. et imperii. Et nulla certe mera est largitio dominantium, si *donare sciant* illi, *non perdere.*

[n] *Turbandis barbarorum animis*] Fuit enim Armenia veluti malum aureum, seu fax discordiæ; et dum pugnabant Parthi adversus ambiguam illam gentem, interim parcebatur provinciis Romanis. Sic Armenii reges velut instituti et dispositi adversus Parthos, cum gratia et opibus Romanorum illud imperium adepti essent.

Turbandis barbarorum animis] *Armenios* ipsos intelligit, qui fere semper ambigui inter Romanos ac Parthos; sed præcipue *Parthos* indicat et populos Orientis qui partes illorum sectabantur, ut Arabes, Adiabenos, et conterminos alios.

His opponebantur Armeniæ, major et minor, veluti claustra imperii; et dabantur ipsis reges a Romanis, ut ipsi fines ditionis Rom. tuerentur.

Hinc Armenia sedes fere omnium bellorum Orientis, tegebatque provincias Romanas. His dati reges magis, ut custodirent, quam ut custodirentur; licet largitionem ac tutelam in regum speciem et ostentui prætexerent dominantes.

[o] *Quam si cum gloria adeptus foret*] Lipsius aliter. Ego nihil muto. Clarus namque sensus, ac præclara sententia. Ex usu, inquit, Romanis erat, quod Rhadamistus regnum scelere occupasset; quoniam spes erat, seditiones et turbas in provincia illa brevi orituras, quod præcipue Romani quærebant.

At si gloria egregiisque artibus regnum adeptus fuisset, tunc in illius

sententiam itum. Ne tamen annuisse facinori viderentur, et diversa Cæsar præciperet,[p] missi ad Pharasmanen nuntii, 'ut abscederet a finibus Armeniis, filiumque abstraheret.'

49. Erat Cappadociæ[q] Procurator Julius Pelignus,[r] ignavi animi,[s] et deridiculo corporis[t] juxta despiciendus;[1u]

cessum est *in hanc sententiam. Ne tamen approbasse scelus viderentur, et ne alia Cæsar imperaret, mittuntur nuntii ad Pharasmanem,* ut cederet regno Armeniorum, filiumque revocaret.

Regebat Cappadociam titulo procuratoris Julius Pelignus, qui *ignavi animi, et ridiculo corporis perinde contemnendus* fuit; *sed Claudio maxime familiaris, cum*

1 Sic Ms. Reg. et editio princeps. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et

NOTÆ

quieta et pacifica possessione diu esset duraturus. *Pichena.*

Quam si cum gloria adeptus foret] Erat a re Romana (ut jam dictum est) Rhadamistum scelere potius, quam per virtutem, sui juris Armeniam fecisse: ejus enim flagitium præcipue ad eam occupandam rapuit Vologesem: 'Nam Vologeses casum invadendæ Armeniæ obvenisse ratus, quam a majoribus suis possessam externus rex flagitio obtineret.'

Populus equidem votis regnum a scelestis ad innocuos transfert. Tac. 'anteponendum esse vixdum egresso pueritiam Neroni, et imperium per scelus adepto, virum ætate composita, insontem.' Audi Sallustium in Catil. 'ita imperium semper ad optimum quemque a minus bono transfertur.' At emendatio eruditissimi viri, *quam si cum gloria ademta forent,* potest hinc abesse. *Salinerius.*

[p] *Diversa Cæsar præciperet*] Possit ibi duplex esse sensus: primo nempe, ne probasse scelus Rhadamisti viderentur, et quia diversa Claudius præciperet: præcipiebat nimirum, ne tali facinori faverent.

Vel secundo sic, ne favisse sceleri viderentur, et ne postea Claudius diversa seu contraria his juberet; ne juberet nempe Cæsar, exturbari Rhadamistum regno, per scelus rapto. Ideo mittunt ad Pharasmanem nuntios, qui juberent, ut Armenia discederet.

In omnem eventum præparant consilium, ut si faveret regi Cæsar, attamen ipsi gloriæ Romani nominis, et decori publico sic consuluisse viderentur.

[q] *Cappadociæ*] Cappadocia, late sumta, fuit regio Asiæ minoris peninsulæ ad orientem et septentrionem: hodie hic sunt præfecturæ *Siuvas* et *Marasch* fere integræ, partesque præfecturarum *Caramaniæ* et *Trebisondæ* in Natolia regione; atque pars major præfecturæ *Erzerum* in Turcomaniæ regione, et forsan pars aliqua præfecturæ *Cars* in Georgia regione; omnes sub imperio Turcarum Asiatico.

Cappadocia vero *proprie dicta,* et de qua hic loqui videtur Tacitus, fuit pars meridionalis Cappadociæ late sumtæ, ubi nunc est pars magna præfecturæ *Caramaniæ* in Natolia, &c. ex Tabulis et Chartis Nicolai et Gulielmi Sansonis. Vide notas supra c. 21. ubi diximus de *Ponto* provincia, et parte septentrionali Cappadociæ late sumtæ. *Tillemonius.*

[r] *Julius Pelignus*] Hoc loco, quod legitur, accipio, quasi scripsisset, Homo ignavus atque imbellis, nec minus turpis distorto corpore. *Gronovius.*

[s] *Ignavi animi*] Id non tam de ignavia præcise, aut inertia intelligi

sed Claudio perquam familiaris, cum privatus olim conversatione[v] scurrarum[2] iners otium oblectaret. Is,[3w] auxiliis

privatus olim, consuetudine scurrarum, ignavam quietem deliniret. Is Pelignus,

Puteolano, *conspiciendus.* At in Mss. Harl. et Bodl. emendatum quoque, *despiciendus.* Brotier. Ita habent Codd. scripti, Flor. Reg. et Meus: Rhenanus primus sic edidit, cum ante eum Beroaldus, *conspiciendus.* Quod et ipsum haud spernendum: immo sic blanditur J. F. Gronovio ut reduci propemodum jubeat, quem adi in Observ. ad Scriptores Ecclesiast. c. 19. et Livium l. IV. c. 13. cui et Nicolaus Heinsius suum adjecit calculum, et simul hunc Ovidii sui locum, 'Unde sit in neutrum conspiciendus eques.' *Ryckius.* —2 Nihil unquam felicius emendavit Lipsius. In scriptis et editis libris, *cum privatis,* vel *privatas olim conversationes,* vel *concursationes, curaret.* Mox in editione principe, *objectaret.* Bene Puteolanus et Mss. Flor. Reg. Guelf. et Harl. Bodl. Jes. *oblectaret.* Brotier. Hæc lectio a Lipsio est: scripti enim hic vitiati. Flor. et Reg. *cum privatus olim conversationes curaret, iners otium oblectaret.* (Reg. *objectaret.*) Meus: *quin privatus olim comesaties* (ms. *comesatium*) *curas et iners otium objectaret.* Lipsiana emendatio nititur Suetonii loco, Claud. c. 5. *Ryckius.*—3 *Is Pelignus,* et Gronovius et Ryckius. At recte abesset *Pelignus,* ut visum Freinshemio.

NOTÆ

debet, quam de mente omnimodo malesana.

Et comparat hic Tac. animum hominis cum corpore illius. Ita ut perinde utroque affectus esset, nempe utrimque turpis perinde, et ridiculus ac spernendus.

[t] *Et deridiculo corporis*] Interpres Hispanus intelligit, quasi Pelignus ipse suum corpus aliqua macula seu nota quam sibi inusserat, deridendum præbuisset: sed potius intelligenda aliqua deformitas corporis a natura indita, qua risum meruerit.

Forte aliqua fuit ex his, qua *signatos* homines vocamus, nempe ut esset cocles, claudus, gibbus, vel hæc omnia simul. Namque 'distortum vultum sequitur distortio morum.'

[u] *Despiciendus*] Alii *conspiciendus,* sed forte perinde est. Nam Suet. Claud. 4. 'Ne quid faciat, quod conspici aut derideri possit.' Fuit *juxta* perindeque despiciendus Pelignus, et ignavia animi et deridiculo corporis.

Sed nihil muta. Bene *ignavi animi.* Sic Tacitus varietatis causa casus miscet. Sic sume: *ignavi animi* fuit, et *deridiculo corporis* perinde *despiciendus* Pelignus.

[v] *Cum privatus olim conversatione*] Tacit. in Dialog. 'Si modo in hac studiorum parte oblectare otium, et nomen inserere possunt famæ.' Putem, respectum ad illa tempora, quibus Claudius abjecit spem dignitatum. Suet. c. 5. 'Tum demum abjecta spe dignitatis ad otium concessit, modo in hortis et suburbano, modo in Campaniæ secessu delitescens, atque ex contubernio sordidissimorum hominum, super veterem segnitiæ notam, ebrietatis et aleæ quoque infamiam subiit.' Tac. de Vitellio hist. l. II. 'Aggregabantur e plebe flagitiosa per obsequia Vitellio cogniti, scurræ, histriones, aurigæ, quibus ille amicitiarum dehonestamentis mire gaudebat.' *Pichena.*

[w] *Is*] Vulgo legitur *is Pelignus:* sed cum hominis istius nomen modo indicatum sit, non videtur ab auctore statim repetitum. *Freinshemius.*

provincialium contractis, tanquam recuperaturus Armeniam, dum socios magis, quam hostes prædatur, abscessu suorum, et incursantibus barbaris, præsidii egens, ad Rhadamistum venit: donisque ejus evictus, ultro 'Regium insigne sumere' cohortatur, sumentique adest auctor et satelles.[x] Quod ubi turpi fama divulgatum, ne ceteri quoque ex Peligno[y] conjectarentur,[4] Helvidius Priscus,[z] Legatus, cum legione[a] mittitur, rebus turbidis pro tempore ut consuleret.

collectis copiis sociorum, quasi vindicaturus esset *Armeniam, dum subjectos potius quam hostes populatur, desertus a suis, et invadentibus barbaris, auxilii inops, confugit ad Rhadamistum: muneribusque ejus corruptus, ultro* accipere diadema regium *compellit; accipientique adest consultor et minister. Quod postquam fœdo rumore publicatum* est, *ne ceteri etiam* Romani *ex ingenio Peligni æstimarentur, mittitur Helvidius Priscus præfectus cum legione, ut rebus turbatis tunc pro neces-*

4 Eruditus Petavius arbitrabatur forte emendandum, *ne ceteri quoque ex Peligno contingerentur*, id est, *contage tentarentur*. At id a librorum omnium scriptura remotius videtur. *Brotier.*

NOTÆ

[x] *Auctor et satelles*] Consilium et operam suam præstat sceleri. Pelignus consultoremque et ministrum se offert flagitii: et videtur hic alludere Tacitus ad principes Rom. ipsos, qui reges Armeniæ diademate revinxerant alias.

Et satirice carpit talem ministrum criminis, et infamem regiæ libidinis immanitatisque satellitem, qui tanquam novus, et repente exortus Surena, scelerosum illum regem, per summum flagitium, insigni regio revinxisset; et qui se quasi Cæsarem ferret, veluti securus majestatis et imperii.

[y] *Ne ceteri quoque ex Peligno*] Ne de Peligno conjectura in alios fieret: ne Romanorum alii, quibus armorum jus, si quiescerent, approbare Peligni facinus et ratum habere crederentur. Terent. Heaut. III. 3. 'Ego de me conjecturam facio.' *Gronovius.*

[z] *Helvidius Priscus*] Decus Stoicæ sapientiæ, decus virtutis Rom. Thraseæ gener, et quantum mutatus ab illo Peligno probroso, scurra, coprea, flagitio!

In hoc de industria missus ad Orientem Helvidius Priscus, ut ex ejus virtute Romana ingenia notescerent, et ne ex *Peligno ceteri* Rom. *conjectarentur.*

[a] *Legatus cum legione*] Ne intelligas, Helvidium fuisse *legatum legionis* tantum: fuit quippe *legatus* absolute, seu *proprætor*, qui præesset non solum legioni quam secum ducebat et legato legionis, sed et copiis et præfectis auxiliarium.

Forte simul et quibusdam cohortibus Romanis, et alis equitum, quæ seorsim a legionibus mererent in his regionibus: aut si fuit legatus legionis, tum majorem legato potestatem, et extraordinarium imperium habuit.

Dubito, an Helvidius missus ex urbe in Orientem fuerit: potius putem, tum militasse in Syria, et forte legioni præfuisse legatum, vel præfectum castrorum, aut loco legati.

Igitur propere montem Taurum transgressus, moderatione plura, quam vi, composuerat; cum ‘redire in Syriam’[b] jubetur, ‘ne initium[c] belli adversus Parthos existeret.’

50. Nam Vologeses, casum invadendæ Armeniæ obvenisse ratus, quam, a majoribus suis possessam, externus Rex flagitio obtineret, contrahit copias, fratremque Tiridaten deducere in Regnum parat, ne qua pars domus[d] sine imperio ageret. Incessu Parthorum, sine acie pulsi Iberi; urbesque Armeniorum, Artaxata[e] et Tigranocerta,[f] jugum accepere. Deinde[1] atrox hyems,[g] seu parum provisi commeatus, et orta ex utroque tabes, percellunt[2] Vologesen,

sitate provideret. Itaque celeriter montem Taurum transvectus, plura lenitate quam armis constituerat, cum reverti *jubetur* in Syriam, ne exinde occasio belli in Parthos oriretur.

Quippe Vologeses, existimans occasionem occupandæ Armeniæ sibi *oblatam esse, quam* nempe *sui majores tenuissent, et* nunc *rex extraneus scelere possideret, conscribit exercitum, et ducere destinat fratrem Tiridatem in* illud *regnum, ne ulla pars familiæ* suæ *sine regno agitaret. Incedentibus* ad bellum *Parthis, sine prælio fugati Iberi, oppidaque Armeniorum Artaxata et Tigranocerta se dedidere. Dein hyems sæva, seu quia parum copiis cibariisque consuluerant, et nata ex utraque*

1 Ita Mss. et editiones veteres. Nescio unde postea irrepserit *dein*. Brotier.—2 Brotier. habet *perpellunt*; et sic Rhenanus et recentiores, præter Cl. Lallemand, qui *percellunt* edidit, Mss. et veteres editiones secutus. Gro-

NOTÆ

Et missum fuisse e Syria in Armeniam, ut res turbatas componeret: et ex fama virtutis, quæ mox notescet magis, in id delectum fuisse.

[b] *Redire in Syriam*] Ex qua nempe exierat et legionem eduxerat. Nam in Syria quatuor legiones Rom. quæ, cum auxiliis populorum et regum inservientium, fere totum Orientem continebant.

[c] *Ne initium*] Ne hinc initium belli adversus Parthos exoriretur. Nihil enim magis timuere ignavi illi principes Rom. quam ne composita moverentur, aut turbarentur.

Ipsi neque per se, nec per alios bella gerere audebant: sic et retractus ex penetralibus Germaniæ Corbulo victor; et ne vinceret, ei triumphalia concessa sunt.

[d] *Ne qua pars domus*] Puto, quia, ut Pacorus jam Medis imperabat, ita et Tiridates etiam præfici debuit Armeniæ. Id debuit tribuere gloriæ et amicitiæ fratrum, quorum consensu ille, licet ex Græca pellice ortus, regnum Parthorum adeptus erat.

[e] *Artaxata*] Vide notas l. VI. c. 33.

[f] *Tigranocerta*] Urbs Armeniæ majoris ad meridiem: hodie forsan *Bitlis* oppidum Turcomaniæ sub dominio Turcarum Asiatico. *Tillemonius.*

[g] *Atrox hyems*] Ut in Armenia, quæ montibus et nivibus infesta, nec apta equitatui, quo solo valent Parthi. Et difficilius providentur cibaria tam numeroso equiti, præsertim hyeme, et per montes: hinc orta fames et inopia pabuli, dein tabes, seu lues equorum hominumque.

omittere præsentia: vacuamque rursus Armeniam Rhadamistus invasit, truculentior quam antea, tanquam adversus defectores,[h] et in tempore rebellaturos.[3][i] Atque illi, quamvis servitio sueti, patientiam abrumpunt, armisque Regiam circumveniunt.[4]

51. Nec aliud Rhadamisto subsidium fuit, quam pernicitas equorum, quis seque et conjugem abstulit. Sed conjux gravida, primam utcumque fugam, ob metum hostilem et mariti caritatem,[j] toleravit: post, festinatione continua, ubi quati[1] uterus, et viscera vibrantur, orare, ‘ ut morte ho-

re fames, adigunt Vologesum relinquere præsentia cœpta: *iterumque destitutam Armeniam Rhadamistus occupavit, immanior quam antea, velut adversus rebelles, et data occasione* rursus *defecturos. Et Armenii, quamvis servire soliti,* tamen *patientiam exuunt, armatique regiam circumsident.*

Nec aliud suffugium Rhadamisto, quam velocitas equorum, quibus seque et uxorem abripuit. Sed uxor prægnans, primum aliquatenus cursum sustinuit, ob formidinem hostium, et amorem viri: mox cursitatione perpetua, ubi vibrari cœpit *alvus, et jam viscera quatiebantur, rogat* maritum, ut honesto exitu ipsa probris servi-

novius et Ryckius habent *perpellunt*.—3 Sic bene Rhenanus. Antea, *bellaturos*. —4 Ms. Reg. et editio princeps, *circumvenerunt*. Ms. Bodl. et Puteolanus, *circumeunt*. Bene Mss. Agr. Guelf. *circumveniunt*. Ita quoque emendatum in Ms. Bodl. *Brotier*. Cod. meus *circumveniunt*. Sed Flor. *circũ ueunt*. Reg. *circumuenerunt*. Ryckius.

1 Heinsius emendabat, *quatitur*. At nihil mutandum videtur ex usu Taciti Annal. xv. 27. et Hist. iii. 31.

NOTÆ

[h] *Defectores*] Jam illi defecerant, sed vi et necessitate adacti: et hi *pro tempore* etiam *rebellaturi* erant, adjuti vi et copiis Parthorum, saltem magna ex parte, ut qui nempe illorum connubiis et fœderibus impliciti essent.

[i] *Et in tempore rebellaturos*] Nec forte fallebatur: nam Tac. l. ii. Ambigua ea gens, ‘ maximisque imperiis interjecti et sæpius discordes sunt, adversus Romanos odio, et in Parthum invidia.’

Semper infensi imperitantibus Armenii, et semper novis dominationibus inhiantes, quarum jugum tamen excutiebant prima data occasione, semper novos reges, nec dominationis certos aut securos habituri, et quibus ipsi imperarent pro nutu, non imperarentur.

[j] *Et mariti caritatem*] Habes luculentum et simile exemplum amoris conjugalis in uxore Mithridatis, de qua Valer. Max. l. iv. 6. ‘ Hipsicratea quoque regina Mithridatem conjugem suum effusis caritatis habenis amavit: propter quem præcipuum formæ suæ decorem in habitum virilem convertere, voluptatis loco habuit. Tonsis enim capillis, equo se et armis assuefecit, quo facilius laboribus et periculis ejus interesset. Quinetiam victum a Cn. Pompeio, per efferatas gentes fugientem, animo pariter et corpore infatigabili secuta est. Cujus tanta fides, asperarum atque difficilium rerum Mithridati

nesta contumeliis captivitatis eximeretur.' Ille primo amplecti, allevare, adhortari, modo virtutem admirans, modo timore æger, ne quis relicta potiretur. Postremo, violentia amoris,[k] et facinorum non rudis, destringit acinacem,[1] vulneratamque ripam ad[2] Araxis[m] trahit, flumini tradit,[3] ne corpus etiam auferretur.[n] Ipse præceps Iberos[4] ad patrium Regnum pervadit.[o] Interim Zenobiam (id mulieri nomen) placida illuvie,[5p] spirantem ac vitæ manifestam advertere pastores, et dignitate formæ haud degenerem reputantes,

tutis eriperetur. *Ille primo osculari, erigere, excitare, modo magnitudinem* animi ejus *suspiciens, modo formidine anxius, ne quis destituta* fœmina *frueretur. Demum vehementia cupidinis, et scelerum haud expers, nudat acinacem, sauciatamque ad littus Araxis trahit, et in profluentem mittit, ne cadaver etiam abriperetur. Ipse vesanus ad Iberos, ad patrium imperium perrumpit. Interea pastores animadvertere Zenobiam (sic fœmina vocabatur) tranquilla illuvie trahentem animam, ac vitæ compertam, et ex specie ac forma oris eximia haud ignobilem* esse *fœminam*

2 Sic Ryckius e Mss. Flor. Reg. et Agr. Vulgo, *ad ripam.*—3 Duriusculum, *trahit, tradit.* Unde Ernestus putat Tacitum scripsisse, *vulneratamque ripam ad Araxis flumini tradit.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *trahit, flumini traditam, ut corpus etiam auferretur.* Brotier.—4 Cod. meus: *ad Hiberos.* Unde Nicolaus Heinsius: *ipse præceps ad Hiberos patrium in regnum pervadit.* Ryckius. —5 Videtur scribendum, *eluvie*, ut XIII. 57. 'non ut alias apud gentes eluvie maris, arescente unda:' docente J. F. Gronovio ad Livii l. I. c. 4. *Idem.*

NOTÆ

maximum solatium et jucundissimum lenimentum fuit; cum domo enim et penatibus vagari se credidit, uxore simul exulante.

[k] *Violentia amoris*] Usque adeo, quo violentior amor est, eo crudelius sævit; ita ut sibi soli amet ille. Occidit et amat; usque adeo monstrum amor hominis est.

[l] *Distringit acinacem*] Nemo est qui nesciat esse Medorum Persarumque gladium, teste Horatio. *Ferrettus.*

[m] *Araxis*] Araxes, fluvius Armeniæ majoris, &c. cum Cyro fluvio in mare Caspium defertur: hodie vocatur *Aras*, labitur per provincias *Armenik*, *Scirwan*, et *Adirbeitzan* in Persia hodierna, &c.

Ubi vero jungitur cum fluvio *Kur*, tunc a Persis recentioribus ambo vocantur *Kanschan*, et simul labuntur in mare *Kulsum* sive *Tabristan*. Ex Chartis Sansonis, Cantelli, Itinerario Olearii, &c. *Tillemonius.*

[n] *Ne corpus etiam auferretur*] Exemplum habes apud Herodotum hominis usque adeo insanientis, ac misere depereuntis fœminam, ut eam defunctam exhumaret, stuprumque huic libitinæ veneri inferret. Intelligit hic, ne corpus reginæ mortuæ etiam in captivitatem auferretur, ne in potestate hostium esset corpus adamatum.

[o] *Regnum pervadit*] Anno Romæ conditæ 804. Christi 51. ut supra c. 41. *Tillemonius.*

[p] *Placida illuvie*] Videri *eluvie* legendum diximus ad Livii I. 14. *Gronovius.*

obligant vulnus, agrestia medicamina adhibent; cognitoque nomine et casu, in urbem Artaxata ferunt: unde publica cura deducta ad Tiridaten, comiterque excepta, cultu Regio habita est.

52. Fausto Sylla, Salvio Othone Coss. Furius Scribonianus in exilium agitur, quasi 'finem Principis per Chaldæos[q] scrutaretur:' annectebatur crimini 'Junia mater ejus,' ut 'casus prioris'[r] (nam relegata erat)[s] 'impatiens.' Pater Scriboniani, Camillus, arma per Dalmatiam moverat.[t] Id-

conjectantes, cohibent sanguinem, rustica fomenta adhibent, compertoque vocabulo ipsius et infortunio, ferunt eam *in oppidum Artaxata: unde publico sumtu ducta ad Tiridatem, civiliter habita, et paratu regio excepta est.*

Fausto Sylla, Salvio Othone consulibus Furius Scribonianus exilio pellitur, tanquam in mortem Cæsaris per Chaldæos inquireret. *Adjungebatur criminationi* parens ejus Junia, *velut* infortunii prioris, *(quippe relegata fuerat)* intolerans. *Camillus pater Scriboniani bellum apud Dalmatiam concitarat.*

NOTÆ

[q] *Chaldæos*] Vide notas l. VI. c. 20. *Tillemonius.*

[r] *Casus prioris*] Quia, puto, relegata fuerat, cum maritus ipsius Camillus rebellasset adversus Claudium. Et quia Junia impatiens videbatur talis dominationis, idcirco annexa est crimini filii: nempe accusata est quæsivisse per Chaldæos in mortem Claudii; sperans forte reditum in Urbem, si ille interiisset.

Sic multi jam damnati et relegati, ob nova crimina retracti sunt in Urbem, et præcipue accusati, quod magica sacra vel Chaldæos consultassent; et forte id per otium in exilio usurpabant, erantque hæc inter flagitia temporum illorum.

[s] *Relegata erat*] Relegata erat tum, cum maritus ipsius Camillus damnatus fuit ob rebellionem, et in loco exilii sui tale crimen moliebatur ipsa. *Ut casus prioris*, id est, relegationis impatiens.

Relegata fuerat] Nempe eo tempore quo rebellaverat maritus in Dalmatia: non forte quia particeps esset defectionis, sed odio dominantium, quod sufficit ad crimen.

[t] *Arma per Dalmatiam moverat*] De hoc motu sic Sueton. Claud. 13. 'Bellum civile movit Furius Camillus Scribonianus, Dalmatiæ legatus; verum intra quintum diem oppressus est, legionibus, quæ sacramentum mutaverant, in pœnitentiam religione conversis; postquam denuntiato ad novum imperatorem itinere, casu quodam, an divinitus, neque aquila ornari, neque signa convelli, moverique potuerunt.'

Et c. 36. 'Motu civili cum eum Camillus, non dubitans etiam citra bellum posse terreri, contumeliosa et minaci et contumaci epistola cedere imperio juberet, vitamque otiosam in privata re agere, dubitavit, adhibitis principibus viris, an obtemperaret.'

Teste Dione, Camillus in insulam Issam delatus, spontaneam mortem sibi conscivit, derelictus a legionibus.

Addit Dio lib. LX. 'Claudius qui eatenus in tanto metu fuerat, ut paratus esset ultro ei cedere principatu, recepto tum animo, militibus cum

que ad clementiam trahebat[u] Cæsar, quod[t] stirpem hostilem iterum[v] conservaret. Neque tamen[w] exuli longa posthac

Idque ad clementiam vertebat Claudius, quod filio hostis sui *veniam et incolumitatem rursus tribueret. Neque tamen postea diu vixit exul, sive fortuito*

1 Sic Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editio princeps. Puteolanus, *qui*. Brotier. Ita Flor. et meus: Beroaldus et Rhenanus, *qui stirpem;* quod J. F. Gronovio magis arridet propter elegantiam. Reg. *quod stirpem hostilem interritum conservare;* corrupte. *Ryckius.*

NOTÆ

aliis donis gratias egit, tum effecit, ut Legiones, et septima et undecima Claudianæ fideles et piæ a senatu appellarentur. Insidiarum autem conscios conquisivit, et ea causa permultos, interque eos, prætorem quendam, postquam se magistratu abdicasset, necavit; multi vero et Vinicianus ipse, sibi manus attulerunt.'

Sed præmiis donatos illos a Claudio milites, summa virtute et constantia damnatos, interfecit L. Otho pater Othonis, qui postea imperavit.

Sueton. Otho. I. 'Pater L. Otho materno genere præclaro, &c. Urbanos honores, proconsulatum Africæ, et extraordinaria imperia severissime administravit. Ausus etiam est in Illyrico milites quosdam, quod motu Camilli, ex pœnitentia præpositos suos, quasi defectionis adversus Claudium auctores, occiderant, capite punire: et quidem ante principia se coram, quamvis ob id ipsum promotos in ampliorem gradum a Claudio sciret.'

Quod mirum est, Camillum vindicaverat Otho ipse gloriose in castris, dein et consulatu ipsius, contigit, ut fere eodem crimine, Camilli filius subverteretur.

Dalmatiam] Vide notas lib. VI. c. 37. *Tillemonius.*

[u] *Ad clementiam trahebat*] Sic Dio lib. LX. 'Quidam tamen nocentissimorum, partim gratia, partim pecunia, Messallinæ et Narcissi, sociorumque e Cæsareis, interventu, mortem vitarunt. Liberis necatorum impunitas omnibus concessa, quibusdam etiam relicta paterna bona.'

Sic data venia ipsi Camillo filio Scriboniani rebellis, quamvis occisus esset pater, et relegata mater ejus Junia: huic forte et relictæ opes.

[v] *Quod stirpem hostilem iterum*] Jam filio Furii Claudius veniam dederat, cum rebellasset pater apud Dalmatiam, et rursus eum servabat incolumem, postquam in finem principis per Chaldæos scrutatus esset; idque in clementiam trahebat Claudius.

Nam filium hostis, licet vel insontem, vivere non patiuntur magistri dominationis. Sic filius Vitellii statim occisus a Flavianis.

Sic fratris Othonis filius et alii. Eo magis metuendus Scribonianus, quod e gente prisca et illustri Furiorum, seu Camillorum esset ortus.

[w] *Neque tamen*] Sic intelligit: *neque tamen exuli* Scriboniano *longa posthac vita fuit*, an quia *morte fortuita*, an quia *per venenum extinctus esset*, dubium; *ut quisque credidit, vulgavere.*

Hujusmodi particulas perpetuo spernit Tac. Quæ supplendæ per mentem, eæque intelligendæ, non legendæ sunt. Vel sic; incertum, an morte fortuita, an per venenum periisset. Τὸ *an* satis indicat, incertum illud fuisse.

vita fuit: morte fortuita, an per venenum extinctus esset, ut quisque credidit, vulgavere.[x] 'De mathematicis Italia pellendis'[y] factum Senatus consultum, atrox et irritum.[z] Laudati dehinc oratione Principis, 'qui ob angustias familiares ordine Senatorio sponte cederent,' motique,[a] 'qui remanendo impudentiam paupertati adjicerent.'

53. Inter quæ refertur[1] ad Patres 'de pœna[b] fœminarum,

exitu, sive veneno raptus esset, ut quisque opinabatur, publicavere. Factum est decretum Patrum de ejiciendis Italia Mathematicis, *immane et inane. Celebrati postea concione Cæsaris*, qui ob inopiam rei familiaris, senatu sponte abirent, *pulsique* qui permanendo audaciam egestati adjungerent.'

Interea tractatur apud Patres de pœna mulierum, quæ cum servis coirent; *de*

1 Sic Puteolanus et recentiores. Editio princeps, *refert*.

NOTÆ

[x] *Ut quisque credidit, vulgavere*] Possit forte intelligi tantum de rumore publico. Nam prout quisque affectus est, ita sentit et loquitur; hincque existit fama diversa, quæ tamen semper atrox im mortem principum.

Alii tamen intelligunt de historicis, qui talem mortem scripsere et tradidere posteris, prout quisque credidit: intellige de scriptoribus ejusdem ævi.

Statim, prout quisque credidit, narravit, et in vulgus protulit; sic et historici prout audivere, aut rumori fidem adhibuere, ita et scripserunt.

[y] *De mathematicis Italia pellendis*] Forte ea occasione factum illud senatusconsultum atrox, nempe per adulationem in principem; quod in ejus finem per Chaldæos scrutatus esset Camillus.

Et puto, id additamentum fuit sententiæ Patrum nonnullorum, quasi id e Repub. esse censerent: at potius e privata sua et propria causa talia per adulationem in dominantes censebant, de Republica haud anxii, immo per flagitium publicum sæpe hæc et similia promebant in senatu.

De mathematicis Italia pellendis] Ad quod forte allusit Seneca in Ludo: 'Annus sexagesimus et quartus est, ex quo cum anima luctatur. Quid huic invides? patere mathematicos aliquando verum dicere, qui istum, postquam princeps factus est, omnibus annis, omnibus mensibus efferunt, et tamen non est mirum, si errant: horam ejus nemo novit: nemo enim illum unquam natum putavit.'

Mathematicis] Anno Romæ conditæ 805. Christi nati 52. Vide notas cap. 51. *Tillemonius.*

[z] *Et irritum*] De his I. hist. 22. Tac. 'Genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in civitate nostra, et vetabitur semper, et retinebitur.'

[a] *Motique*] Sic Dio lib. LX. 'Movit tum senatu aliquos Claudius, quorum plerique non inviti, sed libenter propter egestatem exciderunt. Et cum Surdinius quidam Gallus, cui ad senatorium ordinem tuendum opes sufficiebant, Carthaginem migraret, celeriter eum Claudius revocavit, aureisque se compedibus ligaturum dixit. Ergo dignitate a principe illigatus, Romæ mansit.'

[b] *Refertur ad Patres de pœna*] Hoc

quæ servis conjungerentur:' statuiturque, 'ut ignaro domino[c] ad id prolapsæ,[2] in servitute: sin consensisset,[d] pro libertis

cerniturque, ut *quæ*, inscio domino *servi*, ad id flagitii proruisset, in servitutem suam consensisse censeretur; et ex his orti filii, pro libertis reputarentur. *Ba-*

2 Bene Ryckius e Ms. Agr. *Ignaro domino, ad id prolapsa, in servitute: sin consensisset, pro liberta haberetur.* Probabat quoque Lipsius e Ms. Farnes. qui eadem omnino habet, præter quam quod pro *sin* habet *si*. Ita quoque Ms. Corb. In Ms. Flor. et editione principe, *ignaro domino, ad id prolapsa in servitute sui consensisset: pro libertis haberentur.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ignaro domino ad id prolapsa: in servitutem sui consensisset: et qui nati essent pro libertis haberentur.* Quot inde natæ sint conjectationes immensum foret dicere. Has vide, si lubet, apud Taciti interpretes: novasque, nec meliores, in Actis eruditorum Lipsiensium reperies, Annis 1732. p. 290. 1733. p. 431. 1741. p. 718. Accuratam autem esse, quam sequimur, Mss. codicum Agr. et Farnes. scripturam probat Paulus, libr. IV. Tit. 10. *Brotier.* A Brotiero et Homero sic scribitur, *ad id prolapsa, in servitute: sin consensisset, pro libenta haberetur.* Gronovius habet *consensissent.*

NOTÆ

dictum fuit *Senatusconsultum Claudianum:* auctor Tribonianus in Institutionibus, titulo de successionibus sublatis, quæ fiebant per bonorum possessionem: et de Senatusconsulto Claudiano. *Ferrettus.*

Idem statuit D. Vespasianus, auctore Suetonio in vita, cap. 11. Præterea de eodem tractatus est in Justinianeo Codice de mulieribus, quæ servis propriis se conjunxerunt. *Lupanus.*

De pœna fœminarum] Hic duplex pœna statuitur, nempe, ut ipsæ fœminæ ad id prolapsæ, servæ essent, puto, ipsius domini, cujus erat servus, cum quo conjungerentur: altera pœna, nempe, ut liberi nati ex tali copula, liberti essent, haud dubie ipsiusmet, ad quem servus ille pertinebat.

De ingenuis mulieribus id statutum: nam fœminæ quæ jam servirent, et cum alieno servo jungerentur, haud dubie propterea primo possessori seu domino auferri non debuerunt.

Et fœminæ ingenuæ, quæ stant matrimonio, cum alienis servis jungerentur, debuerant talis adulterii damnari, priusquam in servitutem vindicarentur.

Si autem jungerentur cum servo proprii mariti, fiebant sic ex matrefamilias servæ conjugis sui, et sic desinebant esse uxores: quod non leve supplicium ingenuæ fœminæ, quæ opes attulisset in dotem. Siquidem serva fiebat mariti quem offenderat, nec unquam potuit abire, nec per dissidium; et sic fiebat serva pœnæ perpetuæ, quo metu, a flagitiis et libidinibus maxime deterreri debuit.

Sed postea constitutum a Constantino lege 7. Cod. 'De mulieribus quæ se servis propriis junxerant.' Nempe si propriis servis junguntur, capite plectuntur, et igni verbero deputatur: filii autem in nuda manent libertate, exuti omnibus dignitatibus, nec ex bonis maternis capiunt quicquam. *Aurelius.*

[c] *Ut ignaro domino*] Sic vertit interpres Hispanus: *Ut si inscio domino, ad id prolapsa esset, pro serva, gnaro domino, pro liberta haberetur.*

NOTÆ

Ignaro domino] Sunt qui sic interpretentur: Modo dominus servi non esset conscius; nam si sciens et particeps esset talis flagitii, sic videbatur indignus gratia legis, quæ ipsi tribuebat jus dominii in illam fœminam, licet ingenuam, quæ se illius servo junxisset: quo jure seu privilegio, etiam ille servus longe majoris pretii fiebat.

Nam vel ipsa fœmina magna pecunia redimere illum hominem, quem deperibat, a servitute potuit, vel ipsa servitio mancipari cum liberis, qui ex tali contubernio nascerentur. Quod non meruit dominus servi, si flagitii conscius aut particeps: nam potuit fraus ejus intervenisse in fallenda aut allicienda fœmina in talem libidinem.

Ignaro domino] Nam si favisset ac consensisset dominus servi, sic potius meruit amittere jus in servum, quam mulierem liberam vindicare in servitutem.

Nam sic talis flagitii reus et conscius foret. Cum decretum illud non habeamus integrum, scire non possumus, quid cautum esset adversus talem dominum: sic et multa alia capita hujus Senatusconsulti, et aliorum, ignorantur.

[d] *In servitute: sin consensisset*] Vulgo *in servitutem sui consensisset;* et aiunt non dubiam sententiam esse hanc: mulierem liberam, quæ cum alieno servo solita sit domino insciente, servam fieri velut proprio consensu: et natos item ex iis, liberos non haberi. Itaque nunc nuper ecce emendavit vir doctus; *Ut ignaro domino ad id prolapsa in servitutem ceu consensisset: et qui nati essent, pro liberis ne haberentur.*

Sed mihi per bonam gratiam jus sit dissentire. Nego alterum illud membrum, de natis ex eo cœtu in servitutem habendis, usquam reperiri in legum libris: aio contra jus esse.

Favor libertatis exposcit, ut nati e libera, sint liberi: adeoque superveniens calamitas matris, nocere ei qui in utero est, non debet, ut sufficiat, matrem liberam vel medio tempore habuisse. Paulus lib. II. Senten. tit. 24. Marcianus lib. v. de statu hominum. Quo jure ergo servi isti?

Clementius vulgata lectio aiebat, *pro libertis haberentur:* sed non verius. Quomodo enim libertus, qui nunquam servus? Adde quod in manuscriptis vestigium nullum ejus membri. Verba, inquam, ea, *et qui nati essent*, absunt manuscriptis omnibus, etiam Budensi.

Ut mihi quidem Farnesiani codicis scriptura certa sit: *ut ignaro domino ad id prolapsa, in servitute: si consensisset, pro liberta haberetur:* optime.

Duplex videlicet ejus Senatusconsulti membrum, in eas quæ ignaro, quæque sciente domino, peccatum id peccassent. Et si quidem ignaro, ait lex, serva esto: sin volente, habetor pro liberta. Omnino enim propositum legislatori, a servili contubernio abstinere lubricum sexum: et sive sciente, sive inscio domino ea mixtio, posuit pœnam. Sed ἀναλόγως, et pro gradu noxæ intentiorem, remissioremque.

Sed cui rei, inquies, fuerit pro liberta? huic nempe, ut vinculo aliquo teneatur domino servi, ad operas libertorum aliaque ejus ordinis præstanda. Jus item domino in fœminæ bonis: et quicquid in veram libertam. Sed recte, *pro liberta:* non enim liberta vere.

Retulit hoc ipsum decretum postea, (credo, quia exoleverat, licentia temporum et inusu) Vespasianus princeps, de quo Sueton. 'Auctor senatui fuit decernendi, ut quæ se

haberentur.'[n] Pallanti, quem 'repertorem[e] ejus relationis' edi-

rea Soranus Consul designatus decrevit Pallanti, quem istius constitutionis invento-

NOTÆ

servo alieno junxisset, ancilla haberetur:' ita tamen ut apud Jurisconsultos nomen manserit consulti Claudiani: non a Claudio Pallante, qui repertor, sed a Claudio principe qui retulit.

Tertullianus item aspexit ad uxorem lib. II. 'Nonne insuper censuerunt (Romani) servituti vindicandas, quæ cum alieno servo, post dominorum denuntiationem, in consuetudine perseverarunt?' Plura ad hanc rem petes, si operæ tibi est, a P. Fabro lib. I. Semestr. c. 25. Revera enim ad asciam factum, quicquid dedolavit ille Faber. *Lipsius.*

[n] *Et qui nati essent pro liberis haberentur*] Hæc verba, *et qui nati essent*, non sunt in Budensi codice. Divino sic Tacit. scripsisse: *Statuiturque ut ignaro domino ad id prolapsa, in servitute; sin consensisset, pro libertis haberentur.* Rhenanus.

Senatusconsultum hoc factum Claudianis temporibus; Claudianum quoque nomen habet. Continet autem, ut libera mulier servi consuetudine capta, terque a domino servi coram septem testibus nuntiata, ni abstineret, prolata denuntiatione trina prætori aut præsidi in Urbe provinciisve, cum bonis omnibus quæ haberet, domino servi addiceretur.

In rebus namque Veneris servo submissa, in aliis conserva ut esset, Senatui concessisse videbatur. Sed tandem Cæsaris Justiniani constitutione sublata est ex SC. Claudiano manus injectio, et in servitutem redactio, Codicis Imperatorii lib. VII. tit. 24. et Institutionum lib. III. tit. 12. *Vertranius.*

Non jure bono hæc emendantur, nec integrum Senatusconsultum Claudianum a Tacito refertur: quippe qui jurisconsulti partes non exequatur. Fœmina quæ ignaro domino cum ejus servo consuevisset, conserva fiebat, et nati ex hujusmodi concubitu, pro libertis habebantur.

Quæ de matre dicuntur, Justinianus affirmat obtinuisse l. I. c. de Senatusc. Claud. tollend. 'Ne ea, quæ libera constituta est, vel semel decepta, vel infelici cupidine capta, vel alio quocumque modo contra natalium suorum ingenuitatem, deducatur in servitutem:' quæ de filiis, nusquam legi.

Sed si pœna irroganda, quænam ea congruentior? Nasci eos *servos* impium est, nec in favorem libertatis, cui præcipue Jurisconsulti ac Imperatores cautum voluere: *liberos*, illegitimum, ut qui statim matrem a servi complexibus habuerint servam.

Eruditissimus vir *liberos* oriri credit, qui ex tali conjugio nascerentur: quasi ei qui in utero sit, nocere non debeat superveniens calamitas matris. Vera per se sunt, sed hic locum non habent; nam hi nunquam in utero matrem liberam habuerunt.

Idem quærit, quomodo libertus esse possit, qui servus nunquam fuit? Prius mihi respondeat, quo pacto *liberta* recte dicatur ea, quæ haud extitit serva.

Hæc dico, quia ipse sequitur codicem Farnesianum, unde habemus: *Ut ignaro domino ad id prolapsa, in servitute; si consensisset, pro liberta haberetur.* Si *pro liberta* improprie, ego idem in *pro libertis.* Salinerius.

Pugnant hic viri docti, et ego libenter pugnam illis relinquo. Tantum moneo, a Flor. etiam abesse verba, *et qui nati essent.* Ibi enim legitur:

NOTÆ

in servitute sui consensisset, pro libertis haberentur. Pichena.

Quid pugnamus pro verbis, quæ Taciti non sunt, et specie inhibendi correctiones, genus corrigendi maxime anceps et rarissime felix tuemur? *Budensis, Farnesianus, Florentinus*, agmine facto, ejurant, quod de filiis alibi nusquam se legisse fatetur et Salinerius.

Idque sine dubio sarcinatorum cujusdam est, leviter corruptos locos, qui litera una alterave demta, vel addita, vel mutata, restituebantur, pro ingentibus hiatibus supplentium.

Pellexit in fraudem vox *libertis*, quam quo referret, quia non videbat, ipse aliquid commentus interposuit: cui locus non erat, si, ut est in Farnesiano, *liberta* reperisset.

At, inquit, sic nati statim matrem a servi complexibus habuerunt servam. Hoc parum est pro Jureconsulto loqui, quem scire oportebat, non pro serva habitam, nisi post trinas denuntiationes. Deinde hoc non eo valebat utique, ut mancipium fieret (nisi forte in humilibus et egentibus personis) quam ut et suam et assumti mariti libertatem ab hujus domino emere compelleretur.

Itaque caute Tacitus, *in servitute haberetur*. Quemadmodum enim aliud est *esse in libertate*, aliud *esse liberum*, teste Fabio, declam. 340., sic aliud est, *servam esse*, aliud *in servitute esse*.

Roganti Lipsio, quemadmodum libertus esse possit, qui servus nunquam fuit? reponit quo pacto *liberta* dicatur, quæ non servierit: hæc paria non sunt. Mulieris enim culpa est subeuntis jugum, cui leges eam infamiam statuerunt: nulla culpa fœtus est.

Quin rem diligentius consideranti liquebit, nihil tale nec potuisse de natis ex eo conjugio constitui, nec necesse fuisse, cum jure communi satis cautum esset.

Nam qui ante denuntiationes istas provenerant, nec servierant, nec libertini, sed ingenui, quia non mutabat mulier statum, nisi postquam dominus servi denuntiasset.

Si vero factis denuntiationibus, non abstinuit servo mulier, neque libertatem utriusque redemit, et plane serva facta est; si quod inde nascitur, conceptum est antequam mater justam servitutem subiret, haud dubie liberum est; quod simul concepit et parit jam ancilla, servum est ex communi jure. *Gronovius*.

Pro libertis] Denuntiationum domino factarum Ulpianus, Tertullianus, et Justinianus mentionem habent: et Paulus, nulla denuntiatione a domino facta, mulierem quæ alieno servo se junxisset, in servitutem redigi non solitum, satis indicat in quadam facti specie.

In qua specie mulieri, ad pecuniam, quæ dotis nomine data servo, et sub titulo depositi, in cautionem collata fuerat, recuperandam, in servi defuncti dominum actionem de peculio et causa depositi competere (cum inter servum et liberum civile judicium consistere non possit) nullaque sit ancillæ adversus dominum actio, recte respondit.

Adde quod septem testibus civibus Romanis præsentibus, tertio ex Senatusconsulto Claudiano denuntiandum probat interpretatio rescripti cujusdam Constantiniani vetus, quæ hodieque extat in Codice Thedosiano, in quo etiam Juliani principis verba proponuntur, quæ id quod de denuntiationibus diximus, plane astruunt: hæc fere sunt.

‘ Senatusconsultum Claudianum firmum esse censemus, omnibus constitutionibus, quæ contra id latæ sunt,

derat Cæsar, ‘ Prætoria insignia,[f] et centies quinquagies sestertium[g]’ censuit Consul designatus, Barea Soranus:[h] additum

rem *esse dixerat Cæsar*, ornamenta prætoria, et centies quinquagesies sester-

NOTÆ

penitus infirmatis, ut libera sociata, non aliter libertate amissa, nexu conditionis deterrimæ astringatur, nisi trinis denuntiationibus ex jure pulsata,’ &c.

In quam sententiam Arcadius et Honorius Imp. ita rescripserunt: ‘ Cuncti provinciales agnoscant, nisi trinis denuntiationibus, liberæ fœminæ servorum consortiis arceantur, nullo modo posse eas ad servitium detineri.’ P. Faber. l. I. Semest. 25.

[e] *Repertorem*] Bene *repertorem*; non enim potuit Pallas rem eam referre, aut promere apud Patres; non enim Senatorius aut consularis, puto nec tum, nec postea, licet prætoria insignia consecutus sit. Fuerunt ea tantum decora et ornamenta dignitatis, non dignitas proprie, et ut in tali persona, in alio homine qui senatorius esset, veræ præturæ locum habere id *insigne* potuit, et viam sternere ad secundam præturam. Nam hæc insignia primæ præturæ locum habent, quasi vere dignitatem obtinuisset, et etiam parare aditum ad consulatum, ad imperia etiam extraordinaria. Sed hæc decora jam sic nimia homini, *pedibus* Romam *qui venerat albis.*

[f] *Pallanti, &c. prætoria insignia*] De quo inscriptio.

TI. CLAVDIVS. AVG. L.
PALLAS.
HVIC. SENATVS. OB. FIDEM
PIETATEM. QVE. ERGA
PATRONOS. ORNAMENTA
PRÆTORIA. DECREVIT.
ET. H. S. CENTIES. QVIN
QVAGIES. CVIVS. HONORE.
CONTENTVS. FVIT.

Et indignatur jure in hoc facto major Plinius, libro XXXV. (nam ad Pallantem ea refero) cap. penult. ‘ Hoc est insigne venalitiis gregibus, opprobriumque insolentis fortunæ; quos et nos adeo potiri rerum vidimus, ut prætoria quoque ornamenta decerni a Senatu, jubente Agrippina Claudii Cæsaris, viderimus: tantumque non cum laureatis fascibus remitti illo, unde cretatis pedibus advenissent.’ Itemque minor l. VIII. Epist. 5. quem vide. *Lipsius.*

Pallanti, &c. Prætoria insignia et centies quinquagies HS.] Quod refert Cornelius, inscriptum fuit Pallantis monumento, via Tiburtina, intra primum ab urbe lapidem.

Plinius Cæcilianus ad Montanum 7. et 8. Epistolarum annotavit his verbis. HVIC. SENATVS. &c. CVIVS. HONORE. CONTENTVS. FVIT. Scilicet oblatam ex ærario liberalitatem a S. P. Q. R. donumque sprevit; et ait Plinius, ‘ quod solum potuit, tantis opibus publice oblatis, arrogantius fecit quam si accepisset.’ *Vertranius.*

[g] *Centies quinquagies*] Sunt Trecenta et septuaginta quinque millia coronatorum; vel unus millio et insuper centum et viginti quinque millia librarum.

[h] *Consul designatus Barea Soranus*] At neque anno proximo, neque ultra, consulem Baream invenio. Similiter l. XIV. ait: ‘ Censuitque Junius Marullus Consul designatus, adimendam reo præturam.’ Et l. XV. in fine: ‘ Cerialem Anicium consulem designatum pro sententia dixisse.’ Et tamen horum neuter reperitur inter consules anni sequentis.

a Scipione Cornelio, 'grates publice agendas, quod, Regibus Arcadiæ ortus,[i] veterrimam nobilitatem usui publico postponeret, seque inter ministros Principis haberi sineret.' Asseveravit Claudius, 'contentum honore[j] Pallantem, intra priorem paupertatem subsistere.' Et fixum est ære publico[3][k] Senatus

tium. *Adjecit Cornelius Scipio*, gratias *illi* publice referendas *esse*, quod regia Arcadum stirpe procreatus, utilitatem publicam vetustissimæ nobilitati *suæ* anteferret, seque inter administros Cæsaris haberi pateretur. *Affirmavit Claudius*, contentum decore Pallantem, intra pristinam paupertatem permanere

3 Ita Puteolanus. In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *fixum est publice*. In Ms. Flor. lacuna est ante *publico*. Alia, sed antiqua, manus supplevit, *ære*. Minime audiendus Cl. Ernestus, qui suspecta habet *fixum est ære publico*, et emendat, *fixum est foro D. Julii Cæs.* Liquet ex ipsa Plinii, VIII. 6. epistola, quam laudat, optimam esse vulgatam scripturam. Sic enim ipse Plinius:

NOTÆ

Censeo designatos eos, non in priores duos menses, Januarium et Februarium, qui fastis nomen dabant, sed in duos alios ex sequentibus.

Nam duobus tantum mensibus, illo et inferiori ævo, Consulatus habebatur, quo pluribus honos impertiretur.

Patet hist. l. I. ubi Tacitus de Othone ait: 'Consul cum Titiano fratre in Kal. Martias ipse, proximos menses Verginio destinat.' Et paulo post: 'Cælio ac Flavio Sabinis in Julias, Ario Antonino et Mario Celso in Septembres.' *Pichena.*

Barea Soranus] Lego in lapide:

Q. MARCIO. BAREA.

T. RVSTIO. NVMMIO. COSS.

Si de isto; habemus viri celebris gentile nomen. *Lipsius.*

Barea Soranus] Miror, Baream Soranum tantæ virtutis et gravitatis virum, eo assentationis provectum in illa flagitia aulica, ut ornamenta prætoria servo censeret. Sed id haud dubie Agrippina molita est, quæ tum rerum potens, et quia ille consul designatus, abnuere non potuit.

Et video hic, non sine summa arte fœminæ, asciri duos viros, alterum virtute et sapientia, Baream nempe, et claritudine generis alterum, ac nobilitate majorum, nempe illustrem Scipionem. His artibus augustissimo ordini, legibus, et imperio illudebat Agrippina.

[i] *Regibus Arcadiæ ortus*] Vide quæso mancipium hoc togatum. Pallantem ad regum stirpem refert: credo, quia Pallas aliquis Virgilio aliisque inter Arcadum reges. O opprobrium omnium Scipionum: et dignissime domino Pallante!

Nos hunc nequissimum servum trans mare advectum inter venales ex Plinio scimus, et eundem Antoniæ matri serviisse, ex Josepho l. XVIII. qui Πάλλαντα appellat τὸν πιστότατον τῶν δούλων αὐτῆς: id est, *fidelissimum servorum ipsius.* Ab ea ergo ad Claudium pervenit. *Lipsius.*

Arcadiæ] Vide notas XI. 14.

[j] *Contentum honore*] Vel intelligit absolute et simpliciter, contentum esse *honore* talis inventi, seu talis constitutionis, opponendo *honorem* hunc pecuniæ et opibus, quæ illi offerebantur: vel intelligit, *contentum* esse Pallantem *honore*, id est, insignibus prætoriis, quæ referente Consule designato, ipsi decreta erant a Senatu.

[k] *Fixum est publiço*] Ita libri scrip-

consultum, quo libertinus, sestertii ter millies[l] possessor, antiquæ parcimoniæ laudibus cumulabatur.

54. At non frater ejus, cognomento *Felix*, pari moderatione agebat, jam pridem[m] Judææ[n] impositus, et cuncta

velle. *Et inscriptum est ære publico Senatusconsultum, quo libertus sestertii ter millies possessor, priscæ frugalitatis honore extollebatur.*

Sed frater ejus cognomine Felix, *non simili modestia se gerebat, jam olim Judææ*

'Placuit ÆRE signari omnes honores fastidiosissimi mancipii .... Incisa et insculpta sunt PUBLICIS æternisque monumentis prætoria *Pallantis;* sic, quasi fœdera antiqua; sic, quasi sacræ leges.' *Brotier.* Cod. Flor. *Et fixum est .... publico S.* sed, *ære* non antiqua sed hesterna manu, juxta collationem Gronovianam, ascriptum. Reg. et meus sine lacunæ suspicione: *Et fixum est publice senatusconsultum;* quam lectionem vulgatæ præferrem: nisi in ipso Senatusconsulto apud Plinium legerem: 'ea quæ quarto Kalendas Februarii, quæ proxime fuissent, in amplissimo ordine optimus Princeps recitasset, Senatusque consulta de his rebus facta, in æs inciderentur, idque æs figeretur ad statuam loricatam Divi Julii.' Et hinc H. IV. 40. 'Sorte ducti, qui æra legum vetustate delapsa noscerent, figerentque.' *Ryckius. Ære* etiam abest in Gronov. Edit. et hiatus sic exprimitur.....

NOTÆ

ti; et non abhorret a Corneliana phrasi. At vulgo, *ære publico* legas, non sine additamenti suspicione. *Lipsius.*

Fixum est ære publico SC.] Ejus reliquiæ supersunt hæ. SED. CVM. PRINCEPS. OPTIMVS. PARENSQ. PVBLICVS. ROGATVS. A. PALLANTE. EAM. PARTEM. SENTENTIÆ. QVÆ. PERTINEBAT. AD. DANDVM. EI. EX. ÆRARIO. CENTIES. QVINQVAGIES. SESTERTIVM. REMITTI. VOLVISSET. TESTATVR. SENATVS. ET. SE. LIBENTER. AC. MERITO. HANC. SVMMAM. INTER. RELIQVOS. HONORES. OB. FIDEM. DILIGENTIAMQ. PALLANTIS. DECERNERE. COEPISSE. VOLVNTATI. TAMEN. PRINCIPIS. SVI. CVI. IN. NVLLA. RE. FAS. PVTARET. REPVGNARE. IN. HAC. QVOQ. RE. OBSEQVI. Acta hæc fuere IV. Kalend. Februarii, ut refert idem Plinius Epist. l. VIII. *Vertran.*

Fixum] Lacunam quæ est in Flor. codice retuli, *fixum est.....publico.* Necessarium existimans, defectus omnes notos facere. In margine autem ejusdem libri, alia, sed antiqua manu, additum est, *ære.* Pichena.

Ære publico] Quod inscriptum sit auctoritate publica, et loco publico.

[l] *Sestertii ter millies*] Sunt septem milliones, et præterea quingenta millia coronatorum; seu viginti et duo milliones, et insuper 500. millia librarum.

[m] *Felix, &c. jam pridem*] Non hercle ita pridem, si Josepho in gentili historia credendum. Præpositus enim demum Judææ est, post damnatum Cumanum. Josephus l. XXII. Ἰουδαϊκῆς ἀλώσεως, c. 22. clare: 'Postea,' inquit, 'Felicem Pallantis fratrem Judææ, Galilææ, Samariæ, et Perææ procuratorem mittit.'

Ut fortasse hic rescribendum sit, *Felix haut pridem Judææ impositus.* Hunc libertum Claudium Felicem, Josephus, Suidas, Zonaras, nominant; at Antonium Felicem Tacitus Histor. V. 'Antonius Felix per omnem sævitiam ac libidinem, jus regium servili ingenio exercuit.' Ne te turbet; scies plerosque istos e libertis Antoniæ matris fuisse; co-

malefacta sibi impune ratus, tanta potentia subnixo. Sane præbuerant Judæi speciem motus[a] orta seditione,[o] postquam

præpositus, et omnia flagitia sua inulta fore *putans, ut qui tanta auctoritate niteretur. Certe Judæi aliquam veluti seditionem concitarant, ac cœpta discordia, et illi*

NOTÆ

que binomines, alias principis, alias patronæ mortuæ nomen tulisse. *Lips.*

Felix] Qui teste Josepho l. xx. duxit uxorem Drusillam Judæam Agrippæ regis sororem, et nonnulli existimant, de altera ejusdem uxore loqui Tacitum hist. v. 'Antonius Felix per omnem sævitiam ac libidinem, jus regium servili ingenio in Judæa provincia exercuit; Drusilla Cleopatræ et Antonii nepte, in matrimonium accepta, ut ejusdem Antonii Felix progener, Claudius nepos esset.'

Drusilla hæc, quam duxit Felix, filia fuit Cyprus et senioris Agrippæ regis; ipsa Drusilla vera regina fuit: nupserat antea Regi Emisenonum.

Alias duas *reginas*, vel etiam duxit, vel forte simul habuit in amoribus; ita ut reginam unam loco uxoris, ceteras more regum, pellices haberet. Dicuntur autem *reginæ*, quia regio sanguine ortæ, nempe vel ex regibus Ægyptiis, vel Judæis, vel utrisque.

Ille autem apud Suet. Claud. 28. dicitur trium reginarum maritus; sic dictum de Cæsare, *omnium mulierum virum* fuisse. Nec puto, discrimen est hic, inter *virum* et *maritum*. Videtur innuere Sueton. Felicem illum fuisse simul *trium reginarum* maritum; quæ forte reginæ etiam dictæ, quia, more gentico, haberent partem regni sorores perinde ac fratres.

Sic præsidis seu procuratoris potentiam excessit Felix, cum non solum provinciæ, sed etiam militibus, qui erant in provincia, imperaret; idque auctoritate Pallantis fratris nixus.

Ambo fratres, ut puto, apud Antoniam minorem servitutem servierant; et ipse appellabatur *Antonius Felix;* et frater ipsius *Claudius Pallas.* Sic *insolentem ludum* ludit, quoties *voluit fortuna jocari.*

Jam pridem Judææ] Intellige de parte Judææ, nempe de *Samaritanis*, quibus præerat Felix, cum Cumanus *Galilæis* præesset. Postea si Josepho credimus, utrique præfuit Felix, pulso damnatoque Cumano, fultus haud dubie gratia et auctoritate fratris Pallantis.

[n] *Judææ*] Vide notas c. 23. supra. *Tillemon.*

[a] *Speciem motus*] Motum illum jam bis attigerat Tacitus, nempe historiarum v. 9. quas priores scripsit, dein ex professo, in historia Caii Cæsaris; nempe libris qui periere.

Unde conjicio, rem breviter hoc loco expediisse Tacitum. Itaque vel nihil hic, vel saltem pauca deesse putem. Si nihil desit ibi, et tantum perturbatus sit locus, sic poterit interpungi et intelligi: *Sane præbuerant Judæi speciem motus* orta seditione. *Postquam cognita cæde Caii haud obtemperatum esset, manebat metus, ne quis, &c.*

Vel supplenda particula *et* post τὸ *seditione* sic: *sane præbuerant Judæi speciem motus orta seditione: et postquam cognita cæde Caii, haud obtemperatum esset, manebat metus, &c.* Neque insolens genio Taciti, ut omittat conjunctiones. *Et* ibi pro *etiam.*

Sed postulabis, cur orta seditione? et quibus mandatis haud obtemperarunt Judæi? sed hoc facile intelligi, supplerique potuit ex superiore historia, qua prolixe hunc motum Judæorum, seditionemque tradiderat Tacitus; et cum jam antea bis eandem rem attigisset, nempe in histo-

C. Cæsari haud obtemperatum esset;[1 p] cognita cæde ejus,[2 q]

postquam nuntiata nece Caligulæ, non obsecuti erant; durabatque formido, ne quis

1 Editio princeps, *Sane præbuerant Judæis speciem motus orta seditione, postquam, cognita cæde ejus, haud obtemperasset. Monebat metus, ne quis Principum eadem imperitaret.* Puteolanus, *haud obtemperatum esset. Sed manebat metus. Sed* abest a Mss. Harl. et Corb. reperitur in Mss. Bodl. et Jes. in Ms. Jes. *obtemperatum est.* Interpretes, ut huic loco medicinam facerent, varias in sententias abiere. Primum, duce Rhenano, pro *cæde ejus* emendavere *cæde Caii,* repugnantibus libris scriptis et editis. Deinde post *cæde Caii* lacunam esse monuit Lipsius, quam supplevit Gronovius, mutata etiam vetere scriptura in hunc modum, *quanquam, cognita cæde Caii, edicto ejus haud obtemperatum esset.* Alii alias, pro arbitrio, minusque probabiles conjecturas protulere. Quam in Notis proposui, ea mihi videtur cum codicum scriptura mentequé Taciti omnino consentire. Sic enim Tacitus, Hist. v. 9. Judæi 'jussi a C. Cæsare effigiem ejus in templo locare, arma potius sumsere: quem motum Cæsaris mors diremit.' Hæc brevissime narrat Tacitus, quod fusius ea fuerat prosecutus in libris Annalium deperditis. *Brotier.*—2 Pro *ejus* Ryckius

NOTÆ

riis, et in rebus Caligulæ, hinc est, quod diu hic immorari non debuerit.

At si quid tamen desit, facile sic suppleri potest ex ipsomet Tacito. *Sane præbuerant Judæi speciem motus orta seditione,* cum *jussi* sunt a *Caio Cæsare, effigiem ipsius in templo locare. Et postquam cognita cæde ejus, haud obtemperatum esset, manebat metus, &c.*

Sed puto, pro genio Taciti, nihil ibi deesse: cum priores interpretes non satis hunc locum caperent, statim affixerunt asteriscum, ut et aliis locis, quos non intelligerent: sed frustra.

Præbuerant Judæi speciem motus] Cum imperasset Caius, poni suam imaginem in templo Hierosolymitano, præbuerant Judæi speciem motus, et orta seditio erat; et quia cognita cæde Caii, non obediverant jussui illius, manebat metus, ne quis sequentium principum eadem imperitaret.

Sicque morte Caligulæ nondum prorsus pacata seditio, nondum satis pacati animi gentis istius.

Et interim Felix intempestivis remediis delicta Judæorum accendebat, et ad nova crimina impellebat. Hæc breviter executus Tacitus, quia alibi rem fusius narraverat.

[o] *Orta seditione*] Imperaverat Caius effigiem suam in templo locari; hinc orta seditio, quæ morte illius placata est: attamen cum cognita cæde illius, non obtemperassent Judæi mandato Cæsaris, adhuc metuebant illi, ne princeps alius simile quid imperaret.

Sed huic discordiæ animorum, et metui intempestiva remedia adhibebat Felix; et sic potius delicta pervicacis gentis accendebat, quam sedabat.

[p] *Haud obtemperatum esset*] Sane hic nihil deesse puto. Si enim citra cædem Caii res fuisset, haud dubie Judæi rebellassent: jam vero hujus edictis hactenus non paruerant, ut etiam ad seditionem res claram venerit. Metuebant autem paria edicta a secuturis principibus: itaque jam in motu velut erant, nec nesciebant id Romani proceres. *Barthius.*

Suspicabar pro *postquam* scribendum *quanquam:* et quia pro *Caii,* quidam libri habent *ejus,* fuisse sic: *quanquam cognita cæde Caii, edicto ejus haud obtemperatum esset.* Nam quod illud fuerit edictum, voluit auctor repeti ex quinto historiarum.

sedata; manebat[3] metus, ne quis Principum eadem imperitaret. Atque interim Felix intempestivis remediis delicta accendebat, æmulo ad deterrima Ventidio Cumano,[r] cui pars provinciæ habebatur: ita divisis,[4 s] ut huic Galilæorum[t] natio; Felici Samaritæ parerent,[u] discordes olim[w] et tum,

Cæsarum eadem præciperet. Atque interea Felix inconsultis remediis flagitia incitabat, rivali ad pessima Ventidio Cumano, qui partem provinciæ curabat: ita partitis finibus, ut Ventidio Galilæorum gens obediret, Samaritæ Felici, quæ nationes

legit *Caii.*—3 Nicolaus Heinsius legebat: *haud obtemperatum est, et manebat.* —4 Ita bene Puteolanus. In editione principe, *divisit.* Mallet Gronovius,

NOTÆ

Videbatur sublata causa motus, morte furiosi principis. Narrat autem Tacitus nihilominus, quæ jam dudum coquebatur, seditionem ortam, etsi Caius interfectus, et edictum ejus abolitum foret. Quid ita? quia supererat metus, &c. *Gronov.*

q *Cognita cæde ejus*] Lacuna hic et hiatus, quem tamen ab historia facile explevero. Tangit enim motum illum Judæorum, qui Caligula imperante fuit, ob statuas ejus in templo erigi et coli jussas. Tacitus histor. l. v. 'Dein jussi a C. Cæsare effigiem ejus in templo locare, arma potius sumsere: quem motum Cæsaris mors diremit.' Et disce rem omnem e Josepho l. II. Ἁλώσεως, itemque XX. Ἀρχαιολογίας.

Tangit, assero, illum motum, argumento claro in his verbis: *Cognita cæde Caii.* Et: *manebat metus, ne quis principum eadem imperitaret.* Qui aliter medicinam afferunt, aberrant.

Sed quid hoc, inquiunt, ad Felicem, qui tanto post successit? Nam ille quidem motus, Petronio procuratore, fuit. Dicam, repetit rem ab alto Tacitus, et initia recenset motuum secutorum, quos auxit accenditque infelix iste Felix.

Apud Suidam tamen alterius mentio turbæ, cui componendæ Felix electus: 'Discordantibus Judæis adversus Christianos, imposuit ipsis Claudius Felicem, præcipiens ipsi ulcisci illos.' *Lipsius.*

r *Cumano*] Vide notas infra XV. 46.

s *Ita divisis*] Nempe ita divisis provinciæ partibus: τὸ *partibus*, supplendum ex his, *cui pars provinciæ habebatur;* vel *ita divisis*, Judæis nempe, ut huic Galilæi, illi *Samaritæ parerent.*

t *Galilæorum*] Galilæa provincia Judææ regionis ad septentrionem: divisa fuit in *superiorem*, ubi antea erant tribus Afer et Nephtalim, et *inferiorem*, in qua Tribus Zabulon et Isachar. *Tillemon.*

u *Felici Samaritæ parerent*] Apud Josephum, Felicis adhuc nullæ partes: contraque Cumanus a Samaritis stetisse legetur. Sed tu eum vide, non una in re a nostro dissentientem, l. XX. Antiq. c. 4. 5. *Lipsius.*

Samaria] Provincia Judææ regionis, in qua fuerant antea, dimidia tribus Manasse cis Jordanem, et tribus Ephraim. *Tillemon.*

w *Discordes olim*] Intellige Galilæos et Samaritas, qui oppidana æmulatione et diversa religione olim discordes erant; nunc et acrius exarserant, *contemtu regentium*, nempe Felicis et Cumani.

contemtu regentium, minus coërcitis odiis. Igitur raptare inter se, immittere latronum globos, componere insidias, et aliquando præliis congredi, spoliaque et prædas ad Procuratores referre. Hique primo lætari, mox gliscente pernicie, cum arma militum interjecissent,[5] [x] cæsi milites. Arsissetque bello provincia,[y] ni Quadratus, Syriæ rector, sub-

jam olim dissidebant inter se, *et tunc etiam, fastidio imperantium, offensionibus minus cohibitis. Itaque agere se et ferre invicem* Judæi et Samaritæ, *immittere latronum agmina, struere insidias, et interdum directa acie concurrere, spoliaque et opes raptas ad procuratores* suos *reportare. Hique primo gaudere, dein clade invalescente, cum arma interposuissent, interfecti* sunt *milites. Belloque flagrasset provincia, nisi Quadratus Syriæ proconsul succurrisset. Nec diu deliberatum ad-*

divisæ. Brotier.—5 Reg. *intercecidissent.* Meus: *intercecissent:* quasi ab Auctore esset: *intercessissent.* Ryckius.

NOTÆ

[x] *Cum arma militum interjecissent*] Hoc non licuit procuratoribus Cæsaris, idque stricte prohibitum sub severis principibus: unde et forte 'Claudius, causis rebellionis auditis, jus statuendi etiam de procuratoribus dederat.'

Cum arma militum interjecissent] Apud Tac. in vita Agric. 15. sic queruntur Britanni: 'Singulos sibi olim reges fuisse, nunc binos imponi; e quibus legatus in sanguinem, procurator in bona sæviret: æque discordiam præpositorum, æque concordiam subjectis exitiosam, alterius manus, centuriones, alterius vim et contumelias miscere.' Et lib. IV. 15. 'Adeo ut procurator Asiæ Lucilius Capito, accusante provincia, causam dixerit, magna cum asseveratione principis, non se jus nisi in servitia et pecunias familiares dedisse: quod si vim prætoris usurpasset, manibusque militum usus foret, spreta in eo sua mandata,' &c.

[y] *Arsissetque bello provincia*] Nonnulli intelligunt de bello civili. Sed non video, cur appellari debuisset bellum illud civile. Galilæi et Samaritæ inter se certant, primo latrociniis, insidiis, dein præliis; et ingravescente pernicie, interjecti milites Rom. a procuratoribus, nempe ut impedirent, et a discordiis nationes istas absterrerent. Non enim, ut puto, procuratores inter se decertare voluerunt cum suis quisque provincialibus et militibus. Immo tum interpositi milites, ut bello obstarent.

Igitur bellum illud primo fuisset inter Judæos ipsos; dein forte Judæorum, qui vicissent, adversus ipsos Romanos, qui provinciam componere conabantur; sicque arsisset externum bellum, ut revera exarsit postea sub Nerone.

Quia tamen initio arma militum interjecerant procuratores, ut prædam quisque ad se traheret, et dein ut partem adversam quisque cohiberet, in speciem saltem, certe tum bellum civile videretur, quia nempe arsisset inter ipsos Romanos, sociosque, qui invicem pro sua regione, pro finibus, limitibusque suæ provinciæ depugnassent, 'æmulo ad deterrima Ventidio Cumano.' Sed tum tantum hæc præludia latrocinantium certatim procuratorum, et veluti pernicię publica exultantium.

venisset. Nec diu adversus Judæos, qui in necem militum proruperant, dubitatum, quin capite pœnas luerent: Cumanus et Felix cunctationem afferebant,[z] quia Claudius, causis rebellionis auditis, jus statuendi etiam de Procuratoribus dederat. Sed Quadratus Felicem inter judices ostentavit,[a] receptum in tribunal, quo studia accusantium deterrerentur: damnatusque flagitiorum,[b] quæ duo delique-

versus Judæos, qui cædem militum ausi erant, quin ultimo supplicio afficerentur: Cumanus et Felix dubitationem seu moram *afferebant; nam Claudius cognitis causis defectionis, potestatem etiam judicandi de procuratoribus* suis *tribuerat. Sed Quadratus ostendit Felicem in consessu judicum, admisitque in tribunal, quo* sic *ambitus et odia accusatorum cohiberentur: et* unus *Cumanus damnatus* est *facino-*

NOTÆ

[z] *Cunctationem afferebant*] Nempe motui prorsus sedando, componendisque rebus, et sic quieti provinciæ moram aliquam afferebant procuratores. Quippe sedandus ille motus ea ratione, et severitate, qua Cæsar imperaverat, qui statui etiam de procuratoribus jussisset, cum ipsos veras et præcipuas esse causas rebellionis comperisset.

Igitur in puniendis Judæis seditiosis, nulla difficultas aut mora; tantum hæsitatio fuit quoad coërcendos ipsos procuratores, et præcipue ob validam gratiam Felicis, qui potentia fratris Pallantis subnixus, cuncta facinora sibi impune fore rebatur.

Itaque ut satisfieret mandato Cæsaris, et tamen gratia liberti prævaleret, dissociata est causa Felicis, et unus Cumanus, quæ duo peccarant, luit.

Cunctationem afferebant] Dubitabat, cunctabatur Quadratus cum reliquis judicibus, an eos scelerum perinde reos pari supplicio afficeret.

Sed tandem vicit favor Pallantis, et ostentatus inter judices frater ejus Antonius Felix: et sic flagitiorum, quæ duo perpetraverant, unus damnatus est Cumanus.

[a] *Quadratus Felicem inter judices ostentavit*] Sic l. XIII. 'Burrhus, quamvis reus, inter judices sententiam dixit, exiliumque accusatori irrogatum,' &c. Sic apud Suet. Claudius judicem quendam judicare compulit in causa propria, sic explorans, quid in aliena lite faceret.

Et Quintilianus dicit, se egisse causam apud reginam Berenicem in re propria ipsius reginæ. Et Felix plusquam rex, plusquam Cæsar, qui trium reginarum maritus.

Felicem inter judices] Qui honos et reo Burrho mox tributus, sed meliori fide: nec insolitum, aut inauditum, quod principes viri proceresque in sua causa judices sint.

Sic Quintilianus oravit apud Berenicem reginam judicem in sua causa. Cicero apud Cæsarem, non semel. Sic Claudius judicem aliquem in sua causa pronuntiare jussit.

[b] *Damnatusque flagitiorum*] Aperte magis et distincte scriptor Judæus. Negat a Quadrato damnatum Cumanum, sed ipsum cum Celere Tribuno missum ad Cæsarem, qui de re cognosceret statueretque. Ita Cumano exilium irrogatum: Celerem remissum Hierosolyma, et vicatim discerptum. *Lipsius.*

Non dicit Tacitus, damnatum esse Cumanum a Quadrato: dicit eum

rant, Cumanus: et quies provinciæ[c] reddita.

55. Nec multo post Agrestium Cilicum[d] nationes, quibus *Clitarum*[e] cognomentum, sæpe et alias commotæ, tunc, Trosobore[1] Duce, montes asperos castris cepere: atque inde decursu in littora aut urbes vim cultoribus et[2] oppidanis, ac plerumque in mercatores et navicularios, audebant. Obsessaque civitas[f] Anemuriensis,[g] et missi e Syria[h] in subsidium equites, cum præfecto[i] Curtio Severo, turbantur; quod duri circum loci, peditibusque ad pugnam idonei, equestre prælium haud patiebantur. Dein Rex ejus oræ Antiochus,[j] blandimentis adversus plebem, fraude

rum, quæ duo perpetrarent: et pax provinciæ restituta est.

Nec multo interjecto tempore agrestium Cilicum populi, qui Clitæ *cognominantur, sæpe et alias concitati, tunc ductu Trosoboris, montes arduos struendis munimentis delegere. Et inde procurrentes ad ripas, aut oppida, vim inferebant colonis et incolis urbium, ac sæpe etiam mercatores et* ipsos *navicularios* invadebant. *Et obsidione cincta est urbs Anemuriensis, ac missus e Syria eques in auxilium cum Curtio Severo præfecto, impellitur; quod aspera circum loca, et pedestribus copiis ad prælium opportuna, equestre certamen non ferrent. Mox rex istius regionis Antiochus, cum blanditiis erga vulgus, dolo in ducem, copias barbarorum divisisset,*

1 Sic Puteolanus et recentiores. Ms. Flor. *Troxobore.* Mss. Vatic. 1863 et 1864. *Arosobore;* postea emendatum, *Arosoboro.* Ms. Vatic. 1958. *Aroxobore.* In editione principe, *Areseboro.* Brotier.—2 Sic Mss. et editio princeps. Male Puteolanus, *ac.* Idem.

NOTÆ

consilium habuisse, quo habito, missus forte est Cumanus ad Cæsarem, a quo damnatus est.

[c] *Quies provinciæ*] Anno Romæ conditæ 805. Christi nati 52. Vide notas c. 52. *Tillemonius.*

[d] *Agrestium Cilicum*] Vocat illos *Agrestes*, quia Tracheam, seu Asperam Ciliciam habitabant, qui et alibi *Campestres* appellantur.

Agrestium] Sic puto, vocantur, quia agros, sylvas, saltusque et longinqua loca, non urbes incolebant.

Cilicum] Vide notas l. VI. c. 31.

[e] *Clitarum*] Vide notas l. VI. c. 41.

[f] *Obsessaque civitas*] Nempe a prædonibus illis Cilicibus.

[g] *Anemuriensis*] Anemurium, urbs Cetidis tractus, in Cilicia provincia Asiæ minoris, et ad mare seu fretum Ciliciæ. Hodie *Scalemure*, oppidum præfecturæ Cipri seu *Kibros*, in ora meridionali Natoliæ regionis, sub imperio Turcico Asiatico. *Tillem.*

[h] *Syria*] Vide notas l. VI. c. 31. et l. XII. c. 23.

[i] *Præfecto*] Sic vocabatur, qui equitibus Rom. et quidem legionariis præesset.

[j] *Rex ejus oræ Antiochus*] Qui nempe Comagenam habuit, sicque Ciliciæ proximus.

Antiochus] Ideo motum hunc compescuit, quia nempe regnabat in ista regione, et res ejus agebatur; ne res eo tractu turbarentur, ne prædones potentiores in illa ora maris fierent.

Dein quia socius et amicus populi

in Ducem,[k] cum barbarorum copias dissociasset, Trosobore, paucisque primoribus interfectis, ceteros clementia composuit.

56. Sub idem tempus, inter lacum Fucinum[l] amnemque

Trosobore paucisque proceribus interemtis, reliquos clementia pacavit.

Eodem tempore perfosso monte inter lacum Fucinum et fluvium Lirin, quo am-

NOTÆ

Romani rex, et imperio inserviens, debuit invigilare paci Romanæ. Amicitia, fœdere, et obsequio devinctus Romanis, debuit in id impendere opes, copias, vires.

Nec certe parum ipsius intererat, non modo arma extranea, sed etiam Romana procul a regno suo habere.

[k] *Fraude in Ducem*] Per fraudem et dolum eum interfici jussit; vel perfidia familiarium usus et rebellione affinium, hunc decepit; vel etiam in congressu, forte specie fœderis, illum irretivit, circumvenit, ac interemit.

Nam adversus violatorem fidei, jus omne violari fas putant imperitantes: 'dolus an virtus, quis in hoste requirat?'

[l] *Fucinum*] Fucinus, lacus Marsorum populorum, in Samnio regione Italiæ: hodie *Lago di Celano*, in Aprutio ulteriore seu *Abruzzo ultra*, provincia regni Neapolitani. *Tillem.*

Lacum Fucinum aliquando emissum fuisse, complures testantur auctores. Suetonius in Cæsare cap. 44. 'Siccare Pomptinas paludes, emittere Fucinum lacum destinabat,' &c. 'Talia agentem atque meditantem mors prævenit.'

Quo eum emittere destinaverit incertum est: in Tiberim eum emittere tentasse postea Claudium, auctor est Dio l. LX. 'Claudius Fucinum lacum, qui in Marsis est, in Tiberim emittere voluit: quo regio circa eum lacum agriculturæ apta, simulque amnis magis navigabilis efficeretur: verum sumtus fecit inanes.' Factum id recenset Claudio imperatore II. et C. Largo consulibus, anno urbis 794. a nato Jesu 42. Verum quo tandem emissario per sexaginta amplius millia passuum Claudius Fucini aquas in Tiberim effundere conatus sit, tot tantisque obstantium montium jugis, nondum ego satis perspicio. Suspicorque male hic intellexisse de Tiberi Dionem, quod ad Lirim amnem, cujus fontes haud ita longe a Fucino distant, pertinebat.

Ex duobus diversis auctoribus unam eandemque historiam, diverse relatam, sumsisse eum, vel ex eo cum maxime patet, quod hic neget perfecisse conata Claudium; postea vero eodem libro, ut mox videbimus, emisisse eum lacum quendam quem non nominat, copiosa oratione narret.

Jam ab Augusto imperatore id Marsos assidue petiisse, tandemque ab ipso Claudio perfectum esse, auctor est Suetonius in hujus vita c. 20. 'Opera,' inquit, 'magna potius quam necessaria, quam multa, perfecit: sed vel præcipua, aquæ ductum a Caio inchoatum, item emissarium Fucini lacus, portumque Ostiensem; quanquam sciret, ex his alterum precantibus assidue Marsis negatum; alterum a Divo Julio destinatum, ac propter difficultatem omissum.'

Et mox: 'Fucinum aggressus est, non minus compendii spe, quam gloriæ: cum quidam privato sumtu emissuros se repromitterent, si sibi siccati agri concederentur. Per tria

Lirin,[m] perrupto monte,[n] quo magnificentia operis[o] a pluribus

plitudo operis a pluribus conspiceretur, in ipso stagno navalis pugna instruitur;

NOTÆ

autem passuum millia, partim effosso monte, partim exciso, canalem absolvit ægre et post undecim annos, quamvis continuo triginta hominum millibus sine intermissione operantibus.'

Quinam ille mons excisus fuerit, et quo lacus emissus, ostendit Tacitus hoc loco l. XII. Ann. De eadem re ita Dio dicto l. LX. postea: 'In lacu quodam Claudius navalem pugnam exhibere cupiebat; cinxeratque eum ligneo muro; fixeratque tabulata, conveniente ad spectaculum innumera multitudine.

Fuit tantum *specus effossus*, ut ait Tacitus, id est, montis imum perforatum; non omne montis jugum ad summum usque intercisum. Attestatur idem et Plinius XXXVI. 15. 'Ejusdem,' inquit, 'Claudii inter maxime memoranda equidem duxerim, quamvis destitutum successoris odio, montem perfossum ad lacum Fucinum emittendum, inenarrabili profecto impendio, et operarum multitudine per tot annos: cum aut corrivatio aquarum, qua terrenus mons erat, egereretur in vertice machinis, aut silex cæderetur, omniaque intus in tenebris fierent; quæ neque concipi animo, nisi ab iis qui videre, neque humano sermone enarrari possunt.'

Quidnam præterea Claudius, circa hanc lacus emissionem, solique ejus siccationem pararit, quod postea ab successore ejus Nerone *destitutum* sit, haud facile dixerim; nisi quod, siccatum tunc minime fuisse lacum, ex supra scriptis colligere licet, hisce Dionis verbis, 'irriti ejus fuere sumtus.'

Et emissum rursus fuisse ab Hadriano imperatore, testis est Ælianus Spartianus in vita ejus, his verbis: 'Fucinum lacum emisit.' An eodem, quo ante Claudius, emiserit Hadrianus, loco, quamvis credibile, tamen incertum est. Emissarium autem Claudii hodie ignoratur. Lacus nunc *Celano* dictus, qui olim *Fucinus*, habet a septentrione in meridiem septem milliaria Italica communia, et ab oriente in occidentem sunt novem milliaria. Ex Cluverii Italia antiqua l. II. c. 15. p. 765. et Chartis Italiæ hodiernæ per Maginum. *Tillem.*

[m] *Lirin*] Liris, fluvius Samnii regionis et Latii provinciæ, in mare Tyrrhenum se exonerat: hodie *Garigliano*, in provinciis regni Neapolitani, vulgo dictis *Abruzzo ultra*, et *Terra di Lavoro*. Tillemonius.

[n] *Perrupto monte*] Quod sic factum explicat Plin. l. XXXVI. 15. 'Cum aut corrivatio aquarum, qua terrenus mons erat, egereretur in vertice machinis, aut silex cæderetur, omniaque intus in tenebris fierent,' &c.

Certe, si omnia hæc facta in tenebris, tantum velut cuniculis seu canalibus latis et ingentibus perfossus ille mons subtus terram, nec perruptus aut apertus mons ille ab imo usque ad verticem; sed intus per viscera montis corrivatio facta, seu alveus effossus, quo illaberentur aquæ in Lirin; ita ut terram machinis egererent in vertice montis hujus, et eveherent per puteos, qui per certa intervalla dispositi essent, et in specubus illis vel habuere lychnos seu candelas, vel accepere lucem ab illis puteis.

[o] *Magnificentia operis*] Quæ ex Eusebii sive Hieronymi nota in Chronico elucebit. 'Claudius,' inquit, 'circa hæc tempora Fucinum lacum exsiccavit, per undecim annos triginta

viseretur, lacu in ipso navale prælium adornatur;[p] ut quondam Augustus, structo cis Tiberim stagno,[q] sed levibus navigiis, et minore copia[r] ediderat. Claudius triremes[s] quadriremesque et undeviginti hominum millia armavit, cincto

ut olim Augustus, adornato citra Tiberim lacu, sed modicis navibus, et minori militum naviumque *numero*, simile prælium *exhibuerat. Claudius ornavit triremes et quadriremes, et novemdecim millia hominum armis instruxit; circumdato*

NOTÆ

hominum millibus sine intermissione operantibus.' *Lipsius.*

[p] *Adornatur*] Anno Romæ conditæ 805. Christi 52. Vide notas c. 52. *Tillemonius.* Huic tanto labori incumbere cœperunt triginta millia hominum anno 794.; et tandem, post undecim annos, opus finierunt emiseruntque lacum; nempe anno 805.

[q] *Cis Tiberum stagno*] De quo Suetonius: 'Edidit navale prælium, circa Tiberim cavato solo, in quo nunc Cæsarum nemus est.' *Lipsius.*

Tiberim] Vide notas l. VI. c. 19.

[r] *Minore copia*] Militum haud dubie et navium: nam quo plures erant, qui certarent, etiam pluribus navigiis indigebant, quibus inveherentur et pugnarent.

[s] *Claudius triremes*] Censemus reponi numerum debere, scribimusque, *Claudius centum triremes.* Tot enim fuisse, credimus Dioni: 'qui navali prælio decertarent, morte damnati erant, et quinquaginta naves utrique habuerunt, alii quidem Rhodii, alii Siculi appellati.' Utrimque naves quinquaginta: in universum ergo centum. Idemque numerus ex Xiphilino.

At ecce Suetonius, duodenas duntaxat nominat: 'Hoc spectaculo,' ait, 'classis Sicula et Rhodia concurrerunt, duodenarum triremium singulæ.' Falso. Omitto Dionem.

Sed quomodo hominum illa vis in duodenis utrimque navibus? quandoquidem undeviginti millia pugnasse hanc navalem pugnam Tacitus exprimat diserte. Non ergo abest, quin ad Dionis reique fidem corrigendus Tranquillus sit, *quinquagenum triremium.* Lipsius.

Inanes et falsæ illæ correctiones. Auctores conveniunt in substantia rei, nempe certasse triremes et multa millia hominum.

At in circumstantiis numeri, personæ, loci, ac temporis sæpius dissentiunt: relinquendus sibi quilibet auctor, eosque miscere invicem, aut conciliare velle, quoad circumstantias, vanum est.

Claudius triremes quadriremesque] Ego sic sentio, in Suetonii textu deesse vocem *quadriremium*, et legendum esse, *duodenarum triremium et quadriremium.* Namque ex Tacito habemus, in ea naumachia, non solum *triremes*, sed et *quadriremes* fuisse, quas omnes Dion unica appellatione *naves* vocavit, generali significatione illas comprehendens. Ita ut 48. *triremes* et *quadriremes* pugnaverint ex Suetonio; numerus parum distans ab eo, quem Dion recensuit.

Non enim assentior illis, qui ex Dione centum naves, eo in navali conflictu fuisse dixerunt; L scilicet hinc, et inde L, quod falsum esse ex Græco Dione facile probatur. Habet enim, καὶ πεντήκοντα ναῦς ἑκάτεροι εἶχον, οἱ μὲν Ῥόδιοι, οἱ δὲ Σικελοὶ ὀνομασθέντες· quo loco interpretandum ἑκάτεροι, *utrique;* nam *utrimque*, Græcis ἑκατέρωθεν dicitur: ἑκατέρος vero, a quo ἑκάτεροι, Latinis *uterque* est.

Ergo *utrique* copulative seu con-

NOTÆ

junctim. Ita ut sit sensus verborum Dionis, ambas classes pugnantium omnes quinquaginta naves habuisse; quas si compares duodenis triremibus, et totidem quadriremibus, utravis ex parte, tum Rhodiæ classis tum Siculæ ex Suetonio, duarum tantummodo navium erit discrimen.

Quinquagenarium vero numerum, seu XLVIII, tum triremium tum quadriremium, convenire numero undeviginti millium armatorum, quod Tacitus tradit, optime novere nauticæ militiæ periti.

Si itaque Suetonii dictis, quæ disjunctim leguntur, addamus voces, *et quadriremium*, transcribentium vel impressorum incuria omissas; (nam non solum ea in pugna fuisse triremes, sed et quadriremes, docet Tacitus;) conjunctim autem si Dionis verba legamus, uti textus Græcus sonat, tolleretur difficultas omnis, quæ hactenus tot viros doctos fatigavit. *Marcellus Donatus.*

Si fuerint 50. naves, in qualibet nave certarunt armati 380.; sed cum naves inæquales invicem essent, difficile id definias.

Claudius triremes quadriremesque] Ut res clare pateat, afferemus loca auctorum, qui opus hoc immensum Claudii prælium que navale descripserunt. Itaque sic tradit Sueton. Claud. 20. 'Item emissarium Fucini lacus portumque Ostiensem, quanquam sciret, ex his alterum ab Augusto precantibus assidue Marsis negatum, alterum a D. Julio sæpius destinatum, ac propter difficultatem omissum.' Et infra: 'Claudius Fucinum aggressus est, non minus compendii spe, quam gloriæ, cum quidam privato sumtu, missuros repromitterent, si sibi siccati agri concederentur. Per tria autem passuum millia, partim effosso monte, partim exciso, canalem absolvit, ægre et post undecim annos, quamvis continuo triginta hominum millibus sine intermissione operantibus.

Sic autem habet Dio l. LX. ad an. urbis 805. ἔν τινι δὲ λίμνῃ ναυμαχίαν ὁ Κλαύδιος ἐπεθύμησε ποιῆσαι, τεῖχός τε περὶ αὐτὴν ξύλινον κατεσκεύασε καὶ ἰκρία ἔπηξε· et paulo infra: οἱ δὲ ναυμαχήσαντες θανάτῳ δὲ καταδεδικάσμενοι ἦσαν· καὶ πεντήκοντα ναῦς ἑκάτεροι εἶχον, οἱ μὲν Ῥόδιοι, οἱ δὲ Σικελοὶ ὀνομασθέντες: 'In quodam lacu navale prælium exhibere voluit Claudius, et murum ligneum exstruxit circa illum lacum, et tabulata fixit.' Infra: 'Qui vero certabant hoc prælio, hi supplicio damnati erant: et quinquaginta naves utrique habuerunt, alii Rhodii, alii Siculi appellati.'

Sic autem et Plinius l. XXXVI. c. 15. 'Ejusdem Claudii inter maxime memoranda equidem duxerim, quamvis destitutum successoris (Neronis) odio, montem perfossum ad lacum Fucinum emittendum, inenarrabili profecto impendio, et operarum multitudine per tot annos: cum aut corrivatio aquarum, qua terrenus mons erat, egereretur in vertice machinis, aut silex cæderetur, omniaque intus in tenebris fierent; quæ neque concipi animo, nisi ab iis qui videre, neque humano sermone enarrari possunt.'

Et illi auctores, præcipue Tacitus, Suetonius, et Dio, conveniunt in substantia rei gestæ, licet in circumstantiis dissidere videantur. Tacitus non assignat numerum *triremium, quadriremium*, aut ceterarum navium; Suetonius sic habet: 'Hoc spectaculo classis Sicula et Rhodia concurrerunt, duodenarum triremium singulæ.'

Itaque ex Sueton. utrimque *duodecim triremes* concurrerunt: ceteras na-

NOTÆ

ves minores non prodit ille. At Dio numerum omnium cujuscumque generis navium, quæ hoc prælio decertarunt disertim affert, ita ut in Rhodiorum classe quinquaginta seu triremes, seu quadriremes, seu aliæ minores naves pugnarent, et totidem in Sicula factione, ita ut centum omnino naves in hoc spectaculo dimicaverint.

Itaque res tota sic se habuit. Claudius centum, seu triremes aut quadriremes, seu alia minora navigia, et undeviginti hominum millia armavit. Cinxitque ratibus certum lacus spatium seu ambitum, intra quem certaturi, vim remigii, et gubernantium artes, impetusque navium prælio solitos, exercere possent.

Sic autem cinxit ratibus illum ambitum Claudius, ne nempe vaga effugia pugnantium forent in lacu illo immenso. Et *in ratibus* illis *prætoriarum cohortium manipuli turmæque astiterant*, exstructis in ipsis iisdem ratibus, aut in ipso lacu defixis, *antepositisque propugnaculis, ex quibus catapultæ balistæque tenderentur* ab ipsis prætorianis.

Reliqua lacus spatia, quæ supererant, retro pugnantes, et post prætorianos in ratibus dispositos, occupavere *classiarii* tectis navibus.

Classiarii autem illi erant et remiges classis Ravennatis aut Misenensis, et milites classici, qui in classe stipendia merere soliti erant, et quorum conditio inferior quam legionariorum, et, a fortiori, prætorianorum.

At Lipsius et Casaubonus corrigunt locum Suetonii, et pro *duodenarum*, reponunt *quinquagenum triremium*. Sed hæ correctiones vanæ sæpius, et suspectæ ac falsæ. Et postea, num idem licebit interpreti, quod *pictoribus atque poëtis?*

Haud dubie Suetonius ascripsit numerum *triremium*, quæ duodecim erant, non autem minorum navigiorum. Operæ pretium existimavit de *triremibus* prodere, at de aliis navibus modicis sprevit, quasi rem minoris momenti.

Alii ita sumunt locum Dionis, ut essent tantum quinquaginta naves omnino in utraque parte et factione; nempe quinque et viginti in Rhodia classe, et totidem in Sicula. Sed sic sumi debet, ut divisio hic, non tantum sit in eo, quod alii Rhodii, alii Siculi vocarentur; sed ut utrique, nempe et illi qui Rhodii dicti quinquaginta, et Siculi quinquaginta naves haberent.

Et sic Lipsius ipse intellexit, quare et reposuit apud Tac. *centum triremes, &c.* quæ tamen correctio etiam falsa, si respiciat *triremes* tantum: nam falsum est ex Suetonio, Dione, et ex rei veritate, armatas fuisse *centum triremes* in hoc spectaculo.

Sed fuere *duodenæ triremes* aut quadriremes in qualibet classe, ita ut essent viginti quatuor triremes aut quadriremes in toto prælio, in universo spectaculo; cetera vero navigia rostrata, aut alia, quemadmodum in prælio Augusti olim, minora adessent, usque ad numerum centesimum. Itaque concedimus Lipsio, fuisse in eo prælio centum cujuscumque generis naves, ut habet Dio; non autem *centum triremes*.

Habes igitur clare ex Suetonio, fuisse armatas viginti quatuor *triremes*, seu etiam *quadriremes* ex Tacito et ex Dione, fuisse omnino cujuscumque generis *centum naves*: quæ omnia vera esse existimo, si bene intelligantur.

Nam qui sensum aut verba Suetonii extendunt usque ad quinquaginta *triremes* in utraque factione pugnantes, certe jam bellum ingens, jam classes justas et quidem potentissimas

NOTÆ

imaginantur, non vero ludum aut spectaculum, et hi falso rem istam in majus augent: de centum navibus concedimus, non de quinquaginta, non de centum triremibus.

Et quod spectat ad eos, qui restringunt mentem Dionis ad quinquaginta naves in utraque factione certantes; id minus verisimile videtur, si respicis apparatum illum ingentem, et majorum navium et aliarum minorum, quarum mole, numero, et robore Claudius longe superavit Augustum.

Nam teste ipso Tac. longe majorem apparatum et navium et hominum instruxit Claudius, quam Augustus. In spectaculo Claudii plures majoresque naves certarunt: at ipse Augustus in lapide Ancyrano sic scribit: 'Navalis prælii spectaculum populo, &c. exhibui, in quo triginta rostratæ naves triremesque plurimæ.'

Itaque instruxerat Augustus triginta rostratas naves, et præterea plurimas triremes: forte, et naves minores siluit. Itaque accesserit ille numerus Augusti ad quadraginta aut quinquaginta naves cujusque generis; et Claudius, qui numero et robore navium excessit spectaculum, Augusti an dubitas quin superaverit etiam numerum illum quinquagesimum, et longe ultra processerit?

Et certe multitudo navium debuit adæquare multitudinem armatorum; ita ut viginti fere millia hominum capere possent illæ naves. Et si distribuis undeviginti millia armatorum centum navibus, reperies qualibet navi invectos ducentos homines, plus minus, pro ratione et magnitudine cujuslibet navis. Et ne mireris numerum illum navium aut armatorum: nam mox Domitianus, etiam *pæne justarum classium instar*, navales pugnas exhibuit, et etiam excessit prælium illud Claudii, ut semper crescit luxus et audacia.

Itaque, si respicis viginti millia hominum armata et ostentui exhibita; si respicis opus immensum emittendi lacus, quo opere insudarunt triginta millia hominum per undecim annos; si respicis ingentem lacus ambitum, undique ratibus et prætorianis cohortibus circumdatum; si respicis classiarios passim toto lacu dispositos, ut nempe prohiberent repellerentque simul cum prætorianis pugnantes damnatos, si quam vim inferrent, aut etiam fugam e pugna molirentur; hunc certe numerum mecum approbabis.

Quod pertinet ad ea verba Dionis: *τεῖχός τε περὶ αὐτὴν ξύλινον κατεσκεύασε, καὶ ἰκρία ἔπηξε·* id est, 'Murumque ligneum circa illum lacum exstruxit, et tabulata, seu palos, aut trabes defixit:' non debent aliter intelligi, quam ex mente et historia Taciti: ita ut *murus* ille *ligneus*, nihil aliud sit, quam *rates* illæ, quibus Claudius cinxit ambitum lacus, quo classes pugnare debuerunt.

Et cum mica salis intelligendus Dio, qui exscribit historiam Romanam ex auctoribus Rom. invertitque Græco suo sermone, et sæpe male invertit. Et certe debuit Dio hoc loco distinguere inter ambitum illum, quo pugnaret utraque classis, et inter totum ambitum stagni: debuit dicere *murum* illum *ligneum*, seu rates fuisse dispositas, tantum circa spatium, quo pugna committi debuit, non circa lacum, indefinite.

Nam quis putet, immensum illum lacum, et qui se extenderet ad multa milliaria, et fere ad quinque leucas Gallicas, munitum undequaque muro ligneo? et cui bono tanta tamque longa mœnia in lacu, quem emittere et exsiccare cupiebant?

Igitur hic intellige, non totum la-

ratibus ambitu,[t] ne vaga effugia[u] forent;[1] ac tamen spatium amplexus,[2] ad vim remigii, gubernantium artes, impetus[3] navium, et prælio solita. In ratibus Prætoriarum cohortium manipuli turmæque[v] astiterant, antepositis propugnaculis,[w] ex quis catapultæ ballistæque[x] tenderentur. Reliqua

ratibus lacu, ne vagari longius certantibus liceret; attamen clauserat ille *spatium* quod sufficeret *ad munia remigum, ad gubernatorum artes, et impetus navigiorum, atque ad* cetera *quæ prælii* navalibus *agi solent. In ratibus* dispositi *prætoriarum cohortium globi, et turmæ* equitum ejusdem militiæ prætorianæ, *ante* illos *constructis aggeribus,* seu molibus, *ex quibus catapultæ ballistæque vibrarentur.*

1 Amicus: *ne qua effugia forent:* id est, clauso et arctato inter se trabibus loco, intra quem pugnarent. *Ryckius.*—2 Sic Mss. editiones veteres et Ernestus. Rhenanus, *attamen,* quod sequitur Gronovius. Amicus Ryckii malebat *sat tamen spatii amplexus.*—3 *impetusque* Brotier.

NOTÆ

cum, sed tantum eam partem lacus qua spectaculum exhiberi debuit. Sic sæpe Dio fallit, nec satis aut capit mentem Taciti, aut satis exprimit.

[t] *Cincto ratibus ambitu*] Quid si *cratibus,* aut *trabibus?* Tale quid substitueris, non invito Dione, qui lacum muro ligneo circumdatum scribit: τεῖχός τε περὶ τὴν λίμνην ξύλινον κατεσκεύασε, καὶ ἰκρία ἔπηξε· 'Circa lacum murum ligneum exstrui, et palos defigi jussit.' Ejus ergo quasi valli tutelæ præpositus prætorii miles. *Lipsius.*

Ratibus] Festo: '*Rates* vocantur tigna inter se colligata, quæ per aquam agantur, quo quidem vocabulo interdum etiam naves ipsæ significantur.'

Ex Isidoro l. XIX. '*Rates* primum et antiquissimum genus navigii, e rudibus tignis asseribusque consertum. Ad cujus similitudinem fabricatæ naves, *ratiariæ* dictæ. Nunc jam *rates* abusive *naves:* nam proprie *rates* sunt connexæ invicem trabes.'

[u] *Vaga effugia*] Ne intelligas *effugia* tantum, quæ spectarent ad pugnam. Etiam intelligi possit et fuga, qua elabi gladiatores possent, qua nempe vitarent exitium, et internecionem, ea forte pugna sibi destinatam.

[v] *Turmæque*] Intelligit equites prætorianos. Sed cur *equites* in spectaculo illo navali? quia nempe illi pars militiæ prætorianæ, et hic astabant, ut multi mortalium; primum, *officio* in principem, dein et ad ministeria necessaria parati. Nam certa quædam agebant prætoriani præter excubias; sed præcipue hic dispositi illi erant, ut cum ceteris ejusdem militiæ manipulis, cohiberent gladiatores, vimque repellerent, aut fugam etiam cohiberent, si quid molirentur illi certantes. Quare et *anteposita* ratibus illis *propugnacula, ex quis catapultæ, &c. tenderentur,* a prætorianis nempe, adversus damnatos, si vim aut terrorem inferrent, præter quam in se invicem: neque enim certe propugnacula illa, aut catapultæ, in potestate dimicantium positæ forent: quippe præter metum ex tot millibus damnatorum impendentem, etiam aliud genus certaminis aut spectaculi ab ipsis certantibus expectabatur, quam quod exhibere ex tormentis bellicis potuissent.

[w] *Antepositis propugnaculis*] Ex qui-

NOTÆ

bus non certarent, sed tantum repellerent ipsos gladiatores certantes, si hac parte perrumpere niterentur: quia nempe prætoriani illi *in ratibus* apertis.

Nec aliter vim aut effugia certantium repellere potuissent prætoriani, nisi ballistis et catapultis adhibitis; quibus saxa, tela, et omne genus missilia vibrarent.

Classiarii vero, *in tectis navibus*, e quibus offendere et pugnare poterant, si opus esset. *Classiarii* illi advecti forte ex classe quæ apud Misenum aut Ravennam stationem habuit.

Propugnaculis] Ratio facilis est, cur in ratibus prætoriæ cohortes dispositæ sint, nempe ut continerent ipsos decertantes, forte et ipsum populum circumstantem: idcirco sic dispositæ in lacu et in ratibus, ne quis immodeste ageret.

Sic infra XIII. 24. 'Fine anni, statio cohortis assidere ludis solita demovetur, quo major species libertatis esset: utque miles, theatri licentiæ non permixtus, incorruptior ageret, et plebs daret experimentum, an amotis custodibus modestiam retineret.' Et postea: 'miles theatro rursum assidere.'

Sed cur ibi propugnacula? cur catapultæ? Puto, præparatæ machinæ hic, non ut excuterentur præcise, aut vim ullam inferrent, sed ut metum incuterent certantibus, ne illi divagarentur extra locum prælii, aut etiam ne desperati rei vim aliquam in spectatores auderent.

Sed cur ibi turmæ? Puto affuisse equitum prætorianorum turmas quasdam talibus spectaculis, ut et pedestres prætorianos, tum ad pompam et officium in principem, cum ad coërcendam plebem, et ceteros qui immodeste agerent; et quia procul urbe, forte et ad alia ministeria adhibiti.

Cur tectis navibus? Nonnulli intelligunt de ipsa *classe* principis; ita ut illi *classiarii* sic extra prælium, extra discrimen essent, tanquam pugnæ nullam partem habentes, tantum spectaturi, aut fugam et vim prohibituri.

Propugnaculis] *Anteposita*, seu opposita illa propugnacula certantibus damnatis, quibus nempe se protegerent, quibus se et rates propugnarent prætoriani. Sed dubium esse possit, an illa propugnacula disposita sint in aggere aliquo, qui jactus esset in ima lacus, an in ipsis *ratibus* structa forent.

Potius arbitror fuisse ea propugnacula exædificata in *ratibus*, ut ex iis catapultæ et aliæ machinæ tenderentur adversus gladiatores, si forte rebellarent, vimque inferrent.

Sicque dispositi prætoriani, ut possent illacessiti oppugnare, si res postularet, vimque repellere inoffensi, si quid forte elati illi fortuna, aut impetu prælii quid auderent tot millia damnatorum. Nam centum navigiis pugnabant undeviginti millia armatorum; et certe hi tanto numero timeri potuerunt.

Itaque circumdantur a prætorianis, qui ad decem millia erant; et cum ii non sufficerent cohibendis viginti hominum millibus, adduntur his *classiarii* milites, ut etiam subsidio essent adversus vim ac sævitiam dimicantium; forte pari numero ac prætoriani, etiam in navigiis, ut defenderent, vimque repellerent gladiatorum.

Et certe veluti rebellarunt ipsi ante pugnam, cum forte vel ad numerum suum, vel ad insipientiam dominantis respicerent. Nam, teste Dione, sic clamitarunt universi: 'Vale, Imperator, morituri te salutant, et cum non impetrarent salutem, sed pugnare juberentur, tantum

lacus classiarii tectis[4] navibus[y] obtinebant. Ripas et colles,

Cetera stagni classiarii milites *tectis navigiis occupabant. Littora collesque, et*

4 Ita Mss. et edit. veteres. Male Beroaldus, *rectis*. Brotier.

NOTÆ

ordines invicem navibus pervaserunt: nec ante conseruerunt pugnam, quam vi cogerentur.' Ideoque non solum a prætorianis, sed præterea etiam a classiariis sunt circumdati, ut facilius ac certius cohiberentur tot millia devotorum capitum.

[x] *Ex quibus catapultæ ballistæque*] *Ballistis* emittebantur lapides, et *catapultis* sagittæ. Vitruvius x. 16. 'Fiunt in capitibus foramina, per quorum spatia contenduntur, capillo maxime muliebri, vel nervo, funes, qui magnitudine ponderis lapidis, quem debet ea ballista mittere, ex ratione gravitatis, proportione sumuntur, quemadmodum catapultis de longitudine sagittarum.'

[y] *Reliqua lacus classiarii tectis navibus*] Ambigit Lipsius, quinam essent hi classiarii; atque intelligit, militem e classe, ibi collocatum ad tutelam.

Ego potius damnatos ad pugnam. Nam supra dixit, ratibus cinctum ambitum lacus, in quibus ratibus (scilicet in ipso lacu, non in terra) prætoriæ cohortes erant, propugnaculis antepositis. Ad quid aliud hi, nisi ad custodiam, et ad multitudinem circumdandam et coërcendam?

Ergo reliquum lacum classiarii pugnaturi obtinebant, tectis navibus impositi, seu, quod idem hoc loco est, in tectis triremibus, quadriremibus. *Pichena.* Fallitur, si bene attendis Tacito.

Male hunc locum Lipsius mutat, restituens *tectis navibus:* quia hæ idoneæ ad pugnam. At o bene infirmum argumentum! Tacitus *rectas naves ratibus* opponit, quæ non veræ naves. *Acidalius.*

Puto, appellat *rectas naves*, ut opponat *ratibus*, quibus stabant prætoriani, et quæ non veræ naves, sed tigna colligata.

Classiarii tectis navibus] Ita restitui, pro, *rectis*. *Tectæ* naves, idoneæ ad pugnam: αἱ τὰ καταστρώματα ἔχουσαι, uti Thucydides appellat. *Lips.*

Quidni recte, *rectis navibus?* si classiarii alii a damnatis, non pugnaturi hic, sed tantum vim prohibituri astant.

Classiarii] Ex jam dictis patet, illos falli, qui per *classiarios* hic intelligunt ipsos damnatos, qui in triremibus, seu navibus certabant, quique essent in *tectis navibus;* dum nempe se ad pugnam compararent: sed præter ea quæ jam diximus, multa obstant huic sententiæ.

Nam quo sensu diceret Tacitus, *reliqua lacus* occupasse eos, quibus certum quoddam spatium ad pugnam erat definitum, et quod supra explicuerat? an idem de iisdem bis repetat Tacitus, an bis iisdem assignet locum? hoc genio ejus adversatur.

An in aliis *et tectis navibus* starent, qui jam parati prælio, in triremibus et quadriremibus decertare debuerunt? Et qua ratione *classiarios* absolute et simpliciter vocet Tacitus damnatos illos, quorum plerique forte nunquam alias viderant classem, pontum, aut etiam arma, quam eo tempore, quo instructi ad hoc navalis prælii spectaculum fuerunt.

Et certe tot devota capita, tot armatorum millia coërceri debuerunt pari vi, pari numero ac robore militum. Itaque *classiarii* addendi fuerunt prætorianis. Igitur hic veri *classiarii* in-

ac montium edita, in modum theatri multitudo innumera complevit proximis e municipiis, et alii urbe ex ipsa, visendi cupidine aut officio in Principem.[z] Ipse insigni palu-

excelsa montium in speciem theatri obtinuit plebs immensa, quæ confluxerat *ex vicinis oppidis; et alii ex ipsa civitate, videndi studio aut honore in Cæsarem.*

NOTÆ

telligendi sunt, qui reliqua lacus occupavere retro classes conserentes pugnam, et post ipsos manipulos prætorianos, *in ratibus* dispositos.

Itaque Tacitus recte et ordine rem totam narrat, et suam cuique stationem sigillatim assignat. En *triremes* et *quadriremes* attribuit certaturis: en locum prælii designat; nempe intra certum ambitum lacus; definit locum *ratibus*, et stationem suam *prætorianis* cohortibus. An post illa sic designata, *reliqua lacus* attribuet dimicaturis? an idem bis repetit?

Quid restat post classes instructas, dispositasque in spectaculo prætorias cohortes, nisi ut veram classem, seu *classiarios*, etiam suo loco, velut in acie, seu spectaculo prælii disponat? An tantum prælium, an spectaculum illud ingens tot armatorum damnatorumque, et ultro horrendum, exhiberi aut præparari potuit ad pugnam, sine aliis navibus, præter eas quæ ad pugnam paratæ erant? et illæ naves sive commeatui, sive vi destinatæ, an destitutæ remigibus suis, et suo milite? an sine suis *classiariis* naves?

Et an exiguo numero illi *classiarii* in tanto animorum motu, in tanto civium concurrentium, aut oblectamento, aut etiam tanto mortalium metu, si rebellarent gladiatores?

Qua prudentia *reliqua lacus*, seu liberum spatium relinqueretur certantibus damnatis in palude, quæ ad tot milliaria extendebatur? immo circumdari illi vi omni debuerunt, velut in Circo aut Amphitheatro Ursi Numidici aut leones. Et certe sic circumdati sunt, nec ea amentia ii qui ludum procurabant, ut securitatem principis et populi Rom. negligerent. Igitur hic astabant et remiges et milites, et vera classis, præter pugnantes.

Classiarii] Sed unde illi classiarii et numerus hic navium? certe vel fabricari potuerunt in ipso lacu, vel invehi ex aliis fluviis aut classibus, quæ ad mare stationem agebant: et innuit Plin. II. 103. in Fucinum lacum invectum esse amnem, sive arte, sive natura.

'Quædam vero,' inquit, 'dulces (aquæ) inter se supermeant alias, ut in Fucino, invectus amnis, in Lario Addua,' &c.

Et invectus ille amnis, non obstabat cœptis Claudii, quin exsiccaret lacum, excepto scilicet alveo fluvii, in lacum invecti.

Tectis navibus] Hæ naves ad pugnam habiles et idoneæ, quarum meminit Livius; ita ut ipsi Reges Orientis his inveherentur et pugnarent. Sicque falluntur hi qui vertunt, in his se continuisse classiarios quietos, utpote qui nullam partem prælii capessituri essent.

Nam, immo sic ad pugnam præparati videbantur, si forte lacesserent, aut vim inferrent damnati, qui sic effugere omnino poterant e ludo, aut saltem pro nutu suo vagari, et effugere, vel pugnam, vel etiam se subtrahere oculis, et oblectamento spectantis populi Rom.

[z] *Officio in principem*] Proceres omnes, et senatores ipsi, hoc honore et officio fungebantur in principem,

damento, neque procul Agrippina chlamyde aurata,[a] præsedere. Pugnatum, quanquam inter sontes, fortium virorum animo: ac, post multum vulnerum, occidioni exemti sunt.[b]

57. Sed perfecto spectaculo, apertum aquarum iter. In-

Ipse conspicuo paludamento, et juxta Agrippina, aurea chlamyde, præsidebant. Certatum, quamvis inter noxios, virtute strenuorum hominum, ac post multa vulnera, internecioni erepti sunt.

Sed finito prælio, data via est, *qua erumperent aquæ, et negligentia operis com-*

NOTÆ

ut solennibus cærimoniis ipsum comitarentur, ipsi obviam irent, deducerent, salutarent, atque gratularentur in lætitia, sive domestica, sive publica, aut etiam in tristitia solarentur.

Et qui tali officio prohibiti essent, offensionem principis, et hinc exitium, aut saltem exilium intelligebant.

[a] *Agrippina chlamyde aurata*] Dio etiam Neronem adjungit: 'Claudius ac Nero imperatorio cultu, seu paludamento, exornati erant, Agrippina vero chlamyde aurata enitebat.'

Chlamyde aurata] Plin. XXXIII. 3. 'Tunica aurea triumphasse Tarquinium Priscum Verrius tradit. Nos vidimus Agrippinam Claudii principis, edente eo navalis prælii spectaculum, assidentem ei, indutam paludamento, auro textili sine alia materie. Attalicis vero jampridem intexitur, invento regnum Asiæ.'

Apud Lamprid. melius Alexander Severus qui statuit: 'Matronas autem regias contentas esse debere uno reticulo, atque inauribus, et baccato monili et corona, cum qua sacrificium facerent: et unico pallio auro sparso et cyclade, quæ sex unciis auri plus non haberet:' ubi nota *auro sparso*, non *aurato*.

[b] *Occidioni exemti sunt*] Idque exemplo gladiatorum, qui eximebantur internecione, cum pugnassent, seu missionem obtinebant; aut a populo, vetere Republica, aut a principe, postquam imperium firmatum est.

Hi læsi et metuentes mortis, submittebant arma; idque signum victi fuit. Seneca: 'Gladiatoribus licet arma submittere, misericordiam populi tentare; tu neque submittes arma, nec vitam rogabis; recto tibi invictoque moriendum est.'

Liberari etiam postulabant ab Editore seu Munerario. Cic. II. Tuscul. 'Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos, qui quærant quid velint; si iis satisfactum non sit, se velle decumbere.' Ea liberatio vocabatur *missio*, et *sine missione pugnare* dicebantur, cum occidione occumbere cogerentur.

Florus de pugna cum Spartaco: 'Tandem eruptione facta, dignam viris obiere mortem, et, quod sub gladiatore duce oportuit, sine missione pugnatum est.' Seneca: 'Abscissa missione gladiator, quem armatus fugerat, nudus insequitur.'

Unde decretum Augusti apud Sueton. 45. quo 'gladiatores sine missione edi prohibuit:' quia, nempe, Domitius, avus Neronis, 'munus gladiatorium edidit tanta sævitia, ut necesse fuerit Augusto, clam frustra monitum, edicto coërcere,' teste eodem Sueton. Ner. 4. Et imitatores habuit Domitius.

Igitur populus vel intercedebat pro missione gladiatorum, aut etiam quandoque interfici eos jubebat; et

curia[1] operis manifesta fuit, haud satis depressi ad lacus ima vel media.[2] [c] Eoque, tempore interjecto,[d] altius effossi

perta fuit, haud satis altum effosso stagno, ad ima vel media. Ideoque postea pro-

1 *Et incuria* Gronov. et Ryckius.—2 Nicolaus Heinsius legebat: *ad lacunæ media:* ut *lacuna* ponatur pro ipsa fossa vel emissario, quam conjecturam aliquantisper juvat Ms. Reg. in quo: *ad lacus una vel media.* Ryckius.—

NOTÆ

sæpe munerarius, aut etiam princeps se conformabat voluntati plebis. Signum cædis fuit *conversus pollex.* Juv. 'Munera nunc edunt, et verso pollice vulgi Quemlibet occidunt populariter.'

Si faveret vulgus, *mittebantur*, sed in eum diem, in id spectaculum tantum, et remissi pro ea vice in ludum, aliis spectaculis destinati. In favore pollices premi solebant.

At si non concederetur *missio*, tum imperabatur illis *recipere ferrum.* Cic. 2. Tuscul. 'Quis mediocris gladiator non modo stetit, verum etiam decubuit turpiter? quis cum decubuisset, ferrum jussus recipere, collum contraxit?'

Etiam *repeti ictus* quandoque jubebat vesana plebs. Sic Lactantius: 'Quinetiam percussos jacentesque repeti jubent, et cadavera ictibus dissipari, ne quis illos simulata morte deludat.'

Sed hoc spectaculo prælii navalis lenior et clementior Claudius, veniam concedit certantibus, reosque occidioni eximit, *et pugnare sine missione*, licet damnatos, noluit bonus imperator, haud dubie assentiente, aut etiam postulante populo, qui spectaverat fortitudinem dimicantium; et certe populus morti eximere solebat animose certantes, potius quam trepidos, et mortem refugientes. Lacessere fortiter mortem debuit, qui *missionem* obtinere voluit.

[c] *Ad lacus ima vel media*] Dixerat, *ad lacus ima:* quod ut melius intelligeretur, adjecit *vel media:* inde namque colligimus, idem esse *imum* et *medium* hoc loco.

Nam ut lacus æqualiter ex omni parte aquam contineret, quod necesse fuit ad prælium navale, profundius deprimi debuit in medio, ut sic imum et medium, quod idem est, centrum aquarum esset; et aqua inde æqualiter in omnem fere partem se ferret, servata ratione profluentis, ut sic possent effluere et emitti aquæ in ulteriora loca, et siccari.

Ad lacus ima vel media] Vertit Interpres Hispanus: *Neque ad latera, neque ad mediam partem lacus.* Sed fallitur: *ima* et *media* unum et idem sunt in lacu, seu specubus, de quibus hic Tacitus.

Ad lacus ima vel media] Hoc puto intelligendum, non præcise de lacu ipso, saltem quo loco abundabat aquis. Nam qua arte potuissent deprimi ima et media lacus, dum aqua affluaret? sed capiendum id de ipsa corrivatione aquarum, seu canali, quo elabi debuerunt undæ illæ. Nam haud dubie præcipuus labor operantium fuit in ipso alveo, quo corrivare voluerunt aquas in Lirim. Labor in eo fuit, ut satis deprimeretur terra, ad effluvium illud, quod forte non ante satis ad perpendiculum examinarant Architecti, seu molitores operis.

Sed error apparuit, postquam derivatæ sunt aquæ usque ad certam

specus,[e] et contrahendæ rursus multitudini gladiatorum[3]

fundius depressæ sunt *fossæ, et cogendo rursus populo gladiatorum certamen exhi-*

3 Amicus malebat: *gladiatorium.* Ryckius.—4 Ita libri omnes editi in Mss.

NOTÆ

mensuram. Tum non satis cavatum fundum, seu ima corrivationis non satis depressa fuisse apparuit. Sic sæpe fallitur ingenium hominis, nec sufficit cœptis tantæ molis; itaque iterum novus labor suscipiendus fuit.

[d] *Tempore interjecto*] Interjectum tempus intelligit, inter navale prælium, et spectaculum gladiatorum. Quod ait de *pontibus inditis*, significat lacum, propter specus altius effossos, effluxisse quidem, sed non ad ima: unde ad pedestrem pugnam, pontes superimponere necesse fuerit. *Pich.*

Haud scio, an Taciti mentem ceperit vir doctissimus. Non enim videtur spectaculum datum, postquam aqua jam erat emissa, sed antequam emitteretur. Nam si post specus altius effossos, nondum tamen effossus est lacus, novo erat opus remedio, et denuo altiores effodiendi fuerunt: de quo altum hic silentium.

Ergo cum essent effossi specus isti, adhuc tamen in lacu contineretur aqua cataractis, super eam pontibus stratis munus datum spectatoribus alliciendis: et eo finito, amotis cataractis, liber decursus aquæ permissus est. *Gronovius.*

[e] *Altius effossi specus*] De laborioso hoc opere vide Plinium XXXVI. 15. Quod ante Claudium tamen conceperat D. Julius, (Sueton. Jul. c. 44.) non inceperat: nec rite perfecit ipse Claudius, quoniam manus postea admovit et Hadrianus. Spartianus in ejus vita. *Lipsius.*

Altius effossi specus] Igitur ex Tacito *effossi specus* in visceribus montis, nec perruptus mons ab imo ad verticem, sed intus labores illi fiebant, ut habet Plin. et partim effossus mons, partim excisus, ut habet Sueton. et terra, seu saxa e specubus egerebantur in vertice montis, machinarum ope et adminiculo; sicque altius aut profundius, pro portione altitudinis lacus, effossi canales.

An autem illud opus tum absolutum sit a Claudio, incertum. Attamen videntur innuere Tacit. et Sueton. perfectum esse, quantum opera et arte humana perfici potuit. Nam quid laboris et industriæ superesse potuit, postquam per undecim annos triginta millia hominum in id incubuerant, post opes imperii et principis in id profusas magis quam impensas? Videtur præcipue innuere Tac. id absolutum fuisse, cum dicit, *tempore interjecto, altius effossos* esse *specus*, et *inditos pontes pedestrem ad pugnam. Quin et convivium effluvio lacus appositum* esse. Ad quid tantus tamque solennis apparatus, quo effluvium a populo, totoque ut ita dicam, orbe huc affluente, spectaretur; nisi expedita et absoluta opera illa fuissent ex omni parte? Tamen arguitur infra Narcissus cupidinis et prædarum, nempe quasi intercepisset pecuniam principis et opus neglexisset, nec satis ex omni parte absolvi curasset.

Diserte asserit Dio, sumtus Claudii inanes fuisse, et quamvis dicat alibi, commissum esse navale prælium in eo lacu, non tamen hinc inferre licet, fuisse absolutum opus. Nam ex Tacito ipso exhibitum illud idem spectaculum: et tamen cum *apertum* esset *aquarum iter, tum incuria*

spectaculum editur, inditis pontibus[f] pedestrem ad pugnam. Quin et convivium, effluvio lacus[g] appositum, magna formidine cunctos affecit; quia vis aquarum prorumpens proxima trahebat, convulsis ulterioribus,[4] aut fragore et

betur, impositis pontibus, quibus pedestre prælium ederetur. Quin et convivium, qua parte effluebat lacus, adornatum, ingentem metum cunctis intulit; quippe undæ vi et impetu erumpentes, vicina quæque *impellebant, concussis, quæ remotiora*

Harl. et Jes. *convulsis ulterioribus subliciis:* in margine Ms. Bodl. *subliciis ulte-*

NOTÆ

operis manifesta fuit, haud satis depressi ad lacus ima vel media. Et tradit Plinius XVI. 15. illud opus, velut nondum satis perfectum, fuisse *destitutum odio* Neronis, qui Claudio successit. Posset tamen dici, illud opus tam ingens, tam immensum, ita tum fuisse perfectum, et ita se habuisse, ut tamen novo semper labore contineri, ac veluti foveri debuerit novis opibus operibusque, prout aquæ incumberent, aut invita arte perrumperent, traherentque terras: et ita destituti illi specus, seu corrivationes aquarum tanto sumtu effossæ, et forte exstructæ intus arcuato opere, ut mox Adrianus Imperator, ejusdem lacus emittendi gloriam sibi vindicarit, teste Spartiano in ejus vita. Ideo rem aggrediebantur tanta cura principes, quia multas terras obtegebat lacus, et accolis magnitudine importunus, etiam urbem Marsorum submerserat. Plin. III. 12. 'Gellianus auctor, lacu Fucino haustum Marsorum oppidum Archippe, conditum a Marsia duce Lydorum.'

Itaque per undecim annos multa hæc hominum millia in id opus assidue incubuere, nec sine summa impensa. Si denarius Rom. qui valet sex asses nostros, dabatur in diem singulis operis, impensæ fuere die quolibet 9000. libræ. Si dati decem asses nostri moris, fuerunt in diem, 15000. lib. in mensem, 450000. lib. in annum, 5450000: et sic per undecim annos impensæ fuerint 59950000. libræ. His adde jam magistros et Architectos operis, et Narcissum ipsum totidem pecunias intercepisse, ut par est, sub tali domino, et ut objectabat ipsi Agrippina, in hoc solo non falsa, impensa fuerit centum millionum lib. et ultra. Fuerint scilicet 119900000. libræ, quæ lacu isto et specubus immersæ frustra fuerint.

[f] *Inditis pontibus*] Prima vice ob *magnificentiam operis,* pugna navibus commissa, inter reos tamen, aut gladiatores, seu quasi gladiatores. Nunc secunda vice, *contrahendæ rursus multitudini,* pedestris pugna exhibetur, seu gladiatorum spectaculum; ideoque pontes impositi lacui, ut in his sublimes elati, certare gladiatores possent, spectante populo, e ripis, collibus, ac montibus circumjectis, ad instar theatri; et quia nondum emissus lacus.

[g] *Quin et convivium, effluvio lacus*] Sic Sueton. Claud. 32. 'Convivia agitavit et ampla et assidua, ac fere patentissimis locis, ut plerumque sexcenteni simul discumberent: convivatus et super emissarium Fucini lacus, ac pæne submersus, cum emissa impetu aqua redundasset.'

Quin et convivium, effluvio lacus] Non terruit convivium præcise, seu locus

sonitu exterritis.[5 h] Simul Agrippina, trepidatione Princi-

erant, aut murmure et sonore perterritis. Simul Agrippina formidinem Claudii

rioribus. Brotier.—5 Ita Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione

NOTÆ

in quo convivium instructum erat, sed fragor loci. In ripa corrivationis appositum illud convivium seu ad cataractam; et cum aquæ summa vi prorumpentes proximas terras seu moles emoverent, traherentque, sic et convellebant *ulteriora* loca, in quibus convivium celebrabatur, aut saltem fragore et sonitu exterrebant; unde terror in convivas, et maxime in ipsum principem, qui ultro et ex ingenio suo facile trepidabat.

[h] *Fragore et sonitu exterritis*] Aliquid est in hac oratione monstri. Nam cum audimus, *convulsis ulterioribus*, intelligimus de *membris operis:* cum autem, *aut fragore et sonitu*, de his qui discumbebant, et qui circa erant. Requirit tamen filum orationis, ut eadem sint *convulsa* ista et *exterrita.*

Si quid video, Tacitus scripsit, *exterritos*, ut id referatur ad τὸ *cunctos.* Exterritos, inquit, partim eo, quod sentiebant labefactari et convelli tigna, continuata illis, quæ abstrahebantur, partim fragore ac sonitu tum prorumpentium aquarum, tum soluti operis. Suetonius Claudio: 'Convivatus et super emissarium Fucini lacus, ac pæne submersus, cum emissa impetu aqua redundasset.'

Quem locum cum in promtu haberet Aurelius, tamen offensus voce *convivii*, eo usque delirat, ut *compluvium* subjecerit. Sed *convivium* hic cœnatio est, triclinium vel locus ita structus ut caperet convivas. Sic l. xv. 'Publicis locis struere convivia.' Neque aliter accipiendum hist. i. 'Militum impetus ne foribus quidem palatii coërcitus, quo minus convivium irrumperent.' Sic et incertus auctor Panegyrici Maximiano et Constantino dicti: 'Imago illa in Aquileiensi palatio ad ipsum convivii posita aspectum.' Ubi etiam male tentarunt. *Gronovius.*

Fragore et sonitu] Sic capio: pontes, moles e trabibus et alia opera facta ad lacum, seu effluvium, quo emitti debebat aqua, et quo loco structum erat convivium; et cum emitti cœpit lacus, tum aqua vehementius erumpens, jam proxima trahebat, id est, opera seu moles, quæ propius aquam prorumpentem erant. Et consequenter convellebat ulteriora, quæ his connexa, aut saltem illa loca fragore et sonitu exterrebat.

Quod dicit de operibus aut locis, hoc et intelligendum de hominibus, qui prope astabant et epulabantur, et qui exterrebantur convulso et exterrito loco; nam et ipse princeps cum universo comitatu trepidavit. Et teste Sueton. pæne 'submersus est, cum emissa impetu aqua redundasset.'

Mirari subit, quod phrasin et genium Taciti hoc loco exhorreant, cum alibi probent hæc, *qualem diem induerat*, et alia hujusmodi, quæ validi ingenii nativam libertatem et nobilem impetum præferunt.

Ulteriora vel convulsa, vel saltem fragore aquarum prorumpentium exterrita, quia jam proxima lacui seu effluvio labefacta erant, et impetu aquæ trahebantur.

pis usa,[61] ministrum operis Narcissum incusat 'cupidinis ac prædarum:' nec ille reticet, 'impotentiam muliebrem nimiasque spes ejus' arguens.

58. D. Junio, Q. Haterio Coss.[j] sedecim annos natus Nero Octaviam, Cæsaris filiam, in matrimonium accepit. Utque studiis honestis[k] et eloquentiæ gloria[l] nitesceret,[1]

speculata, invehitur in Narcissum auctorem operis, accusat illum avaritiæ et interceptæ pecuniæ. *Nec ille* etiam *silet*, superbiamque fœminæ, et immodicam ejus dominandi cupidinem *incusat*.

D. Junio, Q. Haterio consulibus, sextum decimum ætatis annum cum attigisset Nero, Octaviam, principe genitam, uxorem duxit. Et ut bonis artibus et eloquen-

principe, *exterriti*.—6 Amicus malebat, *visa*: sed vulgata haud solicitanda. *Uti* enim hic ponitur pro in usum et emolumentum suum convertere, ut I. 28. 'Utendum inclinatione ea Cæsar, et quæ casus obtulerat in sapientiam vertenda ratus, circumiri tentoria jubet:' et apud Statium Thebaid. XI. 26. 'Instat Agenoreus miles cœlique tumultu Utitur.' *Ryckius*.

1 Sic Ms. Reg. et editiones veteres. In Ms. Flor. et Cl. Lallemand, *eni-*

NOTÆ

[i] *Trepidatione principis usa*] Sic Dio, l. LX. 'Hoc non ei perinde vitio datum est, ut libertorum et mulierum consuetudo. Nam inter ejus similes, nemo unquam evidentius a famulis et mulieribus se regi passus est. Nimirum a puero inter sinistram valetudinem et multum timorem educatus, ita ut majorem quam ipsi inesset simplicitatem (quod etiam in senatu aliquando confessus est) præ se ferre opus habuerit, propterea quod diu cum Livia et matre Antonia vixisset,' &c.

'Inerat ei timiditas, qua sæpe perculsus, nihil sani consilii capere potuit.' Et infra de libertis et uxoribus: 'Si quem vellent occidere, metum Claudio incutiebant; atque ita potestatem ab eo agendi pro arbitrio suo accipiebant. Sæpenumero repente consternatus, necari aliquem ex formidine subita, cum jussisset, postquam se collegisset, et ad mentis sanitatem rediisset, eundem requirebat, facinorisque cogniti dolore et pœnitentia corripiebatur.'

[j] *D. Junio, Q. Haterio Coss.*] Non concilio in hac omni narratione Tacitum cum Suetonio. Noster matrimonium cum Octavia, et causarum dictiones, ad consules refert quos posuit: Suetonius gesta hæc vult toto anno ante, Claudio quintum et Cornelio Orfito Coss.

Nec enim de alio Claudii consulatu intellexeris illa: 'Apud patrem consulem pro Bononiensibus Latine, et pro Rhodiis atque Iliensibus Græce verba fecit. Nec multo post duxit uxorem Octaviam.' At inter eum consulatum, et hunc Taciti annum, interjecti, Faustus Sylla, et Salvius Otho: uter verior, mihi sane non liquet. *Lipsius*.

[k] *Utque studiis honestis*] Intellige præcipue scientiam Juris divini atque humani; sine qua orare causas, et eloquentiam profiteri vix quisquam possit.

Utque studiis honestis] Sæpe reperies quod alibi; nempe Tacitum et Suetonium convenire in substantia rerum; at sæpe dissidere in aliqua

causa Iliensium[m] suscepta, ‘ Romanum Troja[n] demissum, et Juliæ stirpis auctorem Æneam,’ aliaque haud procul fabulis vetera facunde[2] executus,[o] perpetrat,[3] ‘ ut Ilienses[p]

tiæ decore inclaresceret, suscepto Iliensium patrocinio ; Romanos Trojanis ortos, et Æneam Juliæ gentis conditorem ; *ceteraque prisca haud diversa fabulis, magna eloquentia persecutus, obtinet*, ut Ilienses omni onere publico immunes

tesceret. Frustra tentat Groslotius, *notesceret*. Brotier.—2 Sic Rhenanus et vulgo recentiores. In Mss. Reg. Harl. Jes. et editione principe, *vera facunde*. In Ms. Bodl. *vera facundie ;* unde forte Puteolanus, *vera facunditate*. In margine Ms. Bodl. et in Ms. Agr. *verum facunde*, quod secutus est Ryckius ; nec displicet. At probabiliora videntur, *vetera*. Idem.—3 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Jes. Guelf. editio princeps, Ernestus. Sic quoque emendatum in Ms. Bodl. ubi primo scriptum, *impetrat*, quod Puteolanus aliique multi reti-

NOTÆ

circumstantia temporis, loci, vel personæ. Ut hoc loco tradunt ambo, Neronem duxisse Octaviam, defendisse Ilienses, Rhodios, ac Bononienses. At quo tempore, et quibus consulibus, non conveniunt.

[1] *Eloquentiæ gloria nitesceret*] Profecto in Groslotii mei correctionem inclino, *notesceret*. Lipsius.

Nitesceret] Nihil mutes : supra lib. II. 7. ‘ Cogitaret plebem quæ toga enitesceret.’ *Toga*, id est, eloquentiæ gloria.

[m] *Iliensium*] Vide notas l. VI. c. 2. *Tillemon*.

[n] *Troja*] Vide notas l. XI. c. 11.

[o] *Facunde executus*] Quia nempe fretus erat ingenio Senecæ, qui hujus ævi ingeniis et auribus mire placebat, novo genere eloquentiæ.

Ejus tamen orationes meras *commissiones* et *arenam sine calce* vocabat Caius Cæsar ; et corrupisse eloquentiam priscam arguitur a Quintiliano : non tamen sine magno et excelso ingenio, se facere novum ingeniorum exemplum potuit Seneca.

Facunde executus] Puto, non propria facundia, sed eloquentia Senecæ, cujus ingenio, quod temporum illorum auribus mire accommodatum erat, formatæ illæ orationes ; quippe solum Cæsarum Neronem aliena facundia eguisse, annotabant periti. Eum a Philosophorum doctrina tanquam inutili absterruit Agrippina mater, et Seneca a lectione veterum oratorum, ut eum sibi devinctum diutius haberet : testis Suetonius.

Etiam Nero statim animum ad poësim adjunxit, et ad pingendi cœlandique artem ; et quia maturius quam opus fuisset juniorque securus legum et magistrorum fuit, quorum, nimia licentia imperii, fere statim jugum excussit, maximo detrimento imperii et suo.

[p] *Impetrat ut Ilienses*] Liber vet. *perpetrat*, recte. Sed quid ? non jam ante immunes Ilienses ? immunes pridem. Primus Alexander, post pugnam ad Granicum amnem, ἐλευθέραν καὶ ἄφορον eam urbem pronuntiavit, ait Strabo l. XIII. Certamen deinde Romanis, in honestanda urbe, ut credebant, parente.

In fœdere quod cum Antiocho initum est, immunitas Iliensibus data, et Rhœteum ac Gergithum concessa, ut auctor est Liv. l. XXXVIII. Epistola deinde Græca Senatus populique Romani ad Seleucum regem missa (Sue-

omni publico munere[4] solverentur.'[q] Eodem oratore Bononiensi[r] coloniæ, igni haustæ, subventum centies sestertii[s] largitione. Redditur Rhodiis libertas,[t] ademta sæpe aut

essent. *Eodem agente causam Bononiensium, centies sestertii liberalitate levata colonia,* quæ *incendio absumta* fuerat. Eodem orante Nerone, *libertas Rhodiis*

nuere. *Brotier.* Gronovius et Ryckius *impetrat.*—4 Amicus malebat: *omni publico onere:* ut II. 42. 'Syria atque Judæa fessæ oneribus:' IV. 6. 'ne provinciæ novis oneribus turbarentur.' Sed Jurisconsulti docent *munera* civilia triplicia esse, alia personalia, alia patrimoniorum, alia mixta, l. ult. D. de muneribus et honoribus: et hinc XII. 61. XIII. 51. *immunitas* pro exemtione publicorum onerum ponitur, et *immunis* sic sæpe. Unde nihil mutan-

NOTÆ

tonii verba sunt, Claudii c. 25.) 'Amicitiam et societatem ita demum pollicentis, si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes præstitisset.'

Sylla etiam, Asiam constituens, eosdem 'liberos dimisit, et socios amicosque Romanorum scripsit,' ait Appianus. An hoc mutatum postea (et sæpe solet) nescio.

Julius quidem Cæsar iterum et agrum et libertatem dedit, et immunitatem: nec imminuit Tiberius aut Augustus. Strabo: 'Divus Julius ipsis regionem dedit et libertatem, et immunitatem munerum eis conservavit, et etiam nunc his privilegiis fruuntur.'

Quis ergo ea abstulit, ut opus fuerit sive reddi a Claudio, seu firmari? An Caligula? nihil lectum. Credo equidem nemo; sed vel Claudius adjecit aliquid ad immunitatem olim datam, effecitque ut plenissima uterentur, (atque ideo Tacitus scripserit, *ut omni publico munere solverentur,* quasi antea non omni,) aut concessa, sed publicanorum improbitate mota, sanxit in perpetuum, stabilivitque. Suetonius: 'Iliensibus quasi Romanæ gentis auctoribus tributa in perpetuum remisit.'

Callistratus de excusat.: 'Iliensibus et propter inclytam nobilitatem civitatis, et propter conjunctionem originis Romanæ, jam antiquitus et Senatusconsultis, et principum constitutionibus, plenissima immunitas tributa est, ut etiam tutelæ excusationem habeant.' *Lipsius.*

q *Solverentur*] Anno Romæ conditæ 806. Christi 53. Vide notas cap. 56. *Tillemon.*

r *Bononiensi*] Felsina et deinde Bononia, oppidum Boiorum populorum, in Gallia Cispadana, regione Italiæ.

Hodie *Bologna* Italis, et *Bologne* Francis, urbs primaria agri seu provinciæ *Bolognese*, in statu Ecclesiastico. *Tillemon.*

Bononiensi] Tum forte illi clientes Domitiorum seu Claudiorum. Sed socii novos et plures simul patronos asciscebant.

s *Centies sestertii*] Sunt ducenta et quinquaginta millia coronatorum, seu septingenta et quinquaginta millia librarum.

t *Eodem oratore, &c. redditur Rhodiis libertas*] Nero, ut est apud alios, pro Rhodiis verba fecit. Et ejus honoris causa, ab illis Nummus percussus est, qui mulierem alatam, quæ altera ma-

firmata, prout bellis externis meruerant, aut domi seditione deliquerant. Tributumque Apamensibus,[5] [u] terræ motu convulsis, in quinquennium remissum.

59. At Claudius sævissima quæque promere adigebatur ejusdem Agrippinæ artibus, quæ Statilium Taurum, opibus illustrem, hortis ejus inhians,[v] pervertit, accusante Tarquitio Prisco. Legatus is Tauri, Africam imperio Pro-

restituitur, ablata sæpe illis, *aut indulta, prout bellis externis rem Rom. juverant, aut in pace per discordias peccarant. Et tributum in quinque annos condonatum Apamiensibus terræ motu concussis.*

Sed Claudius in atrocissima quæque prorumpere cogebatur dolis ejusdem Agrippinæ, quæ subvertit Statilium Taurum divitiis insignem, quia cuperet habere hortos illius, deferente Tarquitio Prisco. Is fuerat *legatus Tauri, dum Africam procon-*

dum. De re præsenti testatur Suetonius Claud. cap. 25. *Ryckius.*—5 Sic Mss. Flor. Reg. Guelf. Agr. et editio princeps. Male Puteolanus, *Apamiensibus.* Brotier. Ryckius habet *Apameensibus,* et sequitur Codicem suum.

NOTÆ

nu palmam, altera coronam haberet, hac inscriptione ΡΟΔΙΩΝ. *Vertran.*

Ademta nuper ab ipso Claudio, propter cives quosdam Romanos in crucem actos, ut notat Dio. Sed restituta, orante Nerone, cujus honori jure Epigramma illud assero, quod nomine Antiphili legitur primo Anthologiæ, *εἰς νήσους.* Nec enim alio spectat, quam ad hoc factum: *Ὡς πάρος ἀελίου, νῦν Καίσαρος ἡ Ῥόδος εἶμι Νᾶσος, ἴσον δ' αὐχῶ φέγγος ἀπ' ἀμφοτέρων. Ἤδη σβεννυμέναν με νέα κατεφώτισεν ἀκτὶς, Ἅλιε, καὶ παρὰ σὸν φέγγος ἔλαμψε, Νέρων. Πῶς εἴπω; τίνι μᾶλλον ὀφείλομαι; ὃς μὲν ἔδειξεν Ἐξ ἁλὸς, ὃς δ' ἤδη ῥύσατο δυομένην.* Quod epig. sic invertimus: *Ut ante solis eram, nunc Cæsaris insula sum Rhodos. Ab utroque lucem splendoremque parem accepisse me glorior. Jam certe extinctam me nova lux tua, me radius tuus, o Sol, illustravit; et a te summus fulgor, summa mihi gloria affulsit, o Nero. Qui dicere possim, utri plus debeam ego, an Soli, an Cæsari? Ille me produxit eduxitque e vasto sinu maris, ille vero jam pæne me submersam eripuit, erexit.*

Argutum Epigramma, et comparat Neronem ecce cum Sole; quia ut ille Rhodum retexit radiis fecitque oriri; sic iste pressam et occidentem restituit, reduxitque in lucem. *Lips.*

Rhodiis] Vide notas l. VI. c. 10.

[u] *Apamensibus*] Apamia Cibotus, urbs Phrygiæ majoris provinciæ, et ad Marsyam fluvium: hodie *Apanis* oppidum præfecturæ Natoliæ.

Fuit etiam *Apamia* urbs Bithyniæ provinciæ in Asia minore, et ad Propontidem: hodie forsan *Montaignac,* urbs præfecturæ Natoliæ, et ad mare Marmaræ in Turcico imperio Asiatico. *Tillemon.*

[v] *Hortis ejus inhians*] Quam funesta hæc scelerum præmia! ut patet ante de Messallina, et mox de Burrho, et 'Senecæ prædivitis hortis.'

Qui licet minus nocentes, tamen criminis alieni fructum læti percipiebant. Quam 'mala et falsa hæc gaudia!' Quam facile e manibus elabuntur, quæ per vim et ambitionem rapta sunt!

consulari[w] regentis, postquam revenerant,[1] pauca 'repetundarum crimina,' ceterum 'magicas superstitiones'[x] objectabat. Nec ille diutius falsum accusatorem indignamque[y] sortem[z] perpessus, vim vitæ suæ attulit, ante sententiam Senatus. Tarquitius tamen curia exactus est:[z] quod

sulari potestate curaret. Postquam e provincia *redierant* illi, *pauca* quædam repetundarum facinora *objiciebat, ceterum* magica *illi* sacra *exprobrabat. Nec ille diutius falsum criminatorem indecora sorte ferens, mortem sibi conscivit, ante decretum patrum. Attamen Tarquitius senatu motus est; quod obtinuere Patres,*

1 Amicus: *postquam reverterant:* nulla necessitate. Plautus enim sic sæpe, immo ipse Cicero. *Ryckius.*—2 Reg. et meus: *indignasque sortes.* Unde Nicolaus Heinsius faciebat: *indignasque sordes;* id est, immeritum reatum. Suetonius Aug. cap. 32. 'diuturnorum reorum, et ex quorum sordibus nihil aliud quam voluptas inimicis quæreretur, nomina abolevit.' *Idem. Indignasque sordes* emendabat Heinsius, quem Cll. Ernestus et Lallemand sunt secuti. In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *indignasque sortes.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *indigna sorte.* Unde forte emendandum, *indignamque sortem.* Brotier. Gronovius et Ryckius *indigna sorte.*

NOTÆ

[w] *Africam imperio proconsulari*] Africa proconsulatus et provincia Africæ minoris ad mare Africum: hodie pars regni *Tunis* in Barbaria, sub clientela Turcarum. De Africa minore vide notas l. II. c. 21. *Tillemon.*

[x] *Magicas superstitiones*] Et hoc fuit tum temporis omnium criminum complementum, et cum non sufficeret aliud crimen, istud assuebatur, quasi majestatis. Iisdem artibus et criminibus, infra perdit Lepidam Agrippina.

[y] *Indignam*] Nempe respectu bonarum artium, respectu virtutis et innocentiæ suæ.

Indignam sortem] Indigna sors illustrissimi proconsulis et vetustissimi consularis, qui postquam omnes dignitates populi Rom. obtinuisset et innocenter obiisset, accusabatur falsi criminis a vano pessimoque delatore, a suo legato, ab inferiori et indigno homine, qui se veluti parricidio polluebat, cum amicum et innocentem virum occideret, ut gratiæ et animo mulieris dominantis falsæ semper et atrocis arreperet.

Indignam sortem] Indigna et misera sors Tauri, qui deferretur a legato suo, ab inferioris sortis homine; cui olim imperarat, et a quo coli et diligi debuit, veluti parens.

Hinc *et odium* patrum in delatorem: quod coëgisset Taurum sibi manus afferre ante senatusconsultum; quo odio patrum, curia ejectus est.

[z] *Tarquitius tamen curia exactus est*] De quo etiam Tac. XIV. 46. 'Damnatus iisdem consulibus Tarquitius Priscus repetundarum, Bithynis interrogantibus, magno patrum gaudio; qui accusatum ab eo Statilium Taurum proconsulem ipsius meminerant.'

Sicque restitutus ordini videtur et dignitati, alioquin obtinere Bithyniam non potuisset. Forte gratia imperitantium utrumque mox simul obtinuit.

Patres, odio delatoris,[a] contra ambitum Agrippinæ, pervicere.

60. Eodem anno sæpius audita vox Principis 'parem vim rerum habendam, a Procuratoribus suis judicatarum,[b] ac si

odio accusatoris, adversus ambitionem Agrippinæ.

Iisdem consulibus sæpe audita vox imperatoris, quæcumque statuissent procuratores Cæsaris, parem vim habere debere, ac si ipse judicasset. *Ac ne* ea

NOTÆ

[a] *Odio delatoris*] Quia delator ille infestus et invisus fuit, et festinata mors Tauri ante omne judicium, maximam in illum invidiam populi patrumque concitavit, quia sic ut innocens et a falso delatore oppressus, omnium bonorum opinione existimabatur.

[b] *A procuratoribus suis judicatarum*] Defunguntur vulgo leviter interpretatione hujus loci, et alterius Suetoniani comparis: 'ut rata essent, quæ procuratores sui in judicando statuerent, a senatu precario exegit.'

Referunt enim ad procuratores rei familiaris in provinciis: quibus datum nunc jus volunt cognoscendi statuendique inter privatos et fiscum, in re pecuniaria quidem; non enim criminum: argumento, l. II. C. si advers. fisc. l. VIII. §. Transactiones. De transact. l. I. C. jurisd. omn. judic.

Itaque non aliud Tacitum tam longa et querula oratione indignari, quam jurisdictionem Procuratoribus mandatam in re et causa fiscali pecuniaria; eorumque decreta firma a Claudio habita et rata. Sed mihi profecto, et, credo, Tacito alia mens est. *Lipsius.*

A procuratoribus suis] Capio de appellatione, ita ut ab illis non appellaretur, quod magistratibus ante concessit Caligula apud Suet. 16. 'Magistratibus liberam jurisdictionem, et sine sui appellatione concessit.' Id est, ut apud eum non appellaretur.

Hi procuratores, sive servi sive liberti, sive ingenui equitesve, aliquando quibusdam rebus, aliquando omnibus præponebantur. Quibusdam rebus, ut vestimentis, &c. unde *gynæciarii, ostiarii, lecticarii;* omnibus, ut dispensationi domuum, unde *dispensatores.* Etiam universo patrimonio principis, hinc procuratores *catholici* dicti, II. cod. de procurat. et conduct. domus Aug. primaque eorum cura fuit, audire rationes conservorum, vel collibertorum suorum, quibus erant præpositi: quomodo *Atrienses* reliquis servis in domo herili.

Postea crescente imperatorum auctoritate, crevit quoque eorum dignitas, et de rationibus Cæsaris cognoverunt, quæ quaque in provincia redderentur, in qua Cæsar servos suos et possessiones haberet. Nihil tamen judicabant, dicebanturque *rationales Cæsaris.*

Postea vero jurisdictio data est libertis principis in audiendis rationibus, jusque dicendæ sententiæ in his quæ pertinerent ad Cæsarem; deinde cognitio inter fiscum et privatos in causis fiscalibus tantum pecuniariis.

Postea vice præsidum functi sunt in provinciis l. IV. ad L. Fabiam de plag. et Tac. de criminalibus causis agnovere: l. IX. de off. præs. l. III. ubi causæ fiscales. *Aurelius.*

A Procuratoribus suis judicatarum] Haud dubie ante, non omnibus procuratoribus Cæsaris id concessum,

ipse statuisset.' Ac, ne fortuito prolapsus videretur, Senatus quoque consulto cautum,[c] plenius quam antea[d] et uberius. Nam D. Augustus, ' apud Equestres,[1] qui Ægypto præside-

vox ipsi *excidisse fortuito putaretur*, illud *etiam patrum decreto sanctum statutumque firmius, quam antea, et abundantius. Quippe Divus Augustus præceperat*

1 Cod. meus *apud Equites:* sed vulgata defenditur XIII. 10.; item Flor. et Reg. Mss. auctoritate. *Ryckius.*

NOTÆ

sed nunc ut patet, ' senatusconsulto cautum, plenius quam antea et uberius:' et mox; ' Claudius omne jus tradidit, de quo toties, &c. certatum' erat.

Et postea: ' cum Claudius libertos, quos rei familiari præfecerat, sibique et legibus adæquaverit.'

Quis dubitet, id intelligi de omnibus omnino procuratoribus, vel et de *ducenariis* ipsis; ita ut judcatum ab ipsis pro lege esset, seu vim legis haberet, in quacumque re, et etiam in crimine?

c *Senatus quoque consulto cautum*] Jus quidem refertur ab Ulpiano: sed senatusconsulti nulla mentio est in libris civilibus. *Ferrettus.*

De officio procuratoris Cæsaris observare debes, cum fuit constitutum imperium, procuratori non nisi jus in servitia et pecunias familiares, et colligendos legitimos reditus, a principe datum fuisse; quo tempore pariter eorum causa, ac civium et privatorum, ex jure civili in foro judicaretur.

Tunc Lucilius Capito Cæsaris in Asia procurator, quod vim prætoris usurpasset, manibusque militum usus foret, in exilium damnatus est. Legitur tamen infra lib. XV. Servator noster JESUS CHRISTUS, Tiberio imperante, per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus. Quod si de crimine cognoscere, quanto magis de re pecuniaria judicare potuit?

Inde factum, ut Claudius *judicata a procuratoribus suis precario exegerit pro ratis haberi*, teste Tranquillo; deinde ita illis stari voluerit, ac si ipse statuisset: de hocque factum SC. ait Cornelius.

Aliud vero jus sub Trajano, de quo Plinius Paneg. inquit, ' dicitur actori atque etiam procuratori tuo, i jus veni, sequere ad tribunal.' Quæ arguunt, si ad alterius tribunal in jus vocatus est Cæsaris procurator sub Trajano, jam tum ipsum procuratorem non cognovisse.

Rediit tamen jus de lite pecuniaria cognoscendi, ut est apud Marcianum l. XVI. D. de publicanis, et de criminibus, ut conjicio, ac mulctandi, si rem familiarem Cæsaris attingerent. Ceterum procuratores Cæsaris jus deportandi non habent, inquit Callistratus: quia pœnæ constituendæ jus non habent. *Vertran.*

d *Plenius quam antea*] Nempe plenius quam sub Augusto, sub quo multa concessa præfecto Ægypti, et postea hujus exemplo, per alias provincias, et etiam Romæ, pleraque concessa sunt, seu procuratorum jurisdictioni permissa, de quibus olim prætores judicabant.

Sic sensim aucta potestas libertorum et procuratorum Cæsaris, et adhuc sub Claudio increvit plenius et uberius; idque senatusconsulto cautum fuit.

rent,[e] lege agi,[f] decretaque eorum perinde haberi' jusserat,[g] 'ac si magistratus Romani constituissent:' mox alias per provincias;[h] et in urbe pleraque concessa[i] sunt, quæ olim a

leges et judicia exerceri apud equestres Ægypti rectores, et quæ statuissent illi, perinde valere *jusserat*, ac si magistratus Romani judicassent: *dein per alias provincias, et in urbe* ipsa, *multa* procuratoribus *permissa sunt, de quibus*

NOTÆ

[e] *Divus Augustus apud Equestres, qui Ægypto præsiderent*] Subjungit Tacitus, quo exemplo de potestate procuratorum Cæsaris factum fuerit SC. Erat enim *equestris ordinis* præfectus Ægypti (quod scilicet senatorii sine religione esse non posset ille) cui imperium ad similitudinem proconsulis, lege lata sub Augusto, datum est.

Exindeque dictus præfectus Augustalis: qui cum *loco regis esset*, ait Tac. Hist. I. apud eum ex legibus agi, et ipse decernere etiam in reos potuit: et hoc est quod Ulpianus dixit, 'data est ei legis actio.' *Vertranius.*

[f] *Lege agi*] Neque id mirum, cum *loco regum* agerent, ut scribit Tac. Hist. I. Quæ vero sint *legis actiones*, explicat Pomponius de origine juris: 'Deinde ex eisdem legibus, eodem fere tempore actiones compositæ sunt, quibus inter se homines disceptarent: quas actiones, ne populus, ut vellet, institueret, certas solennesque esse voluerunt. Et appellatur hæc pars juris, Legis actiones.'

Quamobrem apud eos dicimus esse *legis actiones*, apud quos instituere possumus actiones ex lege duodecim tabularum, et jure civili veteri: ideoque apud quæstores ac minores magistratus adoptiones fieri non poterant, quæ ex lege duodecim tabularum constitutæ fuerant. *Ferrettus.*

Ægypto] Vide notas l. VI. c. 28.

[g] *Decretaque eorum proinde haberi jusserat*] Malim *perinde;* Pichena. Idem est Tacito.

[h] *Mox alias per provincias*] In urbe præfecti urbis aut vigilum notio fuit de rebus quæ antea ad prætorum cognitionem pertinerent.

In provinciis, omnium Romæ magistratuum vice et officio fungi præses debuit, ejusque de omnibus causis notio fuit, de quibus vel præfectus urbi, vel præfectus prætorio, itemque consules et prætores, ceterique Romæ cognoscerent, Proculo, Marciano, et Hermogeniano testibus. *Vertran.*

Per provincias] In provincias Cæsaris olim legati aut proprætores missi, in provincias dico majores. Nam quædam minores, nec tantæ rei, procuratores saltem acceperunt. Quorum præcipuum ac proprium munus fuit, ut reditus ac tributa colligerent, aliaque quæ ad fiscum: sed quoniam, nullo alio præside, res sæpe cogebat jus inter provinciales dici, etiam in re criminum factum, ut jurisdictionem aliquam sibi sumerent, præsidum exemplo.

Id procuratorum genus, notæ et discriminis causa, dicti passim in libris legum, procuratores vice præsidis, aut cum potestate; ut l. II. C. De pœnis. l. III. C. Ubi causs. fisc. l. IV. Ad leg. Flav. de plag. Dixi, jurisdictionem sumerent: revera enim non habebant, quia equites erant, aut liberti.

Ex Tacito in vita Agricolæ: utrumque avum habuit procuratorem Cæsarum, quæ equestris nobilitas est. Dio l. LIII. 'Procuratores (ita enim

NOTÆ

appellamus eos qui publicos reditus colligunt erogantque) in omnes provincias, tam suas quam populi, Cæsar mittit, quosdam ex equitibus, quosdam ex libertis.'

Itaque nec judicia, nec acta eorum rata: vocarique poterant ad disquisitionem principis aut senatus: quoniam lege apud eos agi (ut ad rem, et solenniter loquar) nefas: apud magistratum solum populi Romani, prove magistratu, actio legis fuit, ut consules, proconsules, proprætores, qui omnes e senatu: apud equites non fuit; multo minus apud libertos.

Inter equites, excipio unum præfectum Ægypti, apud quem, ut Tacitus notat, lege agi permisit Augustus, decreto quodam singulari.

Attamen procuratores isti provinciis præerant, et jus sæpe in crimine et causa capitis dicebant. Exemplum in Pontio, qui Judææ procurator; non enim ille provinciæ proprie præses, sententiam tulit de capite nostri capitis, Christi servatoris: exempla in Petronio, Cumano, aliisque vulgo apud Josephum.

Idemque in certis minutis provinciis factum, quibus regendis solus procurator: quarum aliquot Tacitus recensuit hist. I. 'Duæ Mauretaniæ, Rhætia, Noricum, Thracia, quæque aliæ procuratoribus cohibentur:' et præter eas, notabis Alpium maritimarum procuratorem, item Ponti, Epiri, pluresque. Hæc clara satis et certa.

Ad hos procuratores Claudii, me judice, accommodamus edictum, jubentis, ut in provinciis eorum decreta proinde rata sint, ac si ipse statuisset. Nam ad fiscum solum si aptas, quid fiet communibus et late conceptis Cornelii verbis? 'Rerum,' inquit, 'a procuratoribus suis judicatarum:' pariterque indefinite extulit Tranquillus, 'quæ procuratores sui in judicando statuerent.'

Adde subsequentem omnem Taciti orationem: videbis, non aliud eum indignari quam quod jurisdictio communicata sit cum equitibus et libertis: de quo toties inter ordines olim certatum seditione aut armis erat. At procuratores qui rei familiari tantum impositi, qui in provinciis proconsulum aut legatorum plane privati erant, et insigne in eos exemplum a Tiberio editum.

Tacitus: 'procurator Asiæ Lucilius Capito, accusante provincia, causam dixit, magna cum asseveratione principis, non se jus nisi in servitia et pecunias familiares dedisse: quod si vim prætoris usurpasset, manibusque militum usus foret, spreta in eo mandata sua, audirent socios.' Plane ergo privati, tunc quidem.

Nam postea jus acceperunt de fiscali saltem pecunia cognoscendi, ut præmonui. Idque Dio etiam assignificans ait, οὐ γὰρ ἐξῆν τότε. Hi posteriores procuratores multi erant, et sparsi per provincias omnes: illi pauciores dignioresque.

Dio excipuas habere proconsulum provincias videtur ab administratione procuratorum. Addit enim ad verba libri LIII. quæ supra: 'non enim tunc licuit, nisi in quantum proconsules tributa exigunt ab illis, quibus imperant.' Quasi proconsules reditus collegerint ipsi in provinciis suis: fallacia verba, quæ virum doctum nuper deceperunt, non me.

Planissime enim in proconsulum etiam provinciis procuratores. Dio ipse docet, Ἐς πάντα, inquit, ὁμοίως τὰ ἔθνη τε ἑαυτοῦ καὶ τὰ τοῦ δήμου. Id est, *in omnes gentes tam quæ Cæsari, quam quæ populo attributæ.* Atqui provinciæ omnes populi, proconsulum fuere.

Prætoribus noscebantur. Claudius omne jus tradidit, de quo totiens seditione aut armis certatum, cum Semproniis rogationibus[j] Equester ordo in possessione judiciorum locaretur; aut rursum Serviliæ leges[k] Senatui judicia redderent;

prætores olim statuebant. At Claudius tunc procuratoribus suis *omne jus concessit, de quo toties discordia vel armis pugnatum* erat, *cum Sempronia rogationes equitibus judicia concederent; aut rursus Serviliæ leges judicia* eadem *Patribus*

NOTÆ

Ulpianus item de offic. procons. 'Sane,' inquit, 'si fiscalis pecuniaria causa sit, quæ ad procuratorem principis respicit, melius fecerit, si se abstineat.' Cujus vana et irrita monitio, si in proconsulum provinciis procuratores nulli.

Quæ ergo Dionis verborum vera mens? non alia quam procuratorem in aliis quidem provinciis omnes reditus colligere, quia omnes Cæsaris fiscique sunt: at in proconsularibus non omnes, quoniam vectigalia quædam vetera ipse proconsul colligat, in populi ærarium usumque mittenda.

Dictum satis, si addo, procuratores solius rei Rationales postea dictos, ut a prioribus illis distinguerentur: quoniam illi rem publicam etiam, hi solam privatam tractabant, rationesque pecuniæ principalis. *Lipsius.*

[i] *In urbe pleraque concessa*] In urbe equitibus Romanis late datum jus; uti, ab Augusto, Mæcenati in præfectura urbis; uti præfecto Prætorii semper: quia is ex equite ad tempora Vespasiani.

Sed et procuratoribus Cæsaris in Urbe aliquod jus extra res fisci. Ulpianus, 'Frequens est etiam legis Fabiæ cognitio in tribunalibus præsidum: quanquam quidam procuratores Cæsaris usurpaverint, quam Romæ, tam in provinciis.' *Lipsius.*

[j] *Semproniis rogationibus*] Has leges tulit C. Sempronius Gracchus tribunus pleb. Q. Cæcilio Metello, T. Quintio Flaminio coss. anno 630.: Ne de capite civis Rom. injussu populi judicaretur: Ut qui magistratus, indicta causa, in civem Rom. animadvertisset, de eo populi quæstio constitueretur: Ne quis coiret, conveniret, quo quis judicio publico circumveniretur.

Putant etiam ab eo latam fuisse legem Porciam, Ne magistratus civem Rom. virgis cæderet, aut securi feriret, ut judicia, quæ semper antea penes senatorium ordinem fuerant, ad solos equites transferrentur: nam hactenus judicia, lege Romuli, penes senatum fuerant.

Sic Dionys. Halic. 'Romulus postquam discrevit potiores ab inferioribus, mox legibus latis præscripsit, ut patricii sacra curarent, magistratus gererent, jus redderent, secum Rempub. administrarent, res urbanas obirent.' At lege Sempronia id subversum.

Semproniis rogationibus] *Rogationes* vocat, quia tribuniciæ, et populi scita erant. At vero Servilias *leges* vocat, quia *Servilii* consulis erant.

[k] *Serviliæ leges*] Plures eo nomine: sed una judiciaria, quam tulit Q. Servilius Cæpio Consul: de qua Cicero sæpius et Asconius. *Lipsius.*

Serviliæ leges] Legem Serviliam tulit Q. Servilius Cæpio Consul cum C. Attilio Serrano anno 647.: hac lege cautum, ut judicia, quæ, lege Sempronia, ad solos equites translata erant, ordini Senatorio communicarentur. Fuit autem hac lege minor numerus Senatorum quam equitum inter judices.

Mariusque et Sylla[1] olim de eo vel præcipue bellarent.[2] Sed tunc ordinum diversa studia : et quæ[3] vicerant, publice valebant.[m] C. Oppius[n] et Cornelius Balbus[o] primi Cæ-

restituerent ; Mariusque et Sylla quondam de eo jure *vel maxime certarent. Sed tunc ordinum* universorum *diversæ partes* erant : *et qui superarant*, alicui ordini et *publice*, non uni *præpollebant. C. Oppius et Cornelius Balbus primi, potentia*

—2 *bellarint* Ryckius. Sed ante Rhenanum hic legebatur, *bellarent*, atque ita habent Mss. Flor. Reg. et meus. Amicus inde faciendum putabat, *bellarint*. Idem.—3 Sic bene Ernestus ex Mss. et editionibus veteribus. Lipsius, *qui*. Brotier.

NOTÆ

Quippe paucis post annis M. Livius Drusus Trib. pleb. L. Marcio Philippo, Sex. Jul. Cæsare coss. anno urbis 662. tulit legem Juliam ; ut æqua ex parte judicia penes senatum et equestrem ordinem essent, id est trecenti equites et trecenti senatores.

Postea, teste Appiano, 'M. Livius Drusus senatum et equites, tum maxime propter judicia dissidentes invicem conciliare conabatur, et cum judicia palam senatui restituere non posset, arte utrosque aggressus est. Nam cum per id tempus patres, propter crebras seditiones, vix trecentorum explerent numerum, promulgavit legem, ut ex equestri ordine adderentur totidem, delectu optimorum habito, atque ex his omnibus in posterum judices legerentur.'

Sed eo ipso anno obtinuit L. Marius Philippus Consul, ut Drusi leges, tanquam contra auspicia latæ, senatusconsulto tollerentur. Dein, anno elapso, etiam legem tulit M. Plautius Silvanus Trib. pleb. ut tribus singulæ ex eo numero quinos denos suffragio crearent, qui eo anno judicarent.

Hinc senatores ex eo numero fuerunt, et quidam etiam ex plebe : cum igitur singulæ tribus quinosdenos judices deligerent, fuerunt judices numero 450. : et sic judicia senatui, equiti, ac plebi communicata sunt.

Postea legem Corneliam tulit Sylla, qua lege judicia ad solum senatorium ordinem transferuntur. Post lege Aurelia, iterum communicata judicia senatori, equiti, et Tribunis ærariis.

[1] *Et Sylla*] Qui judicia reddidit senatui.

[m] *Et quæ vicerant, publice valebant*] Vulgo *qui*, at Flor. et Ven. *et quæ vicerant*, ut ad studia referatur. *Pichena.*

Qui vicerant] Vincebant nempe non sibi, non privatis, non uni, aut paucis, sed alicui parti Reipub. alicui ordini, patribus, vel plebi, senatui, vel equestri ordini ; cui opponit Tac. privatos, *Matios* nempe et *Vedios*, qui unius Cæsaris opibus talia jura sibi vindicarunt. Eo tum statu res, ut uni vincerent, uni bella et Rempub. gererent, uni pacem facerent.

Tunc *omnia Cæsar erat*, tum unus Cæsar plus potuit quam Respub. Hinc delecti ab ipso Cæsare, qui pacis bellique conditiones pro suo nutu tractarent ; quæ cuncta antea senatus populique Romani aut saltem alicujus ordinis arbitrio, non unius, non paucorum auctoritate, tractari solebant.

Publice valebant] Non hic sensus est, victores valuisse in publicum, hoc est, Rempub. suo arbitratu administravisse : sed hic potius, neminem sibi privatim imperium quæsivisse, sed ordini alicui toti. Postea autem in unius hominis potestate sita fuisse

saris opibus potuere conditiones pacis et arbitria belli tractare. Matios posthac et Vedios[p] et cetera Equitum Ro-

Cæsaris freti, *pacis bellique conditiones pro nutu constituere potuerunt. Matios*

NOTÆ

judicia, aliaque summæ fortunæ munia.

Ergo hæc vox *publice* hic opponitur singulis illis, qui postea eandem potestatem nacti sunt, de qua prius inter *ordines*, *Senatum* nempe, *equitesque*, certatum fuerat. *Freinsh.*

Publice valebant] Non vincebant, aut valebant adversus Rempub. Alicui ordini publice, nempe vel senatui, vel equiti vincebant, non uni cuipiam, non libertis, et servis, quos Reipub. et legibus adæquarent.

Neque amicis et familiaribus, ut Jul. Cæsar, qui videtur vicisse C. Oppio et Corn. Balbo, qui conditiones pacis et arbitria belli pro suo nutu et libito tractarent; ut Augustus, qui vicit Matiis et Vediis, et aliis portentis gratiæ et auctoritatis, vel quod verius, sibi uni.

Vel qui vicerant, Reipub. vincebant, valebantque, et totam suam auctoritatem a Repub. accipiebant, acceptamque Reipub. referebant, non uni. Præpollebant ordini, non privatis, ut postea factum est sub principibus, mutata Repub.

Publice valebant] Qui vicerant, non uni dominanti, sed ordini suo, et in commune, vel ordini equestri, vel senatorio prævalebant. At contra, oppressa Repub. unius Cæsaris opibus nutuque, pacis bellique arbitria tractari cœperunt.

Illustres equites Rom. hoc potuere sub Augusto; sed mox ut dominatio crescit in immensum, jam non equitibus solummodo ea potestas permissa, sed et libertis Cæsaris, qui tandem sub Claudio, principi, Reipublicæ, et legibus adæquati sunt.

[n] *C. Oppius*] Illius meminit Suet. Jul. 52. ubi de filio Cæsaris et Cleopatræ: 'Quem quidem nonnulli Græcorum similem quoque Cæsaris et forma et incessu tradiderunt: M. Antonius agnitum etiam ab eo senatui affirmavit: quæ scire C. Matium et C. Oppium reliquosque Cæsaris amicos; quorum C. Oppius, quasi plane defensione ac patrocinio res egeret, librum edidit, non esse Cæsaris filium, quem Cleopatra dicat.' Sed ille Oppius alia etiam scripsit, quæ spectarent ad Cæsarem teste Suet. 53.

[o] *Cornelius Balbus*] Sic Dio l. XLVIII. 'Fuit inter eos, qui tum consules facti sunt, L. Cornelius Balbus, Gadibus natus, tantum suæ ætatis homines divitiis et magnificentia superans, ut moriens populo Rom. in singula capita vicenos quinos denarios legaverit:' sunt septem libræ et decem asses.

Etiam Romæ magnificentissimum theatrum struxit ac dedicavit, ita ut 'eum, in honorem hujus theatri, Tiberius primum omnium sententiam rogaret,' teste eodem Dione ad annum 740.

[p] *Matios posthac et Vedios*] Vedium intelligit Pollionem, et C. sive Cn. Matium, etsi libri hic omnes inepte *Macchyos*, vel *Matthios*. C. Matii, qui inter amicos Julii Cæsaris, mentio Suetonii c. 52. 'Quæ scire C. Matium, C. Oppium, reliquosque Cæsaris amicos.'

Item Ciceroni ad Trebatium: 'Quod in C. Matii suavissimi doctissimique hominis familiaritatem venisti.' Et quia Cicero elogio *doctissimi* ornat, censui olim eundem esse cum illo qui Mimiambos et Iliada scrip-

manorum prævalida nomina[q] referre nihil attinuerit; cum Claudius libertos, quos rei familiari[r] præfecerat, sibique et legibus adæquaverit.

61. Retulit dein 'de immunitate Cois[s] tribuenda:' multaque 'super antiquitate eorum' memoravit: 'Argivos, vel Cœum,[1] Latonæ parentem,[t] vetustissimos insulæ cultores:

postea Vediosque memorare nihil prosit, neque cetera equitum Rom. ingentia nomina; cum Claudius æquaverit et principi et legibus libertos, quos fisco suo præesse jusserat.

Mox retulit apud Patres de concedenda immunitate Cois, *et amplissimis verbis* eorum vetustatem *celebravit;* antiquissimos insulæ *istius* incolas *fuisse* Argivos, vel Cœum Latonæ patrem; dein adveniente Æsculapio, *huc* invec-

1 Non defraudandus merita laude Josias Mercerus, qui hunc locum felicissime emendavit. Antea in scriptis et editis libris vulgo *vel cum Latonæ parente.* In Ms. Flor. *parentum.* Pro *vel* mallem *et,* ni forte *vel* accipias pro

NOTÆ

sit; quem Gellius et Macrobius laudant, ut hominem impense doctum.

Sed tamen cum *Cnæi* prænomine, uti et apud Plinium *Cn. Matius* legitur inter amicos Augusti, l. XII. 'Cn. Matius ex equestri ordine, Divi Augusti amicus.' Qui fortasse alius ab illo primo, et de quo hic sermo. In lapide quodam geminata litera sculptum legi, P. MATTIUS. CHARITON. *Lipsius.*

[q] *Cetera equitum prævalida nomina*] Sic Florus III. 18. ubi de bello Sociali: 'Cum omne robur fortissimorum, fidelissimorumque sociorum, sub suis quisque signis haberent municipalia illa prodigia, Popedius Marsos, et Latinos Afranius,' &c. Sic loquuntur de iis, qui præpollent in aliquo ordine.

Cetera equitum Rom. prævalida nomina] Intelligit præcipue Mæcenatem, M. Agrippam, et C. Sallustium, Sallustii scriptoris ex sorore nepotem, et similes.

[r] *Libertos quos rei familiari*] Juvare videtur eos qui *Claudianum* scitum ad *Rationales* tantum referunt. Sed frustra. Procuratores enim omnes primo *rei familiari* sive fisco præfecti; sed imago imperii quibusdam adjuncta. *Lipsius.*

[s] *Cois*] De qua sic Strabo l. XIV. 'Non magna est, sed optime omnium habitata, et aspectu jucundissima iis qui eo navigant. Insula tota fertilis, et quemadmodum Chius, et Lesbus, optimo vino abundans. Inerat in ea Venus mari emergens, quæ nunc Divo Cæsari Romæ dicata est. Augustus eam patri posuit, ut generis sui parentem. Dicunt, pro ea pictura remissa fuisse Cois centum talenta.'

Cois] Cos, insularum Sporadum una in mari Ægæo, prope oram Doridis provinciæ Asiæ minoris: hodie apud incolas nomen antiquum retinet, et a nautis corrupte vocatur *Stanchio* et *Stingio.*

Dicitur etiam a Christianis quibusdam *Lango.* Est prope oram Natoliæ in Archipelago, sub præfecto Insularum, in Turcico imperio Asiatico. *Tillemon.*

[t] *Argivos vel Cœum Latonæ parentem*] Vulgo, *vel cum Latonæ parente* Sed certissima emendatio est, et elegantis ingenii clara index, quam a Jo-

mox adventu Æsculapii artem medendi illatam, maximeque inter posteros ejus celebrem fuisse,' nomina singulorum referens,[u] et quibus quisque ætatibus viguissent. Quin etiam dixit, 'Xenophontem, cujus scientia ipse uteretur, eadem familia ortum: precibusque ejus dandum, ut omni tributo vacui in posterum Coi sacram et tantum[2] Dei ministram insulam colerent.' Neque dubium habetur, multa

tam medicinæ artem, et maxime illustrem fuisse inter posteros illius, *singulorum vocabula memorans, et quibus quisque temporibus floruissent. Quin etiam addidit*, Xenophontem, cujus arte ipsius valetudo curaretur, eadem stirpe editum: et precibus illius tribuendum, ut ab omni vectigali immunes in futurum Coi habitarent insulam, sanctamque et soli numini inservientem. *Neque*

atque etiam. Brotier.—2 Sic Mss. Flor. Reg. Bud. Farnes. et editio princeps. Ms. Harl. Jes. et Puteolanus et Ryckii Cod. *tanti.* Ita quoque emendatum in Ms. Bodl. in quo prius erat *tantum.* Volebat nempe Claudius ut insula, tributis vacua, sacra foret, et uni Æsculapio serviret. *Idem.*

NOTÆ

sia Mercero accepi: *Argivos vel Cœum Latonæ parentem.* Pater enim ejus deæ Κοῖος vel Κεῖος. Hesiodus: Φοίβη δ' αὖ Κοίου πολυήρατον ἦλθεν ἐς εὐνὴν, Κυσσαμένη δ' ἤπειτα θεὰ θεοῦ ἐν φιλότητι Λητὼ κυανόπεπλον ἐγείνατο: *At Phœbe rursus amabilem in Cœi torum venit, et cum uterum ferret ipsa, concepissetque ex Dei amore, seu concubitu, genuit Latonam, quæ cœruleum peplum gestare solet.* Et ab eo nomen insulæ. Gryphus Athen. x. ex veteri carmine: μήτηρ δ' ἐστ' ἀριθμοῖο παῖς· *Numeri mihi filia mater.* 'Significatur Latona,' inquit Athenæus, 'Cœi filia: quia Macedones Numerum Cœum agnominant.' *Lips.*

Argivos] Argivos eam insulam coluisse olim et condidisse. Pro suo more maluit agere historicum et fabulatorem ineptum, quam sanum principem.

Dudum monui legendum, *Argivos vel Cœum Latonæ parentem;* vel *et Cœum.* Cœus pater Latonæ, a quo nomen habet insula. Xenophon, qui mox dicitur medicus Claudii, Laërtio memoratus in fine Xenophontis Socratici, ubi Xenophontes recenset: Τρίτος, ἰατρὸς Κῶος. Mercerus.

[u] *Nomina singulorum referens*] Et male sanum oratorem simul et ineptum historicum agit: neque in singulis orator, longe minus princeps immorari debuit.

Nomina singulorum] Quam salse deridet talem principem, qui *nomina* Græculorum medicorumque memorat in senatu et ætates hominum: quam digna illa Claudio sententia, quam acuta illa et valida oratio!

Nomina singulorum referens] Et hoc fuit accurati historici, potius quam seduli principis. Is teste Sueton. Claud. 41. 'Historiam in adolescentia, hortante T. Livio, Sulpicio vero Flacco etiam adjuvante, scribere aggressus est.' Et infra 42. 'Denique et Græcas scripsit historias Τυῤῥηνικῶν viginti, Καρχηδονιακῶν octo.'

Non igitur mirum, si tam accurate vetustatem insulæ Græcæ nunc describit: nam teste Suet. ibid. 'In principatu quoque et scripsit pluri-

eorundem in Pop. Rom. merita, sociasque victorias potuisse tradi. Sed Claudius facilitate solita, quod uni concesserat, nullis extrinsecus adjumentis velavit.[v]

62. At Byzantii,[w] data dicendi copia, cum 'magnitudinem onerum' apud Senatum deprecarentur, cuncta repetivere; orsi 'a fœdere, quod nobiscum icerant,[1] qua tempestate

dubitatur, potuisse memorari plurima horum insularium *in rem Rom. merita, communesque victorias. Sed Claudius simplicitate sueta, quod uni* Xenophonti *indulserat, nullis aliunde* petitis *velamentis prætexuit*, aut ornavit.

Sed Byzantii, concessa orandi facultate, cum tributis immodicis levari *apud Patres exposcerent*, prisca *omnia retulere; incipientes* a societate, quam nobiscum iniverant, quo tempore bellum gessimus contra regem Macedoniæ, cui

1 Sic Mss. Bodl. Jes. Lipsius et recentiores. In Mss. Flor. Guelf. et edi-

NOTÆ

mum, et assidue recitavit per lectorem, &c. eo usque ut Romanæ linguæ principem defenderit adversus Galli (Asinii) libros, et quidem satis erudite.'

Nomina singulorum] Quia doctus in historia Claudius sic solebat. Etiam in oratione pro Gallia Comata, sic quosdam amicos suos per simplicitatem nominat, quasi eorum causa tantum id decus omnibus Gallis tribueret: quod principi indecorum, cujus consulta omnia ad Rempub. referri saltem in speciem debent. Sed postea bonus medicus gratiam referet toto veneficio.

Singulorum] Sermonis negligentiam seu μετεωρίαν arguit in eo Suetonius Claud. 40. 'De quæstore quodam candidato inter causas suffragationis suæ posuit, quod pater ejus frigidam ægro sibi tempestive dedisset. Inducta teste in senatu, Hæc, inquit, matris meæ liberta et ornatrix fuit,' &c.

[v] *Quod uni concesserat, nullis extrinsecus adjumentis velavit*] Forte *argumentis* scripserat Tac.

Quod uni Xenophonti concedebat Claudius, potuit extrinsecus velare argumentis, quasi universis insulanis eorumque in populum Romanum meritis communibusque victoriis id tribueret.

Sed, per facilitatem suam, nullo verborum lenocinio orationem suam prætexuit aut ornavit. Quem prætextum seu velum Tac. vocat hic *adjumenta*.

Nullis extrinsecus adjumentis velavit] Id faciunt prudentes oratores, ut aliquid causarum prætexant, quo citius impetrent quod postulant, animis judicum re exactius commendata. Sic de Galba ad milites loquente lib. I. Hist. 'Nec ullum orationi aut lenocinium additum aut pretium.'

Velandi verbum etiam alias in simili re usurpat, ut l. XIII. 'Annæus Serenus simulatione amoris adversus eandem libertam, primas adolescentis cupidines velaverat.' Et l. XIV. de Nerone: 'facetus natura, et consuetudine exercitus, velare odium fallacibus blanditiis.' *Rhenanus.*

[w] *Byzantii*] Byzantium, et deinde Constantinopolis, urbs Europæ provinciæ in Thracia regione et ad Bosphorum Thracium.

Hodie a Turcis vocatur *Stampol*, et

bellavimus adversus Regem Macedonum,[x] cui, ut degeneri Pseudophilippi[y] vocabulum impositum. Missas posthac[z] copias[z] in Antiochum,[a] Persen,[b] Aristonicum,[c] et piratico

tanquam ignobili, Pseudophilippi nomen inditum *est*. Mox missa *nobis* auxilia adversus Antiochum, Persen, Aristonicum, et piratico bello latas suppetias

tionibus veteribus, *jecerant*. Brotier.—2 Lipsius putat *posthæc* rescribendum. Sed nihil temere mutandum, cum Mss. nil mutent, et *posthac* similiter occur-

NOTÆ

a Francis *Constantinople;* urbs est Romaniæ provinciæ in Turcico imperio Europæo, et ad fretum Constantinopolitanum, atque ad mare Marmaræ. Turcarum imperatores eam sibi Regiam constituerunt. *Tillemonius.*

[x] *Macedonum*] Vide notas l. VI. c. 28.

[y] *Pseudophilippi*] De quo Flor. II. 14. ' Causa belli prope erubescenda; quippe regnum pariter et bellum vir ultimæ sortis Andriscus invaserat; dubium liber, an servus, mercenarius certe: sed quia vulgo ex similitudine Philippi, Pseudophilippus vocabatur, regiam formam, regium nomen, animo quoque regio implevit. Igitur dum hæc ipsa contemnit populus Rom. Juventio prætore contentus, virum non Macedonicis modo, sed Thraciæ quoque auxiliis ingentibus validum, temere tentavit; invictusque non a veris regibus, sed ab illo imaginario et scenico rege superatur. Sed consule Metello, amissum cum legione prætorem plenissime ultus est. Nam et Macedoniam servitute mulctavit: et ducem belli, deditum ab eo ad quem confugerat, Thraciæ regulo, in urbem in catenis reduxit; hoc quoque illi in malis indulgente fortuna, ut de eo Populus Rom. quasi de vero rege triumpharet.'

[z] *Missas posthac copias*] Quid *posthac?* ergo Antiochus et Perses post Pseudophilippum? minime, tempore hi anteeunt: sed scilicet Byzantii primum, ut validius, fœdus memorant quod tempore Pseudophilippi coiit: tum addunt de auxiliis varie latis.

Itaque *posthac*, non tempus rei gestæ, sed dictæ notat. Malim tamen, *posthæc*, eo sensu. *Lipsius.*

[a] *In Antiochum*] Is regum Asiæ potentissimus terra marique superatus a Romanis, primum apud Eubœam insulam, dein ad Thermopylas; postea classis ejus lacerata, licet ei Annibal præesset.

De eo Flor. II. 8. ' Tum consule Scipione, &c. Mæandrum ad amnem, montemque Sipylum, castra ponuntur. Hic rex, incredibile dictu, quibus auxiliis, quibus copiis consederat. Trecenta millia peditum, equitum, falcatorum curruum non minor numerus. Elephantis ad hoc immensæ magnitudinis, auro, purpura, argento, et suo ebore fulgentibus aciem utrimque vallaverat. Sed hæc omnia præpedita magnitudine sua; ad hoc imbre, qui subito superfusus, mira felicitate Persicos arcus corruperat: primum trepidatio, mox fuga, dehinc triumphus fuerunt. Victo et supplici pacem, atque partem regni dari placuit, eo libentius, quod tam facile cessisset.'

[b] *Persen*] Qui victus a L. Æmilio Paulo, de quo sic Vell. l. I. ' Is Perseum ingenti prælio apud urbem no-

bello adjutum Antonium,'[d] memorabant: 'quæque[3] Syllæ aut Lucullo aut Pompeio obtulissent:' mox 'recentia in Cæsares merita; quando ea loca insiderent, quæ transmeantibus terra marique Ducibus exercitibusque, simul vehendo[4] commeatui opportuna forent.'[e]

63. Namque arctissimo inter Europam[f] Asiamque[g] divor-

Antonio *referebant;* quæque Syllæ vel Lucullo aut Pompeio exhibuissent: *dein* nova in Cæsares officia, cum in iis locis versarentur, quæ transjicientibus terra marique imperatoribus exercitibusque commoda, simul et transferendis copiis cibariisque *idonea* essent, *memorabant.*

Quippe Græci condidere Byzantium in ultimis Europæ finibus, *angustissimo*

rat III. 62. *Ryckius.*—3 Male in Mss. et veteribus editionibus, *memorabantque quæ Sullæ.* Brotier.—4 Ryckii Cod. *subvehendo.*

NOTÆ

mine Pydnam in Macedonia fusum fugatumque castris exuit, deletisque ejus copiis, destitutum ab omni spe coëgit e Macedonia profugere. Quam ille linquens, in insulam Samothraciam profugit, templique se religioni supplicem credidit,' &c.

[c] *Aristonicum*] Populus Rom. hæreditatem regis Attali Pergamenorum adierat, sed ut habet Flor. II. 20. 'Aristonicus regii sanguinis ferox juvenis, urbes regibus parere consuetas, partim facile solicitat; paucas resistentes, Myndum, Samon, Colophonem, vi recepit. Crassus et per deditionem in vinculis habitus.' Teste Vell. I. II. regiæ stirpis originem mentitus Aristonicus, captus et ductus est in triumpho a Perperna.

[d] *Adjutum Antonium*] Capio non de celebri notoque M. Antonio, qui triumvir: sed de M. Antonio, qui curator oræ maritimæ cum infinito imperio, sub initia Piratici belli.

De quo illud Sallustii innotuit: 'M. Antonius perdendæ pecuniæ genitus, vacuusque a curis, nisi instantibus.' Vide Ciceronem et Asconium in Verrem. *Lipsius.*

[e] *Simul vehendo commeatui opportuna forent*] Vulgo, *commeatu:* at fortasse melius, *commeatui.* Pichena. Recte *commeatu;* sic sæpe Tac. *luxu* pro *luxui,* et similia.

[f] *Europam*] Europa, pars Occidentalis continentis nostræ, in orbe terrarum: hodie nomen antiquum retinet, sed latius extenditur, vel restringitur in quibusdam partibus. Nam Europa hodierna omnem Sarmatiam Asiaticam veterum, et partem terræ incognitæ in Scythia antiqua occupat; insulas vero Carambicen et Thulen non retinet.

Divisiones geographicas Europæ veteris et recentioris pete ex tabulis et chartis Nicolai et Gulielmi Sanson. Fuit etiam *Europa* provincia orientalior Thraciæ regionis, et ubi urbs Byzantium, sive Constantinopolis. *Tillemonius.*

[g] *Asiamque*] Asia, pars Orientalis continentis nostræ, in orbe terrarum: hodie ab Europæis etiam dicitur *Asia.*

Verum Asia antiqua latius patebat quam hodierna; nam præter Asiam recentiorem, complectebatur partem orientalem imperii *Moscovitici* in Europa hodierna, et *novam Zemblam* in-

tio, Byzantium in extrema Europa posuere Græci,[h] quibus, Pythium Apollinem consulentibus, 'ubi conderent urbem?' redditum oraculum est, 'quærerent sedem cæcorum terris adversam.' Ea ambage Chalcedonii[i] monstrabantur, quod priores illuc advecti, prævisa[1] locorum utilitate,[j] pejora le-

Europam inter et Asiam divortio. Et his Græcis Pythium Apollinem rogantibus, qua ora struerent urbem? *responsum oraculi fuit, ut* investigarent locum regioni cæcorum oppositam. *Eo ænigmate significabantur Chalcedonii, quod priores illuc delati, et ante conspecta opportunitate locorum, deteriora* tamen *accepis-*

1 Ms. meus: *provisa.* Sed Flor. et Reg. a vulgata non abeunt. Lipsius de conjectura: *parum visa.* Posset etiam minori a vulgata divortio, *invisa,* pro non visa, quod apte responderet *cæcis.* Sed Nicolaus Heinsius monuit me *prævisa* hic poni pro prætervisa, non visa, idque probabat loco Horatii l. I. Sat. 3. 'Cum tua prævideas oculis mala lippus inunctis.' Prout ab avunculo ejus Rutgersio emendatus est: vulgo enim ibi legitur, *pervideas.* Sic *præfluere* pro præterfluere apud eundem lib. IV. Od. 3. 'Sed quæ Tibur aquæ fertile præfluunt.' Quomodo Torrentius fatetur se reperisse in omnibus melioribus Codd. Et apud Livium I. 45. 'Ima valle præfluit Tiberis.' Item nostrum XV. 15. 'Interim flumini Arsaniæ (is castra præfluebat) pontem imposuit.'

NOTÆ

sulam, vel regionem nondum satis notam. *Tillemonius.*

[h] *Posuere Græci*] Pleraque Historia Spartanis ascribit conditam hanc nobilem urbem, et fatalem imperiorum sedem. Justinus et Isidorus a Pausania rege; Claudianus a Byzante quodam non obscure exstructam vult: in Eutropium l. II. 'hoc Byzas Constantinusque videbunt?' In Joanne Sarisberiensi de nugis Curialium, in quo centone multos pannos purpuræ agnosco, et fragmenta ævi melioris, lego: 'Chilon Lacedæmonius, jungendæ societatis causa, missus Corinthum, duces et seniores populi ludentes invenit in alea. Infectoque itaque negotio reversus est, dicens se nolle gloriam Spartanorum, quorum virtus constructo Byzantio clarescebat, hac maculare infamia, ut dicerentur cum aleatoribus contraxisse societatem.'

At alii, non conditam a Pausania, sed saltem expugnatam tradiderunt; inter quos Æmilius Probus: Ammiano vero est, *Atticorum colonia,* l. XXII. *Lipsius.*

Græci] Vide notas XI. 14.

[i] *Chalcedonii*] Chalcedon, urbs Bithyniæ provinciæ ad Bosphorum Thracium, in Asia minore. Hodie *Calcedoine,* villa Natoliæ præfecturæ ad mare Marmaræ, in Turcico imperio Asiatico. *Tillemonius.*

[j] *Prævisa locorum utilitate*] Ad sententiam fortasse aptius, *parum visa locorum utilitate.* Ideo enim cæci oraculo dicti. Apud Strabonem denarrata tota res, l. VII. 'Dicunt Apollinem præcepisse Byzantium condentibus, construere muros e regione cæcorum. Vocabat autem cæcos Chalcedonios, quod cum priores in hæc loca navibus appulissent, omittentes regionem opulentiorem, quæ ex adverso est, tristiorem elegissent.' Habes eadem in Herodoto, l. IV. nisi quod illic dictum hoc et scomma in Chalcedonios Megabyzo Satrapæ tribuit. Septemdecim autem annis conditam Chalcedona, ante Byzantium

gissent. Quippe Byzantium fertili solo fœcundoque mari;[k] quia vis piscium innumera, ponto[2] erumpens,[1] et obliquis[3]

sent. Nam Byzantium pingui agro et fertili æquore situm est; *quippe copia piscium immensa e ponto sese effundens, et transversis subter aquas rupibus repulsa,*

Ryckius.—2 Mss. et veteres editiones, *vis piscium in Metapontum erumpens.* Viri eruditi emendarunt, *vis piscium innumera Pontum erumpens.* Optime quidem restitutum *innumera.* Sed adhuc corrigendum erat *Ponto.* Sic enim Sallustius apud veterem Scholiasten Juvenalis Sat. IV. 42. 'Itaque tempestate piscium vis Ponto erupit.' Hunc Taciti locum egregie illustrat Plinius IX. 15. *Brotier. Vis piscium innumera Pontum erumpens,* lectio Lipsii est, quam J. F. Gronovius primus in contextu posuit, cum ante legeretur, *vis piscium in Metapontum erumpens;* nullo sensu et contra historiam, licet ita pariter in tribus inveniatur Codd. calamo exaratis, Flor. Reg. et meo. Sed sæpe syllabæ integræ in Mss. Taciti omissæ deprehenduntur, ut XII. 64. in Flor. *Domiciale,* pro *Domitia Lepida.* XIII. 7. in eodem *et Jocchum:* in meo *et Lochium,* pro *et Antiochum.* XIII. 13. in Flor. *Seque nece permitteret;* pro *Seque Senecæ p.* XIII. 19. in eod. *conjugioque ejus etiam perio;* pro *etiam imperio.* XIV. 18. *Ne probata,* pro *Nero probata.* XV. 14. *siquales;* pro *siqua Cæsaris.* XV. 25. *pax inhosta,* pro *inhonesta.* XVI. 30. *Torius Sabinus;* pro *Ostorius S. &c.* Ita pariter hic, *in meta pontum* pro *innumera pontum.* Ryckius. *Pontum* Gronovius. —3 Cl. Franciscus Medicis emendabat, *albis* vel *albidis, subter undas saxis.* Ingeniosissime quidem. Plinius enim, supra laudatus, ait thynnos terreri saxo *miri candoris* a vado ad summa perlucenti. Straboni quoque memoratur, loc. cit. λευκίτης πέτρα. Nemo tamen hactenus veterem scripturam mutavit, ob scriptorum et editorum librorum auctoritatem, nec absurdam vocem, *obliquis.* Brotier.

NOTÆ

ibidem etiam traditum. *Lipsius.*

Prævisa locorum utilitate] *Cæcus* pro improvido. Vide Non. in *Cæcum.* Quod non injuria cadit in Chalcedonenses, qui prius adiere et videre loca (ubi postea Byzantium), iisque per imprudentiam neglectis, adversa et pejora legerunt. Doctissimo tamen viro placuit, *parum visa.* Sed Strabo ab eo laudatus inprimis pro me facit: 'Cæcos vocantem Chalcedonienses, quod prius in ea loca advecti, neglexerant obtinere adversam regionem tot bonis copiosam, et steriliorem delegerunt.' *Salinerius.*

Ante viderant oram, seu prius appulerant in eam regionem, sed non præviderant fertilitatem et abundantiam agri oppositi, unde *Cæci* vocati sunt ab oraculo.

[k] *Mari*] Byzantium situm est ad Bosphorum Thracium, et prope Propontida; *Propontis* vero, pars est maris interni sive mediterranei late sumti: alluit oras Thraciæ et Bithyniæ regionum.

Hodie vocamus *mer de Marmora* vel *mer Blanche;* irrigat oras Romaniæ et Natoliæ, in Turcico imperio Europæo et Asiatico. *Tillemonius.*

[1] *Quia vis piscium innumera, ponto erumpens*] Flor. et alii antiquiores manuscripti, *piscium in Metapontum.* In editis, imminuta voce legitur, *in Pontum.* At quod Lipsius corrigit, *vis innumera Pontum,* idem a Tac. dictum l. XIV. 'Nam vis innumera Ligii, aliæque gentes adventabant.' *Pichena.*

Vis piscium in Pontum] Falsa lectio: damnata ab historia, et a libris. Nam libri omnes, *vis piscium in Meta-*

NOTÆ

pontum erumpens. Ex quis vere corriges, *vis piscium innumera Pontum erumpens.* Ita scilicet res est. Copia ista piscium, (Pelamydes sunt) non intrantes e mari Ægæo Pontum, ut vulgata lectio suadet, sed exeuntes erumpentesque capiuntur. Fœtura enim eorum in paludibus Mæotidis est; atque inde adulti, grege facto, Pontum Propontidemque intrant: atque ibi captura.

Strabo clare l. VII. super hac ipsa re atque pisce: 'Nascitur igitur animal, (*Pelamydem* intelligit,) in paludibus Mæotidis, et cum paulum adoleverit, erumpit per ostium gregatim, et defertur ad littus Asiaticum, Trapezuntem et Pharnaciam usque.'

Et paulo post: 'Postquam vero jam pervenit ad Cyaneas, et ipsas superavit, ex Chalcedoniorum ripa incidens petra quædam alba exterret animantes; ita ut statim in adversam oram se convertant. Et ibi fluxu maris secundante, simul cum locis, qui sua natura ultroque profluenti illi opportuni sunt, adversus Byzantium, et quod prope est promontorium, flexo pronoque illo fluento undarum, naturaliter huc irrumpunt pisces, et præbent Byzantiis populoque Romano insignem reditum.'

Eademque ex Aristotele colliges l. VIII. de historia animalium c. 13. Pliniani codicis mendam non sileo in hac narratione, l. IX. 15. 'Est in Euripo,' ait, 'Thracii Bosphori, in ipsis Europam Asiamque separantis freti angustiis, saxum miri candoris, a vado ad summa perlucens, juxta Chalcedonem in latere Asiæ. Hujus aspectu repente territi, semper adversum Byzantii promontorium, ex ea causa appellatum Chrysoceras, præcipiti petunt agmine. Itaque omnis captura Byzantii est, magna Chalcedonis penuria. Opperiuntur autem Aquilonis flatum, ut secundo fluctu exeant e Ponto: nec nisi intrantes Pontum, Byzantii capiuntur.' Quid? non capiuntur, nisi intrantes Pontum? contra ante dixit, capi exeuntes e Ponto, non intrantes: quod verissimum est.

Itaque alii vice Ponti *Propontidem* substituunt; Pincianus totum locum rescribit confidentius, *nec nisi infantes tunc Byzantii capiuntur.* Fortasse verius, simplicius certe, *intrantes portum Byzantii,* ut ad ipsum oppidum et in portu fuerit ea captura.

Nam cornu illud, ad quod deferebantur, fuit προσεχὲς τῷ Βυζαντίῳ τείχει: id est, *contiguum Byzantii mœnibus,* ut Strabo ait: immo, ut Plinius, in ipso illo promontorio, quod Cornu vocant, Byzantium urbs. Atque ibi in multos sinus scissum, tanquam ramos, εἰς οὓς ἐμπίπτουσα ἡ Πηλαμὺς ἁλίσκεται, *In quos erumpens Pelamys capitur,* faciebat urbi illi portum. Strabonem vide.

Ad correctionem nostram et exitum piscium e Ponto, facit valde Sallustii locus, apud Servium l. IV. et Juvenalis interpretem Sat. IV. 'Qua tempestate piscium vis Ponto erupit.' Tamen, ne callide dissimulem, vulgatam lectionem D. Ambrosius affirmare videtur, Hexam. V. 10. 'Pisces,' inquit, 'ex plurimis locis, a diverso sinu maris, innumeri, velut communi consilio convenientes, conjuncto agmine flatus Aquilonis petunt, et ad illud Septemtrionalium mare partium, quadam naturæ lege, contendunt. Dicas, si ascendentes videas, rheuma quoddam esse: ita proruunt, fluctusque intersecant, per Propontidem in Euxinum Pontum violento impetu profluentes.' Sed mox addit, ingruente hyeme, et postquam ibi fœtificaverint, immenso agmine regredi. Vide locum, et utram-

subter undas saxis exterrita,[m] omisso alterius littoris flexu, hos ad portus defertur. Unde primo quæstuosi et opulenti;

relicto ripæ alterius tractu, ad hasce oras devehitur. Qua de causa primum affluebant lucro atque opibus Byzantii. *Dein nimiis tributis pressi attritique,* onerum

NOTÆ

vis lectionem defendi posse, tu defendes. *Lipsius.*

Ex Mæoticis paludibus exibant pisces in pontum Bosphoro Cimmerio, et ex ponto per Bosphorum Thracium in Propontidem, et hinc Byzantium affluebant; et ad hanc regulam intelligendi Plinius et Divus Ambrosius. E natura eadem est etiam nunc, nec fallit aut mutatur. Pelamys, Gallice *Thon.*

Pontum] Pontus Euxinus, pars maris Mediterranei late sumti, alluit oras Illyrici late sumti, Sarmatiæ Europææ et Asiaticæ, Colchidis, et Asiæ minoris peninsulæ.

Hodie vocamus *Mer-Noire*, et *Mer Majeure*, nomen antiquum etiam retinet *Pont-Euxin:* est inter Turcicum imperium Europæum, Poloniam, parvam Tartariam, Circassiam, Georgiam, et Natoliam, regiones Europæ et Asiæ recentiorum. *Tillemonius.*

[m] *Et obliquis subter undas saxis exterrita*] Quæ ista obliqua saxa subter undas? turpe vitium emendavit, ni fallor, juvante Strabone, Franciscus Medices: qui in suo codice annotavit, legendum sibi videri, *et albis* (vel, *albidis*) *subter undas saxis exterrita.*

Strabonis verba Latine conversa ex lib. VII. talia sunt: 'Earum generatio, (Pelamydes ab eo appellantur,) in Mæoticis paludibus fit. Inde vero paulatim erumpunt, grege facto per os ipsum, ac propter littus Asiaticum usque Trapezuntem ac Pharnaciam excurrunt. Hinc primum earum venatio existit, non copiosa admodum, nondum enim conveniens est multitudo. Sed ut Sinopem propius accesserint, speciosior nimirum earum est piscatio, simul et salsamentaria. Postquam vero Cyaneas transierint, ex ripa Chalcedonia albicans occurrit petra quædam: tantus hinc bestiis ipsis terror incutitur, ut e vestigio in ulteriorem convertantur ripam.' Plinius quoque de iisdem piscibus loquens lib. IX. 15. ait: 'Est in Euripo Thracii Bosphori, in ipsis Europam Asiamque separantis freti angustiis, saxum miri candoris, a vado ad summa perlucens, juxta Chalcedonem in latere Asiæ. Hujus aspectu repente territi, semper adversum Byzantii promontorium, ex ea causa appellatum auricornu, præcipiti petunt agmine. Itaque omnis captura Byzantii est magna Chalcedonis penuria.' *Pichena.*

Correctiones illæ suspectæ, vanæ, et sæpius falsæ. Sufficit apud Tacitum, saxa illa *obliqua* esse, et *exterrere* pisces in oram adversam, cujus sint coloris, parum curat, nec minutias illas persequitur Tacitus.

Obliquis] Alii volunt *albis.* Possunt sublatere aquis saxa quæ sint alba, simul et obliqua; sed de *obliquis* tantum Tacitus.

Obliquis subter undas] Quærunt, quæ hæc *saxa obliqua?* Ego dicam: e littore Chalcedonis saxa a latere se ostendunt, et velut ex transverso, (Straboni scriptum,) atque ea igitur fugiunt. At Franciscus Medices, quia Strabo idem et Plinius *candidum saxum* id dicunt, vellet hic legi, *albis,* vel *albidis,* pro voce, *obliquis.*

Vellem et ego hominis causa. Quis enim Musicus Medices non amet? sed non possum hanc peraudacem conjecturam. *Lipsius.*

post, magnitudine onerum urgente, ‘ finem aut modum’ orabant, annitente Principe, qui ‘ Thracio Bosphoranoque bello[n] recens fessos juvandosque’ retulit. Ita tributa in quinquennium remissa.

64. M. Asinio M'. Acilio Coss. mutationem rerum in deterius portendi, cognitum est crebris prodigiis.[o] Signa[1] ac tentoria militum igne cœlesti arsere.[p] Fastigio Capitolii[q]

finem aut modum *rogabant, adjuvante Cæsare, qui* sublevandos eos *referebat*, ut qui nuper Thracio Bosphoranoque bello exhausti *opibus essent*. *Sic onera publica* ipsis *in quinque annos condonata* sunt.

M. Asinio M. Acilio consulibus, frequentibus ostentis compertum est, mutationem dominationis in pejus monstrari. Signa quippe et tabernacula militum flamma cœlesti flagrare visa sunt. Examen apum Capitolii culmen insedit. Bicipites homi-

1 Ita Mss. Flor. Reg. editio princeps et Ernestus. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *signa enim ac tentoria*. Ita Gronovius et Ryckius.—

NOTÆ

[n] *Thracio Bosphoranoque bello*] *Thracium* bellum intelligit, quod cum Thracibus montanis gestum, duce Poppæo Sabino, sub Tiberio: *Bosphoranum*, quod cum rege Mithridate. De illo, noster lib. IV.: de hoc, supra, isto ipso libro. *Lipsius.*

Thracio] Vide notas lib. VI. c. 10. *Tillemonius.*

Bosphoranoque] Vide notas supra c. 15. *Tillemonius.*

[o] *Cognitum est crebris prodigiis*] Sueton. Claud. 46. ‘ Præsagia mortis ejus præcipua fuerunt: exortus crinitæ stellæ, quam cometem vocant: tactumque de cœlo monumentum Drusi patris: et quod eodem anno, ex omnium magistratuum genere, plerique mortem obierant. Sed ipse nec ignorasse, aut dissimulasse ultima vitæ suæ tempora videtur, aliquot quidem argumentis; nam et cum consules designaret, neminem ultra mensem, quo obiit, designavit.’

Prodigiis] Plin. lib. II. 25. Cometes ‘ terrificum magna ex parte sidus, ac non leviter piatum, ut civili motu Octavio consule, iterumque Pompeii et Cæsaris bello. In nostro vero ævo circa veneficium, quo Claudius Cæsar imperium reliquit Domitio Neroni, ac deinde principatu ejus assiduum prope ac sævum.’

Plin. lib. XI. 37. ‘ In eo, quod caput extorum vocant, magnæ varietates. M. Marcello circa mortem, cum periit ab Annibale, defuit in extis. Sequenti deinde die, geminum repertum est. Defuit et C. Mario, cum immolaret Uticæ: item Caio principi Kalendis Jan. cum iniret consulatum, quo anno interfectus est: Claudio successori ejus, quo mense interemtus est veneno.’

[p] *Igne cœlesti arsere*] Similia prodigia notata passim Livio, lib. XXXIII. ‘ Ad Monetæ duarum hastarum spicula arserant.’ Et XLIII. ‘ Fregellis in domo L. Atrei hastam, quam filio militi emerat, incendio plus duas horas arsisse, ita ut nihil ejus amboreret ignis.’

Arsere] Plin. lib. II. 37. ‘ Vidi nocturnis militum vigiliis, inhærere pilis pro vallo fulgorem effigie ea. Et antennis navigantium, aliisque navium

examen apium[2] [r] insedit. Biformes hominum partus; et suis fœtum editum, cui accipitrum ungues inessent.[3] Numerabatur inter ostenta deminutus omnium[s] magistratuum numerus;[t]

num fœtus. Et suis partus editus est, *qui accipitrum ungues haberet. Recensebatur inter prodigia minutus omnium magistratuum numerus; paucorum mensium spatio*

2 *Apum* Flor. et Ryckii Codex.—3 Sic Mss. et veteres editiones. Postea emendatum *fœtus editus...erant*, quam lectionem Gronovius servat. Latine quidem, sed sine ulla necessitate, cum possit intelligi, *ferebatur, nuntiabatur*, ut recte observat Ernestus, nec quicquam vitiosi habeat *inessent*. Brotier. Ante hic edebatur: *et suis fœtus editus, cui accipitrum ungues inessent. Numerabatur inter ostenta.* Sed Flor. *et suis fœtum ediditum.* Reg. *et suis fœtum editum.* Meus: *et suis fœtum editum:* haud dubie recte. Unde deleta distinc-

NOTÆ

partibus, ceu vocali quodam sono insistunt, ut volucres sedem ex sede mutantes: graves, cum solitariæ venere, mergentesque navigia; et si in carinæ ima deciderint, exurentes.'

Arsere] Vertit Interpres Gallicus, quasi cœlesti igne incensa et cremata sint signa, et tentoria militum. Quod falsum puto; *arsere* tantum signa, et qui signa seu aquilæ incendi possent, quæ conflatæ ex auro, vel argento, et spicula, quibus insertæ, erant ferrea? arsit, non combussit ille ignis.

[q] *Capitolii*] Vide notas lib. VI. cap. 12. *Tillemonius.*

[r] *Examen apium*] Quod semper inter portenta cum visum loco insolenti. Silium emendari velim lib. VIII. de prodigiis, quæ ante pugnam Cannensem: 'Obseditque frequens castrorum limina bubo: Nec densæ trepidis absunt se involvere nubes Cessaruntque aquilis: non unus crine corusco Regnorum eversor rubuit lethale cometes.' Scribique: 'Nec densæ trepidis *apium* se involvere nubes Cessarunt aquilis.'

Nubes apium, examina vocat, quæ insederunt signa. Quod sequitur, *Suis fœtus editus*, libris omnibus erat, *fœtum editum:* et fortasse nominandi casu sic dixerint etiam antiqui. *Lipsius.* Frustra turbat hic Silium.

Examen apium] De his sic Plin. II. 17. 'Tunc ostenta faciunt privata ac publica, uva dependente in domibus templisve, sæpe expiata magnis eventibus. Sedere in ore infantis tum etiam Platonis, suavitatem illam prædulcis eloquii portendentes. Sedere in castris Drusi Imperatoris, cum prosperrime pugnatum apud Arbalonem est, haudquaquam perpetua aruspicum conjectura, qui dirum id ostentum existimant semper.'

[s] *Deminutus omnium*] Bene *omnium magistratuum;* nam unus e Quæstoribus, unus ex Ædilibus, unus ex Tribunis, ex Prætoribus unus, e Consulibus alter defunctus est: quod inter ostenta fuit, nec sine prodigio evenire visum est. At præcipue mors Censoris præsagisse malum ingens videbatur; nam illa dignitas maxime sacra: totque mortes magistratuum præsagisse mortem Censoris visæ.

[t] *Magistratuum numerus*] Idem observat Livius lib. XL. 'Prætor T. Minutius, et haud multo post consul C. Calpurnius moritur, multique alii omnium ordinum illustres viri. Postremo prodigii loco ea clades haberi cœpta est. C. Servilius Pontifex Ma-

Quæstore, Ædili, Tribuno[4] ac Prætore et Consule, paucos intra menses, defunctis. Sed in præcipuo pavore Agrippina, vocem Claudii,[u] quam temulentus jecerat,[v] 'fatale sibi, ut conjugum flagitia ferret, dein puniret,' metuens, agere et celerare statuit, perdita prius Domitia[w] Lepida, muliebribus[5]

mortuis, quæstore, ædili, tribuno, prætore et consule. Sed in summo metu Agrippina erat, *formidans vocem Claudii, quam vino distentus emiserat*, sibi in fatis esse, ut scelera uxorum toleraret, dein castigaret; *itaque agere et properare decrevit*

tione post *inessent* sic edidi. *Ryckius.*—4 Ita vulgati hactenus. Ms. meus: *Tribuno, Prætore ac Consule.* Idem.—5 Ita et editio princeps; sed in ea editum *mulieribus* pro *muliebribus.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Domitia levibus et muliebribus.* Recte a Freinshemio et recentioribus emendatum, *Domitia Lepida.* Nec displicet repeti, *quia Lepida*, ob orationis claritatem, quæ facile obscuratur. *Brotier.*

NOTÆ

ximus piacula iræ Deum conquirere jussus est. Decemviri libros inspicere, Consul Apollini, Æsculapio, Saluti dona vovere, et dare signa aurata: quæ vovit deditque.' Sic et Dio lib. XLII. 'Auxit metum ipsa forma urbis, quæ misera et insolens. Nam Kalendis Januariis, et post multo tempore, nullus consul, nullus prætor.' At contra in omen felix faustumque acceptum est, quod per totum quinquennium, nullus senatorum, nec magistratuum interiisset. Sic Plin. lib. VII. 48. 'Annotare succurrit, unum omnino quinquennium fuisse, quo senator nullus moreretur; cum Flaccus et Albinus censores lustrum condidere, usque ad proximos censores; ab anno Urbis quingentesimo septuagesimo nono.'

Sed inter prodigia et ostenta maxime exhorrebant mortem Censoris, teste Plutarcho. Præcipue enim colunt Romani, veneranturque inprimis Censorum magistratum, et maxime sacram putant eam dignitatem.

[u] *Vocem Claudii*] De qua Sueton. Claud. 43. 'Sub exitu vitæ signa quædam nec obscura pœnitentis de matrimonio Agrippinæ, deque Neronis adoptione dederat. Siquidem commemorantibus libertis, ac laudantibus cognitionem, qua pridie quandam adulterii ream condemnaverat, sibi quoque in fatis esse jactavit, omnia impudica, sed non impunita matrimonia.'

[v] *Quam temulentus jecerat*] Dio sic lib. LX. 'Maxime autem insidiabantur ei, (nempe mulieres libertique,) in compotationibus et in re venerea, quibus utrisque immodice deditus, et tum temporis facillime circumveniri poterat.'

[w] *Perdita prius Domitia*] Nemo tam inconspectus in legendo, qui vitium non videat male hærentis et incoibilis orationis. Domitia, inquit, perdita est: et subdit, quasi de alia, quia inter Lepidam et Agrippinam æmulatio exercebatur. Corrige vero, et reduc aberrantem vocem: *Perdita prius Domitia Lepida levibus et muliebribus causis: quia minore Antonia genita.*

Scilicet Cn. Domitio duas fuisse filias, quarum utraque Domitia gentis nomine dicta: sed minor, de qua hic, discriminandi causa, cum Lepidæ cognomine. Ea nunc ad mortem

NOTÆ

adacta. Suetonius Nerone, cap. 7. 'Amitam Lepidam ream testimonio coram afflixit, gratificans matri a qua rea premebatur.'

At Domitia altera supervixit, et mentio ejus lib. XIII. estque veneno sublata a Nerone, paulo post mortem matris. Vide Suetonium Ner. cap. 34.; et Xiphilinum. *Lipsius.*

Nihil corrigendum puto: sic solet Tacitus diversa nomina afferre, ne eandem vocem statim repetere cogatur eadem fere linea.

Perdita prius Domitia] Verum est nomen huic mulieri fuisse, Domitia Lepida; sed non ideo transposuerim hic eas voces: explicat enim sequens, quam Domitiam dixerit, neque id apud Tacitum sine exemplo.

Lepida hæc proculdubio una ex amitis Neronis, et apud quam ille educatus, matre in exilium pulsa; unde hæc blandimenta adversus alumnum.

Eandem esse, quæ mater Messallinæ, non persuadent mihi viri docti; nam ecce forma et ætate Agrippinæ parem eam facit Tacitus, quod sane in matrem Messallinæ cadere vix potest.

Et quod ex ea et altero marito Appio Silano natum volunt L. Silanum sponsum Octaviæ, prorsus stare non potest. Nam ex præmissis sequeretur, ante Claudii et Agrippinæ nuptias, licuisse ducere sororis filiam. Faciunt enim L. Silanum et Messallinam Octaviæ matrem, ex una matre Lepida genitos; quod, ut dixi, stare non potest.

Quod addit Tacitus, *impudicam et infamem*, scilicet ob fratris Domitii incestum; de quo Suetonius; quo in scelere constitisse mulieris libidinem, vix simile vero. *Mercerus.*

Lipsius transponit, *Domitia Lepida*, ut error sit ortus ex similitudine, syllabæ sequentis: ego de majori mendo suspicor, ac verba, *levibus et*, ab interpolatore quodam addita, cum in Florentino corrupte legatur, *Domitia le muliebribus.*

Hinc fortasse restituendum: *Perdita prius Domitia Lepida muliebribus causis, quia Lepida minore Antonia, &c.* Pichena.

Perdita prius Domitia Lepida] Mirari subit pravum fœminæ ingenium. Cur tot crimina cumulat ante mortem Claudii? inhiabat hortis Statilii Tauri, illum subvertit falso crimine: ulcisci voluit Lepidam muliebri æmulatione, statim ardet illam perdere ante summum crimen; quasi veneficio principali his flagitiis minoribus præluderet Agrippina.

Cur non expectat, dum esset secura legum et imperii? quare sic? nisi forte ut dominationem præsentem in odium adduceret, cujus tamen maxima pars erat ipsa.

Forte, ut sic terrorem inferret omnibus, qui ambitionem fœminæ cohibere voluissent; num forte ut novam spem lenioris mox dominationis faceret in filio?

Puto, tamen, in ultionem præceps fœmina suo tantum genio indulgebat, nulla in futurum providentia. Ultro excæcat animos crimen et ambitio, et quicquid obstabat cupiditati aut sævitiæ, e medio tollere properabat. Sed vindicem scelerum sibi et aliis sic præparavit, et fœmineum scelus alio scelere, quasi venenum veneno, mox retundetur.

Perdita prius Domitia] Existimo Cn. Domitio fuisse duas filias, et utramque *Domitiam* appellatam esse; quarum minor, de qua hic agitur, *Lepida* cognominata est. Hæc autem *minor* ad mortem adacta est, de qua Sueton. Ner. 7. At altera Domitia supervixit, venenoque interfecta est

NOTÆ

a Nerone, et de hac Sueton. cap. 34. Hactenus Lipsius.

Sed unde ille habet, fuisse duas *Lepidas?* unde habet hanc *minorem* fuisse, et nunc occisam esse, non postea? dicit hæc, non probat Lipsius. Nam cum sileat historia de duabus Lepidis, et Lepida amita Neronis postea interficiatur a Nerone apud Suet. non distinguendo, an minor an major sit, et absolute *Domitia* vocetur, apparet fuisse unam tantum Domitiam Lepidam, quæ servata sit nunc auctoritate et gratia Narcissi; et quæ dein veneno sublata sit a Nerone, post matris cædem in omnes propinquos sæviente, quasi ut *ultimus Æneadum* superesset ipse.

Certe ex nullo loco Suetonii, Taciti, aut Dionis colligi potest, fuisse duas Domitias sorores Domitii qui pater Neronis; immo unam asserit diserte Suetonius utroque loco; et eandem utrobique *amitam* Neronis vocat; et hæc rursus Neroni eadem ipsa abblanditur infra, ut descripsit Tac. l. XIII. et ipse Suet. Nerone c. 34. 'Quam cum ex duritia alvi cubantem visitaret, et illa tractans lanuginem ejus, ut assolet, jam grandis natu, per blanditias forte dixisset, Simul hanc excepero, mori volo,' &c. Ipsa eadem amita est Neronis, quæ ipsi nunc abblanditur adhuc, jam imperanti, quam puer ille testimonio afflixerat gratificans matri.

Dio unius amitæ Neronis Domitiæ meminit, et semel tantum, nempe lib. LXI. cum post Agrippinam ipsa occisa est. 'Porro,' inquit, 'Domitiam amitam suam veneno sustulit,' &c.

Unde colligere licet, non occisam esse amitam Neronis ab Agrippina, eo tempore et loco historiæ, de quo hic XII. 64.; quamvis ei mors indicta sit, ut habet Tacitus; et sic patet, unam fuisse Domitiam seu Lepidam, quæ hic affligitur testimonio Neronis, ex Suetonio, cum ea quæ infra necatur apud Suet. Ner. 34.

Tacitus amitam eam Neronis vocat utroque nomine, Domitiam et Lepidam, *Lepidam et Domitiam;* Suetonius *Lepidam* appellavit, hoc temporis et historiæ loco; et eam Dio infra appellat *Domitiam*, quo loco et tempore pharmaco sublata est. Itaque eadem *Domitia* est et una amita hæc, quæ primo affligitur, dein plane subvertitur.

Clare patet ex Tacito, si e vestigio sequaris hujusce fœminæ historiam, unam eandemque esse Domitiam, cui *mors* hoc loco *indicta*, et eam, quæ vivit adhuc l. XIII. 19. 20. 21.: et si sic compares Tac. cum Tacito, nihil clarius.

Sic autem habet Tac. hoc l. XII. 64. 'Utraque impudica, infamis, violenta, haud minus vitiis æmulabantur,' &c. 'Enimvero certamen acerrimum, amita potius, an mater apud Neronem prævaleret. Nam Lepida blandimentis et largitionibus juvenilem animum devinciebat.' Hæc *impudica*, quia *incesti rea;* et *violenta;* nam infra hoc lib. cap. 65. 'Quodque parum coërcitis per Calabriam servorum agminibus, pacem Italiæ turbaret.'

Eadem *æmulabatur* Agrippinam: hoc l. XII.: sic et l. XIII. 'inter Agrippinam et Domitiam infensa æmulatio exercebatur.' Vides, ut eandem pingit Tacitus Domitiam longo post tempore quam illi indicta mors fuit, et æmulantem exhibet.

Etiam XIII. 2. 'Domitiæ inimicitiis gratias agerem, si benevolentia mecum in Neronem meum certaret.' Eadem, ut vides, Domitia est, quæ blandimentis suis Neronem devinciebat hocce l. XII.: et hoc idem est, quod infra, l. XIII., refellit Agrippina, quasi Domitia blandimentis, non vera benevolentia, secum in Ne-

NOTÆ

ronem suum certaret; ergo eadem est fœmina, quæ utroque loco vivit.

Habuit Domitia, de qua hic, per Calabriam prædia et servorum agmina; et huc respexit Dio l. LXI. cum ait: 'Bonis ejus, (Domitiæ) quæ Baiis, et in mari Ravennati erant, ablatis, magnifica in iis prædia construxit Nero:' et tunc mortem ejus describit, non vero eo loci aut temporis, quo testimonio Neronis afflicta est. Itaque eadem Domitia est, quæ hic, l. XII., exterretur, et quæ vivebat adhuc l. XIII.

Et certe, si fuissent duæ Domitiæ, seu duæ amitæ Neronis, haud dubie aliquis horumce auctorum distinxisset eas, ut in tanta claritudine gentis, vel proprio nomine, vel ætate, vel nomine mariti, ut solet historia Rom. vel aliqua alia circumstantia, qua dignosci invicem possent.

At dixisset Tacitus hoc loco, l. XII. non fuisse interfectam Domitiam, sed tantum ei fuisse indictam mortem. Certe res breviter exequitur Tacitus, et sufficiebat Tacito, dixisse mortem ei indictam; cumque nihil aliud præterea addiderit, satis indicat quid velit.

Præterea sufficiebat ei, dixisse adversatum esse Narcissum tali sævitiæ, cum in animo haberet Tacitus peragere historiam fœminæ sequenti libro, ex qua nempe clare agnosceretur, vixisse Domitiam eandem postea.

Mortem hujus Domitiæ describunt Suetonius et Dio sequenti tempore, sed altum silet Tacitus de hac morte. Forte quia vulgatum illud crimen, odio Neronis jam parricidio infamis, quod non tamen satis probatum aut compertum; et talia vulgi pro summo suo judicio, ut incerta aut etiam aperte falsa rejiciebat spernebatque Tacitus. Nam quamvis jusserit irridens Nero, fœminam largius purgari, non exin sequitur fuisse interfectam a Nerone.

Nisi forte Tacitus mortem ejus descripsisset, quocumque modo evenerit, in libris qui periere: forte cum ad inopiam redactus esset luxu et prodigentia Nero, et undique corraderet pecunias, amitam opulentissimam interfecit, ut bona ejus occuparet; nam et omnes opes ejus, suppresso etiam testamento, invasit, *ne quid abscederet*, teste Sueton.

Domitia] Non solum æmulatio Domitiæ adversus Agrippinam, sed gravissimum et capitale odium exarsit; ita ut Agrippinam, cum rebus et aula amota esset, perdere, et ipsi vicem exitii reddere voluerit Domitia. Itaque cum suspectaretur Agrippina, conspirasse cum Plautio de invadenda rursus Repub. immisit Domitia Paridem libertum suum, ut accusaret eam apud Neronem.

Sic Tac. XIII. 19. 'Hæc Iturius et Calvisius Atimeto Domitiæ Neronis amitæ liberto aperiunt. Qui lætus oblatis (quippe inter Agrippinam et Domitiam infensa æmulatio exercebatur) Paridem histrionem, libertum et ipsum Domitiæ, impulit, ire propere, crimenque atrociter deferre.'

Qua accusatione, quo casu, parum abfuit quin occideretur Agrippina etiam inaudita. Nam 'Nero trepidus, et interficiendæ matris avidus, non prius differri potuit, quam Burrhus necem ejus promitteret,' &c.

At unde tantum odium Domitiæ adversus Agrippinam; nisi quia eam perdere olim voluerat, nec per eam steterat, quin Domitia occideretur sub Claudio. Patet etiam unam et eandem fuisse *Domitiam* utrobique in istis diversis Taciti locis, quia nempe hoc loco, l. XII. describit Domitiam *impudicam*, *infamem*, *&c.* similiter et eam depingit XIII. 20. 'Nunc per

NOTÆ

concubinum Atimetum et histrionem Paridem, quasi scenæ fabulas componit:' etiam adulteriorum et incesti rea Domitia cum fratre, teste Sueton.

Addit et rem similem utrobique Tacitus: nam XII. 65. accusatur Domitia multis criminibus, 'quodque parum coërcitis per Calabriam servorum agminibus, pacem Italiæ turbaret.' Et simile quid repetit Tac. XIII. 21. 'Baiarum suarum piscinas excolebat,' &c. Si Baiarum piscinas ornabat, neque illa prædia Calabriæ negligebat ipsa, teste Dione l. LXI.

Domitia] Teste Sueton. Ner. VII. 'Amitam etiam Lepidam ream testimonio coram afflixit, gratificans matri, a qua rea premebatur.' Nota, hoc loco non dicit Suetonius, Lepidam occisam fuisse, sed tantum afflictam testimonio Neronis; ut et Tacitus, qui dicit mortem ei esse indictam, nihil præterea.

Etiam Suetonio Neron. 34. fit mentio ejusdem *Lepidæ*, quam 'cum ex duritia alvi cubantem visitaret,' ille 'præcepit medicis, ut largius purgarent ægram;' sicque occidit, et statim defunctæ bona invasit: ergo non occisa fuit, nisi sub finem Neronis. Alias distinguere debuit, utra *amita* esset.

Afferam argumentum validissimum, quo constabit, non esse tunc occisam Lepidam loco citato Suetonii Ner. 7. ut nec loco hoc Taciti XII. 64. Suetonius, hoc cap. Ner. 7. narrat tantum crudele ingenium Neronis, et puerilem sævitiam ipsius, nondum parricidia ejus tradit: puer nempe Nero Britannicum arguit et accusat apud patrem, ut subditivum; nec tunc tamen occidit Britannicum. 'Britannicum fratrem, quod se post adoptionem Ænobarbum ex consuetudine salutasset, ut subditivum apud patrem arguere conatus est. Amitam etiam Lepidam ream testimonio coram afflixit,' &c. Itaque nondum adultam sævitiam Neronis describit Suetonius.

Neque etiam adhuc tum adulta potentia aut sævitia ipsius Agrippinæ; quia nondum secura imperii et scelerum, nondum filius ipsius Nero imperabat. Quare et facilius deterrita est a tali facinore, auctoritate Narcissi, qui præpollebat apud Claudium.

Igitur quemadmodum non est tunc abdicatus Britannicus, sed tantum accusatus; ita et Lepida tantum testimonio Neronis afflicta, et mors ipsi tantum *indicta*, non illata est; et consequenter una et eadem *amita* est, quæ superstes vivit apud Tac. XIII. 19. 20. 21., et quæ perit apud Suet. Nerone 34. et apud Dionem lib. LXI., cum ista hac Lepida amita Neronis, quæ hic testimonio ejus afflicta est.

Igitur neque Suetonius hoc primo loco Ner. 7. ubi agit de Lepida, (qui locus respondet huic nostro loco Taciti XII. 64. ut et tempori, quod ibidem describit Tacitus,) dicit Lepidam fuisse interfectam, sed tantum afflictam, testimonio Neronis.

Neque etiam Dio, qui altum silet de Domitia hoc historiæ loco et tempore, et tantum loquitur de ipsa, cum nempe interfecta a Nerone pharmaco seu veneno est, post necem Agrippinæ.

Ergo similiter etiam Tacitus, hoc loco XII. 64. dicit tantum *indictam mortem* Lepidæ fuisse, non vero illatam; quia, ut inquit, multum adversabatur Narcissus, qui in gratia flagranti, et dominus domini fuit; sicque rege et regina ipsa potentior.

Perdita prius Domitia] Non aliunde probare possit Lipsius, duas fuisse amitas Neronis, duas fuisse *Lepidas*, seu *Domitias*, vel alteram *Domitiam*,

NOTÆ

alteram *Lepidam*, nisi ex Dione, Tacito, aut ex Suetonio præcipue. At certe potius contrarium evincitur ex ipso Suetonio quatuor locis, quibus Lepidæ amitæ Neronis meminit.

1. Ner. 5. sic habet: 'Domitius majestatis quoque et adulteriorum incestique cum sorore Lepida, sub excessu Tiberii, reus, mutatione temporum evasit.'

2. Meminit Sueton. Ner. cap. 6. 'Matre etiam relegata, pæne inops atque egens, apud amitam Lepidam nutritus est.'

3. Mentionem facit Lepidæ, Ner. c. 7. 'Amitam etiam Lepidam ream testimonio coram afflixit,' sup. *Nero:* dein cap. 34. sic habet: 'Junxitque parricidio matris amitæ necem.' Nota, eam semper appellat *Lepidam;* et *amitam* simpliciter hoc ultimo loco, unde colligitur evidenter, fuisse unam eandemque amitam Neronis: alioqui debuit hic distinguere Suetonius.

Nam ex suppositione Lipsii, Lepida testimonio jam ante afflicta erat; sicque debuit hic distinguere, utra amita hic parricidio Neronis necata sit. Et nota sedulo, Suetonium scripsisse, Lepidam fuisse *testimonio afflictam*, nihilque ultra addere; non enim dicit fuisse interfectam.

Et certe forte tum rea erat Lepida incesti cum fratre perpetrati, quod non probatum, nisi testimonio Neronis pueri adhuc, et id matri gratificantis: quod crimen, favente Narcisso, facile evanuit.

Nota etiam *Lepidam* hanc vocari *impudicam* a Tacito; quod respondet his Suetonii verbis: 'adulteriorum incestique cum sorore Lepida,' &c. quæ *Lepida* una eademque est cum Domitia, quod clarissimum est ex Tacito hic: 'Celerare statuit, perdita prius Domitia levibus et muliebribus causis: quia Lepida minore Antonia genita,' &c.

Adverte etiam sedulo siluisse Dionem eo loco et tempore historiæ, quo *Lepida* testimonio Neronis afflicta est: quia haud dubie tum tantum exterrita est ab Agrippina, non vero interfecta sub Claudio.

Quam cædem haud dubie memorasset ille auctor ob claritudinem fœminæ, ut quæ propinquitate dominantes contingeret. Unde evincitur non esse tum interemtam Lepidam, sed tantum forte exulasse ad tempus, revocatamque ab ipso Nerone imperante.

In errorem induxit Lipsium duplex locus Suetonii: alter quo testimonio Neronis afflictam esse Lepidam tradit, alter quo *amitam* largius purgari jubet idem Nero; sicque eam necasse veneno existimatus est, ut et tradit disertim Dio; et exin inferebat Lipsius fuisse duplicem amitam, *Lepidam* nempe, quæ testimonio afflicta est, juxta Suetonium, et alteram, *Domitiam* nempe, quæ mox occiditur, largius purgata.

Sed certe *Lepida* hæc et *Domitia*, una eademque persona est, ut clare patet ex Tac. hoc loco: nil certius si conferre velis Tacitum cum Suetonio.

Tac. hic sic habet: 'Lepida blandimentis et largitionibus juvenilem animum (Neronis nempe) devinciebat.' Et Sueton. Ner. XXXIV. amitam 'cum ex duritia alvi cubantem visitaret, et illa tractans lanuginem ejus, ut assolet, jam grandis natu, per blanditias forte dixisset, Simul hanc excepero, mori volo,' &c. igitur una eadem ipsa est amita, quæ utrobique Neroni abblanditur.

Itaque confer passim Tacitum cum Suetonio, et Tacitum cum Tacito, ac Suetonium cum Suetonio ipso; clare perspicies unam fuisse amitam Neronis, nempe Lepidam Domitiam, quæ una hoc duplici vocabulo appellaretur.

causis: quia Lepida, minore Antonia genita, avunculo Augusto,[x] Agrippinæ sobrina prior,[y] ac Cnei,[6] mariti ejus,

Agrippina, *subversa prius Domitia Lepida* levibus et *fæmineis causis: quippe Lepida majoris Antoniæ filia avunculo Augusto, Agrippinæ sobrina, propior ac prio-*

6 Editio princeps per literarum compendia, *Cn. mariti ejus.* Unde Puteolanus, *Cnei.* Scribendum *Cneii,* ut patet ex Sueton. in Ner. I. *prænomina . . . Cneii et Lucii.* et II. *Cneius Domitius.* Ryckius edidit, *Cnæi. Ejus* abest a Ms. Guelf. *Brotier.*

NOTÆ

[x] *Quia Lepida, minore Antonia genita, avunculo Augusto*] Hanc Lepidam mariti Agrippinæ sororem, et Neronis amitam vocat Tacitus. Ex cujus dictis duæ insurgunt non contemnendæ difficultates. Una quomodo Domitiam Lepidam minore Antonia genitam dixerit, quam ex majore natam tradidere Suetonius, Plutarchus, et Plinius.

Quare mendum in textu inesse dicendum, atque non *minore,* sed *majore* legendum: non enim rationi consonum, Tacitum in recensenda ferme sui corporis genealogia adeo fœde lapsum.

Præterea si Augusto avunculo Agrippina Lepidam priorem, seu, ut legit Vertranius, *propiorem,* (in hoc namque parum laboro, cum utraque vox propinquiorem significet,) dixit Tacitus, cui dubium de Antonia majore intelligendum?

Altera difficultas emergit, quod hanc Lepidam perditam ab Agrippina scribat Sueton. 34. quæ ex Xiphilino et Dione interemta post Agrippinæ matris necem, jussu Neronis, medicis, ut largius eam purgarent, adactis.

Tollitur et hæc objectio dicendo, Agrippinam quidem mortem Lepidæ molitam, illis causis objectis, quas recenset ipse Tacitus; at non datam, sed indictam tantum, inquit enim: 'Ob hæc mors indicta, multum adversante Narcisso.'

Unde cum paulo post Claudii mors secuta sit, et Nero ad Imperium assumtus, jam rerum omnium potita Agrippina, et adversante Nerone in amitam benevolo, apud quam prius inops et egens puer nutritus fuerat, et adolescens blandimentis et largitionibus devinctus, quod Suetonius et Tacitus tradidere, *mortem indictam* minime executioni mandatam, sed in memoratum a Suetonio tempus dilatam. *Marcellus Donatus.*

Minore Antonia genita] Culpant me quod non scripserim, *majore.* Non me, sed Tacitum. Ita enim iterum sensit scripsitque noster l. IV. Annal. 'Cn. Domitius electus, cui minor Antonia Octavia genita in matrimonium daretur.'

Atenim Suetonius et Plutarchus aliter. Quid ergo? novum est, ut dissensus aliquis scriptorum sit?

Et tamen Plutarchus clare id non dicit: clare Suetonius, fateor, plus uno loco. Sed cur arbiter ego inter eos sim? Solvo me judicatu isto, et bono veterique ritu, juro mihi non liquere. *Lipsius.*

Minore Antonia] Dubium est de Antonia Domitii, et de Antonia Drusi, utra *major Antonia* sit, utra *minor.* Dubium oritur ex eo, quod prisci auctores splendidas fœminas vocent nomine mariti, de ætate aut alio nomine, quo distinguerentur, silentes; vel quia parvi id momenti ad historiam videbatur, et præsertim in fœminis, aut id velut notissimum aliunde supponebant.

NOTÆ

Attamen auctores cum tradunt de liberis principum, eos recensere solent ordine ætatis, seu genituræ, et pro nascendi ordine. Sic Suetonius, cum agit de liberis Augusti, et aliorum Cæsarum. Sic et Plutarchus in re nostra, cum recenset liberos M. Antonii ex Octavia sorore Augusti susceptos, prius recenset Antoniam Domitii, ut primo loco natam, dein Antoniam Drusi.

Plutar. in Antonio: 'Duæ supererant Antonii et Octaviæ sororis Augusti filiæ: harum alteram Domitius Ænobarbus, alteram, pudicitia et forma insignem, Antoniam, Drusus Liviæ filius Cæsaris privignus duxit.'

Et hic mos auctorum certus, perpetuus et constantissimus, ut nempe ordinem naturæ et ætatis æmulentur in historia, ut sic res recte et ordine exequantur.

Et certe *verecundia ætatis*, ut loquitur Tacitus, decus quoddam eximium habet; et apud principes, ea causa, filiorum vetustissimus regnum obtinet, et obtinere debet; usque adeo non levis momenti fuit auctoribus, ordinem naturæ et ætatis e vestigio persequi.

Unde certissime colligere licet ex Plutarcho, *Antoniam Domitii* ætate *majorem* fuisse, et consequenter *Antoniam minorem* fuisse uxorem Drusi.

Præterea provectior ætate fuit Domitius, et prius ad consulatum toto septennio evectus erat, quam Drusus; licet privigni Augusti, inter quos Drusus, Reipub. promtius admoverentur; et præcipue Drusus iste, qui amore Liviæ Augustæ subnixus, et in gratia flagranti ipsius Augusti. Itaque Antoniam majorem, ut senior Druso ac major natu, ducere uxorem debuit Domitius.

Nuptiæ illæ fœminarum principum fere sequuntur ad insignia honorum et magistratuum; et tales generi, aut, quasi generi, insigniti præcipuis honoribus sub Augusto, ut tantis nuptiis digni viderentur, aut certe talibus nuptiis, honores et dignitates adipiscebantur.

Antonia Domitii, ut quæ in ignobiliorem domum denupsisset, vel alia causa, obscura est, et ignota in historia Rom. si matrimonium ejus excipias. At de Antonia Drusi, multa egregia prædicant auctores, formam, et pudicitiam eximiam, amorem in maritum singularem, viduitatemque sanctissime actam in sinu Liviæ Augustæ; ut quæ perpetuo vixerit in aula, omnibus artibus et flagitiis aulicis exemta.

Et certe hæc ipsa est, si virtutes illas e vestigio sequimur, quæ Suetonio diserte vocatur *Antonia minor;* et quæ, secundo loco, memoratur a Plutarcho, haud dubie, ut junior.

At refragatur Tacitus; hoc videtur, sed quamvis id constaret aperte, *neque Hercules contra duos.*

Is error potuit oriri ex compendiario scribendi modo. Sed duobus locis habet idem Tacitus. Verum est. Sed utrobique idem error, et ex eadem causa fuit; quia ut eodem modo scriptum utrobique, ita et pari modo duobus istis locis perperam lectum est; opponitque se pari vi Suetonius, qui duobus locis appellat *Antoniam minorem* Antoniam Drusi.

Et Lipsius, qui Tacitum et Suetonium perinde intellexit, (audeam dicere præ ceteris viris literatis suæ nostræque ætatis,) non dubitavit de errore Tac. in hac materia, undecumque venerit error: nec manum suspendit, nisi quia textum Taciti inviolatum voluit, quantum in ipso fuit.

Certe opponit ille duplicem locum Taciti duplici loco Suetonii: et licet arbitrum inter tantos auctores sese ferre noluerit, serio tamen credidit, et convictus fuit, *Antoniam Drusi* vere

NOTÆ

fuisse *Antoniam minorem*, et sic eam ubique vocat passim, et in ipso stemmate Augusti.

Sed tamen operæ pretium fuerit expendere, qua ætate, qua necessitate, et qua causa nupserit, seu potius, nubere coacta sit, Antonia Domitii, quæ prior nupsit.

Itaque de ejus matrimonio sic Dio, l. XLIX. ad annum 717. ubi de Augusto et Antonio Triumviris R. C. loquitur: ‘ Quoque pluribus necessitudinum vinculis obligarentur, Cæsar Anthullo Antonii filio filiam suam, ac contra Antonius suam ex Octavia filiam Domitio, quanquam is et ex percussoribus Cæsaris unus esset, et proscriptus fuisset, desponderunt.’

Et sic matrimonium illud fuit veluti vinculum fœderis inter Triumviros fautoresque illorum initi, inter bella civilia. Sicque in id deligi puella debuit, quæ maturior annis esset, et natu major.

Necessitas aderat, et præterea etiam ordo nascendi et verecundia ætatis spectari præcipue debuit in nuptiis illis, et in reconciliandis animis; ita ut nuberent puellæ ordine naturæ, seu pro ordine nascendi; nec solum verecundia, sed etiam dignitas ætatis, spectari potuit, et debuit eo casu, quo affinitas illa magis conspicua esset.

Addam et, amota necessitate, puellam istam, quæ præcipue forma, ingenio, ac virtute præcelleret, dari et seligi debuisse Druso, qui virtutes artesque omnes belli ac pacis occuparat, qui et ipse amor fuit populi Romani, qui filius Liviæ Augustæ, qui ipse privignus et amor Augusti, qui forte conceptus ex ipso, et qui in penatibus Augustæis natus erat, et qui jam caritate et dignitate Cæsar, aut instar Cæsaris esset, qualem Cæsarem et successorem sibi optavit sæpe Augustus: qualis fuit mox Germanicus filius, qui virtutes ipsius omnes, veluti natura hæres summus et heros, exceperat.

Quæ dotes maxime conveniebant *Antoniæ minori*, quibus ipsa digna erat, quia illas ipsa possidebat, quia virtute eminebat ipsa, in quantum virtus sequioris hujus sexus intelligi potest.

Hanc præcipue laudat Valerius Max. IV. 3. ‘ Antonia quoque fœmina laudibus virilem familiæ suæ claritatem supergressa, amorem mariti egregia fide pensavit; quæ post ejus excessum, forma et ætate florens, cubiculum socrus (Liviæ Augustæ) pro conjugio habuit; in eodem toro alterius adolescentiæ vigor extinctus est, alterius viduitatis experientia consenuit.’ Sic et Plutarchus eam vocat σωφροσύνῃ καὶ κάλλει περιβόητον· quæ non convenire videntur Antoniæ Domitii, quæ ignota prorsus in historia videtur esse.

Hic et adjicere possumus, conjugium Domitii præcessisse multis annis matrimonium Drusi: sicque et exin *majorem* ipsum natu Antoniam duxisse uxorem, inferre licet. Anno 738. L. Domitius Cn. fil. Cn. nepos Ænobarbus consulatum habuit. Et Drusus prætor creatus est anno 743.: qui tamen jam ante prætoria insignia obtinuerat, et tandem anno 745. consulatum adipiscitur Drusus.

Unde conjicere est, ut honores obtinuit serius Domitio, ita et matrimonio Antoniæ posterius evectum esse Drusum; sicque illum ætate *minorem* Octaviæ filiam duxisse uxorem non Domitium, qui natu grandior, et qui multo ante honores dignitatesque adeptus esset.

At certe, ut ingenue fatear, quædam sunt in historia, ut puto, quæ jam incognita, aut controversiæ erant, ævo illo Cornelii, et forte multis ante annis inter auctores: forte quia pa-

NOTÆ

rum digna historia hæc, et incuriose scripta erant.

Et sane, quis dirimet controversiam auctorum de puero quem edidit Julia ex Pompeio Magno? alii filium, alii filiam fuisse, diserte asserunt.

Sic ambiguum fuit de loco, in quo Caius Cæsar qui imperavit, natus esset, jam fere ipsius, aut sequenti ævo, ut patet ex Suetonio. Forte sic et incertum fuit de utraque Antonia jam eo ævo.

Et tanto magis quod in sequiorem sexum non ita curiose inquirerent; et quia puellæ ante nuptias parum cognitæ, ex nomine mariti sui appellabantur: sicque parum attendebatur ætati, aut nomini, quo intra familiam duæ puellæ distinguebantur.

Habemus tamen pro nostra sententia duos auctores maximos, Plutarchum et Suetonium. Habemus argumenta multa ex historiis depromta, et consensum illum doctissimorum post homines natos interpretum: qui consensus instar omnium nobis esse debet.

Nec nos alterum, inter Tacitum et Suetonium florentissimos auctores, arbitrum deligemus, quam ipsum Plutarchum, qui certe litem illam certamenque feliciter componit, cum testatur, duarum filiarum Antonii, alteram quidem nupsisse Domitio, *majorem* nempe, alteram vero Druso, scilicet natu *minorem:* idque ex rei veritate, et haud dubie ex sententia ipsius Taciti, si macula ista, quæ ex Librariorum incuria vel imperitia ipsi adhæserat, nunc eluatur.

Avunculo Augusto] Ex *Octavia* sorore Augusti et M. Antonio nascitur *Antonia* uxor Domitii; ex Antonia et Domitio nascitur pater Neronis Cn. *Domitius* et *Domitia Lepida*, quæ sic fuit soror Cneii Domitii, qui maritus Agrippinæ; et sic ipsa Lepida uno gradu propior Augusto, quam Agrippina.

Nam ex Octavia nascitur Antonia Drusi; ex Antonia Germanicus; ex Germanico Agrippina: at Lepida ex ipsa Antonia Domitii nata.

Ideoque forte vocatur *Agrippinæ sobrina prior*, Antonia ex Octavia, quæ soror Augusti nata, sicque Augustus fuit avunculus major Lepidæ.

Agrippinæ sobrina prior] Sive quod Jurisconsulti suggerunt, *sobrina propior;* etsi eadem vis alteri illi voculæ. Lepida autem Germanico patri Agrippinæ consobrina fuit: filiæ ergo Germanici, Lepida sobrina propior. Res satis clara ex stemmate nostro Augusti. *Lipsius.*

Agrippinæ sobrina prior] Scribendum, *propior*, verbo Jurisconsultis familiarissimo. Sic autem dicitur Lepida, quæ Germanico Agrippinæ patri consobrina erat.

Hic enim Druso patre et minore Antonia natus, frater patruelis seu consobrinus erat Lepidæ L. Domitii et Antoniæ majoris filiæ.

Quod de minore dixi consulto, etiam adversus Taciti testimonium, Plinio, Suetonio, et Plutarcho auctoribus.

Itaque Lepida *propior sobrina* scribitur Agrippinæ, quod ab ea cognationis quinto gradu disjuncta, uno gradu propior quam sobrina futura erat, quæ sexto gradu enumeratur apud Caium, et ex Massurio Sabino apud Paullum libello De gradibus et affinibus. *Vertran.*

Sobrina prior] Seu *propior*. Festus: 'Propius sobrino mihi est consobrini mei filius, et consobrinæ meæ filia (seu filius) et patris mei censobrinus, et matris meæ consobrinus.'

Domitia nata fuit ex Antonia Germanici matertera; atque ita Agrippinæ consobrina fuit: sic enim appellantur, qui ex duobus fratribus sororibusve, vel fratre et sorore nas-

soror,[z] parem sibi claritudinem credebat: nec forma, ætas, opes multum distabant; et utraque impudica, infamis, violenta,[7] haud minus vitiis æmulabantur, quam si qua ex fortuna prospera acceperant. Enimvero certamen acerrimum, amita potius an mater apud Neronem prævaleret. Nam Lepida blandimentis et largitionibus juvenilem animum devinciebat, truci contra ac minaci Agrippina, quæ filio dare Imperium,[a] tolerare imperitantem nequibat.

65. Ceterum objecta sunt, 'quod conjugium[1] Principis[b]

ris viri ejus Cneii Domitii soror, æqualem sibi nobilitatem vindicabat. Nec pulchritudo, juventus, aut divitiæ multum *discrepabant; et utraque in lasciviam ac libidinem prona, ignominiosa et atrox, nec minus flagitiis* invicem *certabant, quam, si quas facultates aut opes a fortuna habuerant. Quippe vehementissime* inter se *contendebant*, utrum *amita potius an mater apud Neronem præpolleret. Etenim Lepida blanditiis donisque adolescentis animum sibi obstringebat, violenta contra ac feroce Agrippina, quæ tribuere filio imperium* poterat, at *ferre imperantem nequibat.*

Ceterum Lepidæ *exprobrata sunt* hæc crimina; quod matrimonium Cæsaris

7 *vinolenta* Brotier, sed Homerus *violenta.* Mallet Lipsius *violenta.* Utrumque veteribus libris defenditur. Mss. Flor. Gueif. et Puteolanus, *violenta.* Mss. Reg. Harl. Jes. et editio princeps, *vinolenta.* Sic quoque in margine Ms. Bodl. Placet tamen magis *violenta.* Brotier.

1 Mss. Flor. et Reg. *conjugem.* Libri omnes editi, *conjugium.* Sic quoque

NOTÆ

cuntur: aliquando tamen et *sobrini* appellantur. De *sobrinis* autem *prioribus* alibi scriptum lectumve fuisse non memini: ne *propiores* quidem hoc loco multum ad rem faciunt, minus etiam ad scripturam.

Præterea offendor, quod maritus Agrippinæ, tantum prænomine notetur; quod insolitum, et vix ullibi usurpatum reor, ut solo prænomine indicetur aliquis, nisi longe notissimus, ut, exempli gratia, Tiberius: præsertim ubi nullus præterea de eo sermo est, sed tantum leviter nominatur.

Quin et maritum Agrippinæ appellari, qui diu defunctus aliis maritis locum fecit, satis novum. His rationibus motus ita corrigendum putavi: *Sobrina priorisque mariti ejus soror.* Prior maritus, quomodo 'prior uxor' supra IV. 22.: et mox XII. 65. 'prior conjux?' *Freinshem.*

Nihil movendum; loquitur de gente Domitia, et in re notissima versatur, et hoc prænomine *Cnei* designat, ut sic distinguat ab aliis Domitiis, qui plures serie et ordine sibi invicem successerunt.

[z] *At Cnei mariti ejus soror*] Id est, Cnei Domitii Agrippinæ mariti, qui L. Domitii Ænobarbi et Antoniæ majoris filius fuit. Vide Lipsium in Augusti stemmate. *Pichena.*

[a] *Quæ filio dare imperium*] Non profecto *volebat* tantummodo, quippe quæ jamdudum dedisset; sed intelligendum, *quibat.*

Agrippina eo usque valebat in Repub. penes Claudium, apud se, ut

devotionibus petivisset, quodque, parum coërcitis per Calabriam servorum agminibus,[c] pacem Italiæ turbaret.' Ob

magicis incantationibus appetiisset, quodque parum cohibitis per Calabriam servorum catervis, quietem Italiæ perturbaret. *Ob hæc mors* ipsi *denuntiata*

conjugio pro *conjuge* usus est Virgilius, Æn. III. 296. ' Hic incredibilis rerum fama occupat aures, Priamiden Helenum Graias regnare per urbes, Conjugio Æacidæ Pyrrhi, sceptrisque potitum, Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.' *Brotier.*

NOTÆ

filio imperium pararet: sed non erat tam potens sui, ut toleraret regnantem. Genus loquendi l. IV. obser. c. 2. illustravimus. *Gronov.*

[b] *Quod conjugium principis*] Id est, conjugem. Nam ut Claudii conjugium ipsa ambierit, non lectum. Abusa ergo vetitis artibus ad perniciem Agrippinæ. Sic *servitium* pro servo, et *matrimonium* pro matrona alibi notavi, et *clientelas* pro clientibus in Tacito. *Lipsius.*

Potuit appetere conjugium principis, etiamsi non evulgaverit cupidinem; et tanto magis, quod forma, ætas, opes, nobilitas, et impudicitia par atque Agrippinæ: quicquid sit, id ei crimini datum est.

Nec intelligas per *conjugium*, uxorem, hoc loco: forte oppugnaverat matrimonium utrinsque, et turbare voluerat magicis carminibus, ut apud nos fieri putant etiamnum; aut id ei crimini datum.

Conjugium] Conjugem nempe, uxorem Claudii. Agrippinam intelligi vult Lipsius, cui non assentior; nam licet Lepida non palam et aperte ambierit matrimonium principis, licet non habuerit assertorem unum aliquem potentissimorum in aula libertorum, ut aliæ fœminæ; quidni, secretis artibus et occultis machinationibus, potuit illud appetere? Par ipsi forma, par ætas cum Agrippina, par nobilitas, pares opes.

Aut si certe non appetiit tale conjugium, quidni potuit ab infesta Agrippina ejusmodi sceleris accusari? et impotentia seu muliebris æmulatio Agrippinæ præsertim oriebatur ex blanditiis adversus maritum, vel filium. Et cum adversus Lepidam non sufficeret criminatio, quod Neronem sibi blanditiis obstringeret, inventum aliud crimen, nempe *petitum conjugium* principis devotionibus, &c.

Vel forte sensus sit, quod prohibere matrimonium Claudii cum ipsa Agrippina, aut etiam consummationem talis matrimonii impedire incantationibus voluisset. In talibus sufficiebat indixisse crimen vagum sine argumento aut titulo certo, vel odium ipsum, seu æmulatio muliebris, pro crimine fuit.

[c] *Per Calabriam servorum agminibus*] Ergo suspiceris, quæ supra IV. 27. de initiis belli civilis perscripta sunt, ad Domitiam pertinere; nam et illa in Calabria oriebantur circa Brundisium, et circumjecta oppida: qua de causa etiam locum istum inter parallelos notari curavimus. *Freinshem.*

Calabriam] Calabri, populi Messapiæ provinciæ in Italia, et ad mare Adriaticum.

Hodie pars septentrionalis terræ *Otranto* in regno Neapolitano, paret Regi Catholico. *Tillemonius.*

Servorum agminibus] *Familias* intelligit atque *ergastula.* Discrimen accipies ex Apuleio: ' Quindecim,' inquit, ' liberi homines, populus est;

NOTÆ

totidem servi, familia: totidem vincti, ergastulum.'

Romani olim, subacta Italia, ceperant jure belli, non parum suburbani, et etiam longinqui agri, quem partim sub hasta vendidere, partim tenuioribus civibus utendum fruendum locavere, exiguo tributo imposito. Sed ea res non placuit divitibus, et paulatim vicinos agros sibi vindicare, et egenos hinc pellere cœperunt: donec eos lex Stolonis paulisper coërcuit, definito modo possidendi usque ad quingenta jugera, non amplius.

Sed mox cupiditas effrænata jugum excussit, et agros omnes traxit ad paucos dites: hinc latifundia illa Italica, et ejecta ingenua plebs a cultura agrorum; et hinc nata ergastula. Plutar. in Gracc. Appianus I. civil. Qua de re sic queritur Columella: 'rem rusticam pessimo cuique servorum, velut carnifici, noxæ dedimus: quam majorum nostrorum optimus quisque optime tractavit.'

Ergastula præcipue destinata culturæ agrorum; licet quandoque etiam *vincti* illi ad molendum, ad silicem cædendum, aquam hauriendam, et opera similia incumberent. Ergastulum fuit in villis locus subterraneus, sedibus, ac cellis, et angustis fenestris distinctus, factusque ad carceris formam. Livius de T. Manlii filio: 'Quem pater in opus servile, prope in carcerem, atque in ergastulum dederit.'

Columella l. I. 4. 'Solutis servis cellæ meridiem æquinoctialem spectantes fient: vinctis quam saluberrimum ergastulum, plurimis atque iis angustis illustratum fenestris, atque a terra sic editis, ne manu contingi possint.' Et c. 8. 'Illa solennia sunt, ut domini ergastuli, mancipia recognoscant, ut explorent, num diligenter vincta sint, an sedes ipsæ custodiæ satis tutæ munitæque sint.'

Non tamen omnes servi villarum in compedibus, aut in carcere illo, ut patet ex hoc Columellæ loco, et ex hoc Taciti loco forte. Etiam ex Plin. epist. III. 9. quandoque nulli servi vincti: 'Nec ipse,' inquit, 'usquam vinctos habeo, nec ibi quisquam.'

Sed ubi ergastula erant, in hæc detrudebantur servi *noxii*, v. c. contumaces ingenio, fugitivi, maligni et delicto crebro obnoxii; et hoc sola herili sententia. Sed *innoxii* etiam huc immissi, ut viles servi, captivi, barbari, et corpore tantum utiles.

Ingenui etiam quandoque, per vim ac fraudem. Sueton. Tib. 8. 'Curam sustinuit repurgandorum tota Italia ergastulorum, quorum domini in invidiam venerant, quasi exceptos supprimerent, non solum viatores, sed et quos sacramenti metus ad hujusmodi latebras compulisset.'

Unde colliges, non fuisse forte vanam prorsus criminationem Agrippinæ: quam vim enim, aut quam non seditionem concitare potuerunt octo, decem, aut etiam viginti millia servorum per villas, prædia, sylvas saltusque passim dispositorum? nam sæpe tot habuere proceres illi prædivites; ita ut provincias facile exterrere possent, præcipue deminuta plebe ingenua, et rara per agros longinquos.

Servi illi ergastularii perpetuo vincti, unde et *vincti* appellati sunt. Columella: 'Dominus villæ exploret, num villicus aut alligaverit quempiam, ipso nesciente, aut revinxerit.' Seneca de brevit. vitæ: 'Qui in ceromate spectator puerorum rixantium sedet, qui vinctorum suorum greges metatur, et colonorum paria deducit.'

Ubi frustra legit Lipsius *in colorum paria deducit*, quasi albos ab invicem

NOTÆ

nigrosque secernerent. Id est, supputat *colonorum paria*, binos numerat, per paria dividit, ne in singulis longior esset, vel his binis opus distribuit.

Quod dicit *de coloribus*, id verum, non certe de vinctis, sed de decentioribus et domesticis servulis. Seneca Epist. 96. 'Transeo exoletorum agmina per nationes coloresque descripta.' Nec solum per colores aut nationes, sed etiam per ætates discreti; ut patet ex Tac. infra.

Ergastularii illi vincti tantum pedibus, metu fugæ, non brachiis; alioquin opus facere non potuissent. Ovid.: 'Spes etiam dura solatur compede vinctum.' Et laxæ illæ compedes, seu catenæ, ut ingredi possent, et orbes catenæ e ferro, instar annulorum. Ii gemina compede vincti, et crus iis ligatum utrumque. Martialis: 'Has, cum gemina compede, dedicat catenas, Saturne, tibi, Zoilus annulos priores.' *Inscripti* etiam illi, id est, stigmatiæ, sive literis notisque in facie puncti, ut agnosci possent. Scribonius Largus c. 231. 'Quatenus acrium et exulceratorum medicamentorum habita est mentio, ponemus, quo stigmata tolluntur indignis.' Apuleius l. IX. 'Dii boni, quales illi homunculi, &c. frontes literati et capillum semirasi et pedes annulati.'

Talia inscribebant vultui; 'Cave a fure,' 'a fugitivo.' Petronius: 'Implevit Eumolpus frontem utriusque ingentibus literis, et notum fugitivorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit.'

Erant igitur *semirasi* omnes viliores servi, ut altera pars capitis capillata, altera nuda esset, per risum et contumeliam. Sed proprie pœna fuit eorum, qui *ad ergastula*, aut etiam ad publicum opus damnati erant. Tenuis illorum victus, aqua, panis, sal, forte et acetum.

Tota Italia frequentissima passim hæc ergastula. Livius l. VI. 'Olim multitudinem innumerabilem liberorum capitum in iis locis fuisse, quæ nunc vix, seminario exiguo militum relicto, servitia Rom. ab solitudine vindicant.'

Et Florus de Sicilia: 'Terra frugum ferax, et quodammodo suburbana provincia, latifundiis civium Latinorum tenebatur. Hic ad cultum agri frequentia ergastula catenatique cultores materiem bello præbuere.'

Unde patet, sæpe impendisse discrimen ab hujusmodi *servorum agminibus*, si quandoque e carceribus istis erumperent: unde sumta occasio Agrippinæ, veluti majestatis crimen intentandi adversus Domitiam hoc loco.

Sed posthac Adrianus imperator talia sævitiæ et inhumanitatis prodigia sustulit, teste Spartiano: 'Ergastula,' inquit, 'servorum et libertorum tulit.' Nempe *tulit*, pro *sustulit*.

Non par certe sævitia in agris circa Lutetiam Parisiorum, sed par jam cupiditas exercetur. Includunt nostri divites, et præcipue publici exactores, uno muro immensa villarum spatia, stagna, saltus, montes et ipsa flumina, (quid dicam?) ipsum cœlum, solum: Solemque sibi unis vectigalem faciunt, et ceteris mortalibus naturam universam suffurari gaudent. Et postquam sævitia oppressere provincias, et sudorem cruoremque exsuxere, jam et urbicolas, urbique vicinos gravius et propius premunt. Vivitur in agris, si velint illi; si nolint, pereundum est: ita ut solis eorum ministris ac satellitibus terra jam aperta sit, his solis cœlum pateat. Istis solis affluunt labunturque amnes

hæc mors indicta,[2] [d] multum adversante Narcisso, qui, Agrippinam magis magisque suspectans, promsisse inter proximos[e] ferebatur, 'certam sibi perniciem,[3] seu Britannicus rerum, seu Nero potiretur. Verum ita de se meritum Cæsarem, ut vitam[f] usui ejus impenderet. Convictam Mes-

est, *multum reluctante Narcisso, qui Agrippinam indies magis suspectam habens, disseruisse inter amicos tradebatur*, certum sibi exitium *esse*, seu Britannicus imperium, seu Nero obtineret. Verum ita se obstrictum beneficiis Claudii, *ita devinctum ipsi*, ut vitam ministeriis illiusque saluti ultro devoveret. Dam-

—2 Sic Editio princeps, Rhenanus, et recentiores. Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *indita*.—3 In hac oratione summa scriptos inter et editos libros concordia. Tantum in Ms. Flor. legitur, *ad novercæ* pro *ac novercæ*. Mendose, nisi exciderit *hæc*, ut notat Ryckius. *Regno* abest a Ms. Jes. additum margini Mss. Harl. et Bodl. Octavius Ferrarius pro *meritum* legebat *metum*, *ac* mutabat in *at*, et post *flagitio* interjiciebat *sileri*. Explosa interjectione, cetera probabat Ryckius, ut sensus sit, *Pares iterum accusandi causas esse, si Nero imperitaret*, id est, destinaretur successor, *Britannico successore, nullum Principi metum. At novercæ, &c.* Contra Ill. Huetius, sic distincta oratione, *Pares iterum accusandi causas esse; si Nero imperitaret, Britannico, &c.* explicat: *Si Neronem patiar imperium adipisci, rejecto Britannico, legitimo successore, male de Claudio meritus sim.* Cl. Ernesto displicet, *nullum Principi meritum*, et Latinitatem desiderat: hac in re, ut puto, austerior, cum frequentissimus sit optimis scriptoribus dativorum usus, et forte scripsit Tacitus, *nullum in Principem meritum; in* et *m* facile excidere potuere, deinde emendatum librariis *Principi*. Pro *viliora habere*, Grotius emendat *haberi*. Elegantissime. Non tamen peccat, *habere*. Brotier.

NOTÆ

fontesque; ita ut exemplo superbæ olim Romæ, jam plebs honesta omnino deminuta, ejecta et prorsus exterminata sit. Solitudines et paradisos instar potentissimorum regum sibi exstruxere, et quod fuit jus regium olim, sibi vel subitarii divites statim rapiunt. Et quæ prædia sufficerent legioni et exercitui alendo, jam uni homuncioni non sufficiunt. Certatim rapiunt trahuntque in se totam Numinis providentiam, et intra septa sua claudere universa connituntur. Sed tamen ordinante ipsa eadem providentia, et vicem reddente, ut solet, eos alius vicissim pellit agris suis, et exterminat gentem, et tum quæ aliis ipsi rapuerant, in alienas manus venisse, viventes videntesque mœrent; et quandoque tandem, velut spongiæ, dominantibus per vices premuntur, exsiccantur, suo exemplo.

[d] *Mors indicta*] Sed adversante Narcisso, non perpetrata; immo vixit Lepida, favente liberto, ut vidimus. Mors indicta Lepidæ, non illata.

[e] *Promsisse inter proximos*] Per *proximos* intellige, non consanguineos aut propinquos; nulli enim fere talibus servis consanguinei, nulla familia; et per hoc dominantibus grati aptique. Intellige amicos, domesticos, salutantes, clientes, &c.

[f] *Ut vitam*] Jam vitam suam impenderat Narcissus, et ultimo discrimini objecerat, cum detulit subvertitque Messallinam ac Silium. 'Pares,' ait, 'iterum accusandi causas esse,' Agrippinam nempe et Pal-

sallinam et Silium. Pares iterum accusandi [5] causas esse,

natam Messallinam et Silium. Ac pares rursus deferendi fœminam causas

NOTÆ

lantem, 'pares causas esse, si Nero imperitaret;' id est, si imperio propius admoveretur.

Nec certe defuisset Cæsar ipse, castigassetque impotentiam et flagitia uxoris, ut patet ex ea voce, quam temulentus, serio tamen, pronuntiavit, præmonitus haud dubie a liberto suo Narcisso, sed veneno ab illa præventus est.

At si Britannicus succederet, hactenus nihil de hoc principe se meruisse, attamen nunc bene merendi sibi dari occasionem, quia *novercæ insidiis* domus omnis convelleretur, majore flagitio quam Messallinæ olim; et ne nunc *impudicitiam* etiam *abesse*, *Pallante adultero*, ut et antea Silio, et Agrippinam *pudorem*, *corpus*, omnia *regno viliora habere*.

Quæ flagitia *novercæ*, quæ mala consilia, si deferret subverteretque rursus Narcissus, nunc de Britannico bene se meriturum. 'Hæc dictitans, amplecti Britannicum, &c.'

[5] *Pares iterum accusandi*] Ita hæc distinguenda sunt: etsi suspecta mendi. *Lipsius.*

Pares iterum] Pares iterum causas esse accusandi Agrippinam, si Nero imperaret, quia ut imperaret ille, Agrippina convellebat totam domum principis, et insidiabatur ipsi Cæsari, et quia in id impudica erat Pallante adultero, ut Messallina Silio, et sic *pares* iterum accusandi *causas* redilsse, *si Nero imperitaret*. Intellige, si consors, si collega imperii destinaretur, seu ascisceretur a Claudio.

Vel *pares iterum accusandi causas*, si Nero imperitaret, quia ob id perpetuo dominantibus insidiabatur Agrippina, et quia impudica iterum fœmina, Pallante adultero, quod impium in principem, quod exitiabile principi et principatui. Sed melior sensus: quia insidiaretur Agrippina Claudio et filio, ut nempe imperaret Nero.

Pares iterum accusandi causas esse, si Nero imperitaret] Qui et qua ratione accuset libertus etiam Agrippinam matrem, si Nero imperitet? Certe quia in id par impudicitia, par ambitio Agrippinæ ac Messallinæ.

Sed qui accuset matrem apud filium principem, apud Neronem, si imperaret? nam fere non habuit aliud crimen mater, quam datum imperium Neroni filio, et ob id impudicitia ipsa. Tac. 'nihil domi impudicum, nisi quantum dominationi expediret.'

Forte hic sensus sit: *pares iterum accusandi causas*, si quis auderet, si vindicare vellet Claudius. Supra: 'Fatale sibi ut conjugum flagitia ferret, dein puniret;' vel *pares iterum accusandi, causas esse;* matrem etiam apud filium, quia impudica, quia ambitiosa mulier, quæ filium ipsum imperitantem tolerare nequibat, quæ et de facto postea accusata est, velle amasio suo Plautio tradere imperium.

Infra l. XIII. 19. 'Destinavisse eam Rubellium Plautum per maternam originem pari ac Nero gradu a Divo Augusto ad res novas extollere, conjugioque ejus etiam imperio Rempub. rursus invadere.'

Et ibid. 21. ipsa Agrippina sic loquitur: 'Si Plautus aut quis alius Rempub. judicaturus obtinuerit, desunt scilicet mihi accusatores, qui non verba impatientia caritatis aliquando incauta, sed ea crimina objiciant, quibus nisi a filio mater absolvi non possum!'

(si Nero imperitaret. Britannico successore,[h] nullum Principi meritum,[i] ac) novercæ insidiis domum omnem convelli, majore flagitio, quam si impudicitiam prioris conjugis

offerri, si rerum potiretur Nero. Si Britannicus succederet patri, *certe* nullo merito sibi devinctum *hunc* principem, attamen novercæ dolo ac fraude universam domum *Cæsaris* labefactari, majori scelere quam si libidinem prioris

NOTÆ

[h] *Britannico successore*] Conjectat Narcissus, sibi pereundum esse, sive Nero, sive Britannicus imperet. Si Nero imperet, pereundum sibi odio Agrippinæ, et quia adversatus ejus nuptiis fuerit; si Britannicus succedit, *nullum principi*, id est, Britannico, *meritum;* (vocat eum *principem*, quia de eo jam ut successore cogitat:) quasi diceret, nullum suum esse in Britannicum principem meritum, quia matrem illius occidisset, nec forte esse posse, quia novercæ insidiis domus omnis convellitur, et *majore flagitio, quam si impudicitiam Messallinæ reticuisset.*

Itaque *certam sibi perniciem* ominatur, utervis imperet; hinc propter offensionem Agrippinæ et Neronis, illinc, quia nullum sibi meritum in Britannicum; neque etiam forte in ipsum principem Claudium esse potest, quia *novercæ insidiis* cuncta subvertuntur, &c.

Et τὸ *ac novercæ* est veluti ratio, quam reddit Narcissus, cur nullum suum meritum sit, aut forte esse possit in principem, etiam si per *principem* intelligas Claudium, sive Britannicum; idem enim est. Quod enim majus liberti meritum potuit esse in Claudium, aut in filium, quam si ipse vindicasset imperium proli ipsius, Britannico nempe, excluso ascititio Nerone, et exturbata noverca?

[i] *Nullum principi meritum*] Id est; nullum suum meritum esse in principem, Britannicum nempe, sive Claudium; nam idem est hoc loco. *Ac* tamen videre se, *novercæ* Agrippinæ *insidiis domum omnem* principis *convelli*, cujus saluti consulere vellet, pro virili parte. Tac. 'Ita de se meritum Cæsarem, ut vitam usui ejus impenderet.' Ita ut, etiam si occidi deberet, prolem ejus in solio paterno statuere vellet. Ipse sic ad Britannicum infra: 'Patris inimicos depelleret, matris etiam interfectores ulcisceretur.' Etiam si ipsum interficere deberet Britannicus, tamen velle illum potiri imperio, ejecto Nerone extraneo.

Nullum principi] Id est, nullum suum adhuc in Britannicum meritum fuisse, et si vis, nec in ipsum Claudium; hoc respectu, ut succederet Britannicus. Nam par ratio est in hoc casu de filio et patre.

Attamen, quamvis nondum bene meritus esset de Britannico, nunc certe offerri sibi occasionem amplissimam bene merendi. Nam, *novercæ insidiis domum omnem* principis *convelli*, *majore flagitio*, quam ante Messallinæ, et ne *impudicitiam quidem abesse;* data hac occasione, posse se juvare Britannicum et bene mereri, si novercam ejecisset domo, cum suo Nerone.

Et certe tum id moliebatur Narcissus, ut et Claudius ipse, qui redibat ad amorem Britannici, et illum sibi successorem exoptabat, abdicato Nerone, ut ascititio.

Nullum] Nondum se bene meritum esse de Britannico, *sed novercæ insidiis domum omnem convelli*, cui rei advertendum sibi esse, et *pares iterum*

reticuisset, quanquam ne impudicitiam quidem nunc abesse, Pallante adultero:[j] ne quis ambigat,[k] decus, pudorem,

uxoris siluisset, quamvis ne nunc quidem flagitia libidinum abessent, corruptore Pallante; et ne quis dubitet, *Agrippinam* honorem, pudicitiam, corpus,

NOTÆ

accusandi causas et ulciscendi offerri sibi; in quo certe non leve meritum suum foret erga principem. Quod consilium non nisi primoribus labris attingit, nec satis explicat Narcissus hic, arcanum illud sibi et Claudio reservans.

Nullum principi meritum] Dicit Narcissus, certam sibi perniciem esse, seu Britannicus, seu Nero imperaret; ante a se delatam Messallinam; *pares iterum accusandi causas esse*, si Nero imperitaret.

Deinde resumit sententiam: Si Nero imperitaret, si Britannicus succederet, nullum suum in principem, utervis imperaverit, meritum suum. Ita ut ea verba, *si Nero imperitaret*, referantur simul ad anteced. et consequentia; ut sæpe solet Tacitus.

Nullum principi meritum] Id est, nullum in principem meritum suum præcessisse; ac tamen se posse bene de Britannico mereri, si se forti animo opponeret malis artibus fœminæ, quibus totam domum principis convellebat, quibus et principi et principatui insidiabatur; si accusaret iterum impudicitiam uxoris, ut ante Messallinæ.

Hinc Narcissus amplectitur Britannicum, ipsi maturum robur, multamque felicitatem apprecatur, ipsi se totum vovet et addicit optatque, licet ipse perire deberet, ut inimicos patris ulciscatur, vel et etiam in iis interfectores matris.

Alii sic capiunt: Si Nero imperitaret, nullum suum meritum in principem, Claudium nempe; quandoquidem Agrippina totam domum convellebat principis, et præsertim Britannico insidiabatur; bono quidem sensu, sed non forte satis ad verba Taciti.

Alii intelligunt: Si succederet Britannicus, sic nullum meritum Claudii fore erga Narcissum; quippe et insidiis novercæ, totam domum principis convulsum iri, *majore flagitio, &c.*

Alii sic sumunt: Sive imperaturus esset Nero, sive succederet Britannicus, nullum meritum ipsius in principem; vanum et irritum quicquid egisset antea Narcissus, sicque nullam veniam aut gratiam ab utrovis successore sibi despondere posse; non a Britannico ob Messallinæ cædem, non a Nerone ob Agrippinæ sævitiam.

j *Pallante adultero*] Hic certe libertus comparari possit cum decantato illo Gyge, qui ope annuli aurei, quem homini mortuo abstulerat, stuprum intulit reginæ, regemque interemit: et certe talibus fortunæ aulicæ prodigiis, aureis annulis uti concessum a Cæsaribus, sæpe in perniciem Reipub. et in flagitium ac dedecus aulæ; sæpe et in exitium ipsorum dominantium, ut et hic, ipsius Claudii, qui huncce Pallantem exornaverat. De Gyge prisco sic Cicero 3. de Offic. 'Ille Gyges inducitur a Platone; qui cum terra decessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit, æneumque equum, ut ferunt fabulæ, animadvertit, cujus in lateribus fores essent; quibus apertis, hominis mortui videt corpus magnitudine inusitata, annulumque aureum in digito, quem ut detraxit, ipse induit. Erat autem regius pastor. Tum in consilium pastorum se recepit; ibi cum palam ejus annuli ad

corpus, cuncta Regno viliora habere.'[4] Hæc atque talia dictitans, amplecti Britannicum :[l] 'robur ætatis[m] quam maturrimum' precari : modo ad Deos, modo ad ipsum tendere manus, 'adolesceret, patris inimicos[n] depelleret; matris etiam interfectores ulcisceretur.'[o]

omnia dominationi posthabere. *Hæc et similia sæpe disserens, osculari Britannicum, rogare* ut quam celerrime robore atque ætate fimaretur : *interdum ad Deos, interdum ad ipsum manus extollere*, ut cresceret, hostes patris deturbaret ; *vel* matris etiam percussores vindicaret.

4 Grotius legit, *haberi ;* quod sequor. *Ryckius.*

NOTÆ

palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat : idem rursus videbatur, cum in lucem annulum inverterat. Itaque hac opportunitate annuli usus, reginæ stuprum intulit : eaque adjutrice regem dominum interemit ; sustulitque quos obstare arbitrabatur, nec in his quisquam eum facinoribus potuit videre.'

Ita et certe tales aulici liberti annulis aureis semel ornati, ad omnia scelera faciles, et, ut ita dicam, invisibiles, quia impune grassabantur ; ipsis et principibus metuendi, quibus pro nutu imperabant. Nam et ipsi reges creabant, aut pro libito spernebant, et e medio tollebant.

[k] *Ne quis ambigat*] Ne quis dubitet, Agrippinam, *decus, pudorem*, omnia præ regno vilia habere, *omnia serviliter* agere, corpusque servis ipsis prostituere, omnia *pro dominatione.*

[l] *Amplecti Britannicum*] Eadem hæc facit dicitque Claudius apud Suetonium, forte monitu et ex ingenio Narcissi. Et id certe longe magis approbarem in ore ipsius Claudii, quam Narcissi ; quo enim hic sensu potuit dicere, *matris etiam interfectores ulcisceretur ?* Sed de his iterum infra.

[m] *Robur ætatis*] Nec te moveat etiam hoc loco Suetonius, qui eadem hæc, quæ dicit Narcissus, tribuit Claudio. Conveniunt auctores in substantia rei, nempe hæc dicta esse ipsi Britannico ; sed in circumstantia personæ talia dicentis differunt.

Tacitus hæc tribuit Narcisso, Suetonius Claudio. Quid mirum in tam vagis rumoribus tamque ambigua fama, quæ de principibus adeo varia diversaque pervulgat ? quod et *gliscit in posteros.*

[n] *Patris inimicos*] Agrippinam, Neronem, et libertos interioris gratiæ, et præcipue Pallantem ; cujus opibus Agrippinæ superbia innitebatur, ut et ambitio dominandi.

[o] *Matris etiam interfectores ulcisceretur*] Ergo suam ipsius perniciem Narcissus optat. Is enim auctor, molitor, atque etiam exactor cædis Messallinæ, ut vidimus in fine lib. præced. Sed odio in Agrippinam adeo exarserat, ut dummodo Britannicus illam filiumque ulcisceretur, de salute sua non esset solicitus. *Pich.*

Matris etiam] In hac voce, *etiam*, reperio sensum aliqua summa vi prægnantem, et validiorem quam vulgo advertunt ; nempe, quasi Narcissus diceret Britannico ; *adolesceret, patris inimicos depelleret ;* etsi matris etiam interfectores ulcisci statim deberet.

Quasi sic diceret, Ulciscere *patris inimicos*, etiam si vel me simul cum

66. In tanta mole curarum,[p] Claudius[q] valetudine adversa

Tantis ingruentibus curis Claudius Narcissus *in morbum incidit, et Sinuessam*

NOTÆ

illis interficere deberes. Gloriæ tuæ, et patris decori, modo imperes, vitam juvabit impendere.

Matris etiam interfectores ulciscere-tur] Perinde exitium Narcisso, utervis imperaret, Nero aut Britannicus; attamen *ita de se meritum Cæsarem* dicit, *ut vitam* illam, quam necessario, et quicquid accidat, amissurus est, *usui ejus* ultro *impenderet*. Quomodo autem impendat vitam illam suam pro Claudio?

In promtu ratio est, nempe si deferat Agrippinam, et adulterum ejus Pallantem. Nam sic, deturbato Nerone, succedet Britannicus, qui Narcissum interficiet, utpote matris interfectorem: sed sic tamen illius vita impendetur pro Claudio Cæsare, quia pro salute illius et successione filii profundetur.

Sic igitur accipe, quasi diceret Narcissus, Perii, et vitam amittam, seu Britannicus seu Nero imperaret: verum ita de me meritus est Cæsar, ut vitam illam meam usui ejus impendere velim ultro.

Jam convici Messallinam et Silium, et tum etiam vitæ discrimen adii; en pares iterum causæ accusandi Agrippinam et Pallantem; et iterum instat vitæ meæ discrimen, quod libenter tamen etiam nunc adibo.

Succedat Britannicus, matris etiam interfectores ulciscatur, et me etiam interficiat; nihil refert, dummodo vitam impendam pro Cæsare, cui totum me debeo; per eam dummodo subvertatur Agrippina, Pallas, Nero, et ceteri inimici Cæsaris depellantur.

Matris etiam interfectores] Ne hoc mireris, audi ipsam Agrippinam, quæ patrem Britannici occiderat, eadem et pari sensu expromentem, cum de retinendo principatu et de gratia filii desperasset.

Infra l. XIII. 14. 'Præceps post hæc Agrippina ruere ad terrorem et minas, neque principis auribus abstinere, quo minus testaretur, 'adultum jam esse Britannicum, veram dignamque stirpem suscipiendo patris imperio, quod insitus (Nero) et adoptitius, per injurias matris exerceret,' &c. 'Id solum Diis et sibi provisum, quod viveret privignus. Ituram cum illo in castra.'

Et infra c. 17. ubi de nece Britannici: 'Ea consternatio mentis, &c. emicuit' ut ignaram fuisse constiterit, 'quippe sibi supremum auxilium ereptum, &c. intelligebat:' quicquid contingeret, eum vivere et vindicari cupiebat.

[p] *In tanta mole curarum*] In tanta mole curarum non Claudius, sed potius Claudii vindex et acerrimus defensor Narcissus, *valetudine adversa corripitur*. Et Sinuessam pergit.

Tum Agrippina sceleris olim certa, et inspectore liberata, sicque *oblatæ occasionis*, qua occideret parum providentem Claudium, *propera* facinus maturat.

Et posset dici de fœmina hac, quod supra habet Tac. c. 46. de Pollione præfecto: 'Digressu centurionis, velut custode exsolutus præfectus,' crimen perfidiæ molitus est. Ita et Agrippina, Narcisso domini custode vigilantissimo exsoluta, statim facinus ausa est.

In tanta mole curarum, Claudius] Cetera quadrant, etiam si abesset ea vox, *Claudius*, ideoque mihi valde

NOTÆ

suspecta est eo loci; et puto, eam vel mutandam esse, vel prorsus tollendam. Nam in tota ea narratione Taciti, de solo Narcisso agitur, qui variis curis anxius jam prævidebat 'Certam sibi perniciem, seu Britannicus rerum seu Nero potiretur;' et cetera quæ sequuntur.

Ideoque 'in tanta mole curarum' non *Claudius*, qui nullas partes habet in ea narratione Taciti, sed *Narcissus* ipse idem 'in tanta mole curarum, adversa valetudine corripitur, refovendisque viribus mollitie cœli, &c. Sinuessam pergit:' ubi et mori mox cogitur ab Agrippina: non *Claudius*, qui nullo modo æger ex aliis auctoribus, et qui, ut patet ex ipsa historia hac Taciti, non urbe exit, sed Romæ moritur in palatio.

Neque etiam æger fuit ullatenus ipse Claudius, ex ipsa hac narratione Taciti: nam c. 67. 'infusum delectabili cibo boletorum venenum; nec vim medicaminis statim intellectam, socordiane Claudii, an vinolentia.'

Unde clare patet, non infusum venenum Claudio ægro, et quia æger esset, sed in convivio et inter epulas; et Agrippinam etiam non arripuisse occasionem veneni propinandi ipsi, quia æger esset, sed quia tum abesset Narcissus, vigilantissimus custos principis.

Patet etiam apud Tacitum, tunc e convivio raptum esse Claudium, distentum epulis, et vino somnoque sopitum, in cubile; et sic bene valuisse, seque ingurgitasse vino, et largius invitasse pro solito more: in quo convenit Tacitus cum Dione et Suetonio. Sicque nulla adversa valetudine correptus Claudius, quin immo epulatus est, ut solebat.

Adverte etiam, quam hæc parum conveniant Claudio. Nam quæ moles curarum exagitaret Claudium hoc loco? an *certam sibi perniciem* ominabatur, *seu Britannicus rerum seu Nero potiretur?* an de Agrippinæ et Pallantis adulterio anxius? hisce obnoxius et assuetus pridem: nec talia hæc erant, quibus ipse usque in morbum afflictaretur.

Scio certe hæc, quæ ibi Tacito narrantur valde confusa, et fere tribui posse, perinde Claudio: et certe eandem habuit curam, quam libertus sibi fidelissimus et ab epistolis, et eadem arcana: et certe hos eosdem questus et metus aperte Suetonius Claudio tribuit, qui ipse jam cupiditatem Agrippinæ et errorem nuptiarum et adoptionis cognoscebat.

Sed tamen, ut Taciti narratio est, omnia hæc in Narcissum unum cadunt: hic unus anxius curis ibi describitur, unde et ipsius unius adversa valetudo et abscessus Sinuessam colligitur.

Et ut narrat Tacitus, nullas partes habet hic Claudius, nisi cum veneno occiditur, nulla voce prolata. Nam statim *pinna veneno illita*, priori veneno superadditur, ne effutire quid possit.

Narcissum solum ægrum curis, et morbo correptum, abiisse Sinuessam clarissime patet ex Dione l. LXI. 'Venenum immedicabile præparatum boleto infudit Agrippina, &c. Quod ut facere posset, Narcissum in Campaniam, quasi adversus podagram aquis ejus regionis usurum amandaverat, attentissimum domini sui custodem, et quo præsente, nunquam id facinus perpetrare potuisset.' Ipsius etiam Narcissi cædes, Claudii *necem subsecuta est*.

Et certe, an commodius necasset Agrippina Claudium in morbo? num potius exitum morbi fatique expectasset ipsa? an commodius apud Si-

NOTÆ

nuessam venenum coxisset? immo importunius ob infrequentiam aulæ, nec tam bene latuissent artes, ut in aula ac palatio Romæ. Præterea tribus lineis repetit Tacitus eandem vocem, *Claudius;* quod non solet, et inepta sic oratio et narratio foret.

9 *Claudius*] Libenter reponerem, *Narcissus*, qui in ægritudinem incidit, et Sinuessam pergit; quam absentiæ ipsius occasionem arripit Agrippina, olim certa sceleris. Quod vix ausa esset præsente Narcisso, qui principem ut animam suam fovebat, et qui haud dubie emissarios in aula habuit, ut qui in gratia flagranti esset.

Nec certe datum est venenum Claudio ægrotanti, sed in ipsis epulis et in boleto, qui cibus vix daretur cuicumque ægro, nedum principi: et certe vocabatur Narcissus, *Claudius*, more libertorum, qui nomina patronorum induebant. Sic et Felix frater Pallantis, ex nomine Antoniæ minoris patronæ ipsius, *Antonius;* sic et Pallas, *Claudius* ex vocabulo principis appellatus.

Claudio affusum esse venenum in epulis ordinariis, patet ex his Taciti: 'Minister Halotus inferre epulas et explorare gustu solitus,' qui corruptus ab Agrippina, haud dubie infudit virus, postquam explorasset epulas; vel tunc boletum illum ingentem nequaquam exploravit, ne quid ex deliciis Cæsaris delibaret, qui boletus præ aliis forma et magnitudine eminebat, teste Dione; sed immedicatos alios, de quibus Agrippina et alii comederunt, haud advertente Claudio, socordia, vel cibi delectabilis dulcedine avidior.

Patet etiam ex his Tac. 'Nec vim medicaminis statim intellectam, socordiane Claudii, an vinolentia,' &c. At certe si æger fuisset Claudius, non adeo vino incaluisset, immo vino omnino abstinere debuit. Igitur certo certius est, neque tunc ægrotasse Claudium, neque Sinuessam ivisse, sed solum Narcissum; quo amoto, statim venenum paravit et miscuit Agrippina, quo principem tolleret.

Et certe postea altum de Narcisso silentium Tacito, nec amplius ille in scenam aulicam prodit, nisi cum mori adigitur apud Sinuessam, quo abscesserat, ab Agrippina. Et certe nisi abfuisset, si præsens in aula adesset, num se immiscuisset valetudini Claudii? num ipsos medicos acriter explorasset, et ipsammet Agrippinam? Haud dubie continuo assedisset libertus ægrotanti principi.

Ut res clare pateat, audiendus Dio: 'Claudius Agrippinæ actionibus, quas quidem comperisset, jam infensus, filiumque suum requirens Britannicum, quem ipsa consulto plerumque aspectui subducebat, cum Neroni, filio suo ex priori marito Domitio, omni modo imperium pararet, nec ferens modo quæ fiebant, Claudius, consilia Agrippinæ deprimendæ, filiumque suum successorem imperii reliquendi, rationes agitabat. Quod ea sentiens, metuque perculsa, veneno consilia ejus prævenire statuit. Et quoniam vinum largius semper biberet, ac cetera victus ratio, qua ad sui custodiam imperatores utuntur, ne læderetur, obstabat, Locustam famosam veneficiis mulierem ad se vocavit, venenumque ejus opera immedicabile præparatum boleto infudit: proinde ipsa de reliquis comedens, medicatum Claudio maximum videlicet et pulcherrimum manducandum exhibuit. Hoc pacto circumventus insidiis ille, e convivio, quasi temulentia oppressus, elatus est, quod erat ipsi frequens: noctu autem amissa loquendi audiendique omni facultate, diem clausit tertio Idus Octob., cum

NOTÆ

vixisset annos tres et sexaginta; imperasset tredecim, mensesque præterea octo, dies viginti. Ut efficere hoc posset Agrippina, Narcissum in Campaniam, quasi adversus podagram aquis ejus regionis usurum, amandarat, attentissimum domini sui custodem, et quo præsente, nunquam id facinus perpetrare potuisset. Et interitum Claudii mors ipsius Narcissi subsecuta est.'

Hinc colliges, nullatenus abfuisse Claudium, sed tantum Narcissum, et nullo modo ægrotasse principem, cum ipsi boletus inter epulas præparatus est. Nam temulentus e convivio elatus est, cum pro more suo epulatus esset, seque vino, ut solebat, ingurgitasset: quod ipsi saluti erat, nisi veneno pejor medicus, novum virus pinna gutturi ingessisset.

Neque etiam Suetonius eum ægrotasse ullibi, aut Sinuessam ivisse dixit. Claud. 44. Datum venenum,' quidam tradunt epulanti in arce, cum sacerdotibus, per Halotum spadonem prægustatorem: alii domestico convivio, per ipsam Agrippinam, quæ boletum medicatum, avidissimo ciborum talium, obtulerat.'

Sic nullus auctor dixit unquam, aut abfuisse Roma Claudium, aut ægrotasse; immo inter epulas, et delectabili cibo vinoque distentus, venenum hausit.

Neque etiam Tacitus aliter haud dubie scripserat hoc loco; et ipse ex aliis auctoribus, et ex rei ipsius veritate hic corrigendus atque intelligendus est.

Claudius] Forte exscriptor inscius, cum non satis adverteret, id auctoritatis in aula fuisse Narcissum libertum, ut ejus ægritudinis et absentiæ occasione uti cogeretur Agrippina, ad properandum perpetrandumque scelus quod moliebatur, hoc loco intrusit suo marte vocem *Claudius*, quasi magna ea occasione, qua princeps ipse ægrotaret, abessetque urbe, et in secretum secederet, egeret fœmina ad audendum tandem veneficium. Sed ea macula, cujuscumque sit, ex Taciti codicibus eluenda tandem aliquando fuit.

Claudius] Puto, scripserat Tacit. *Claudius Narcissus*, vel sic *Cl. Narcissus*, quod idem est; sed cum exscriptores, vel magistri, non satis caperent, *Narcissum* vocari etiam *Claudium*, nomine patroni sui, nempe *Claudii* principis, τὸ *Narcissus* deleverunt, sicque una abolita voce totam historiam perturbarunt.

Si forte edidit Tac. *Claudius*, quod non puto, forte sic, quia nunquam cogitasset talia, quæ hic narrantur, capi posse de Claudio principe, cum cetera omnia, quæ sequuntur, repugnent.

Forte scripserat, *Claudii libertus*, qui certe Claudii vindex ac defensor maximus, qui si adfuisset in aula, minus ausa esset Agrippina. Forte *Claudii vindex;* et certe verus sensus Taciti est; quærant alii verba.

Claudius in tanta mole] Ut Taciti narratio est, non Romæ, sed vel Sinuessæ, vel in itinere, quo Sinuessam pergebat, occisus Claudius prima fronte videatur: sed attendenti quæ de Agrippina narrantur ibidem, mortuum Claudium in palatio et urbe non erit dubium. Hæc *Casaubonus* in notis ad Suetonium.

Claudius] Scripserat Tac. forte *Claudii libertus*, vel *Claudius Narcissus*. Sic infra lib. XIII. 'Narcissus Claudii libertus.' Nam liberti patronorum nomen induebant: nec certe ipse Claudius *valetudine adversa corripitur*. Nam sic potius expectare debuit mortem ejus Agrippina, quæ potuit fato contingere, sine veneno, et nullo ip-

corripitur, refovendisque viribus mollitie cœli et salubritate aquarum, Sinuessam pergit.[r] Tum Agrippina, sceleris[1]

se confert, ut instauraret vires cœli clementia, et aquarum salubritate. Tum Agrip-

1 Ms. Jes. *scelerum.* Brotier.

NOTÆ

sius crimine.

Præterea, anne morbus principis occasio fuit magis opportuna veneno dando? immo tum acrius invigilare liberti et ministri debuerunt saluti principis, cum ægresceret. Nec certe Narcissus ægrotantem principem suum desereret; immo tum acrius invigilassset.

Potius facinus occupat *occasionis oblatæ propera* Agrippina, quia æger Narcissus, et quia is aberat urbe et aula, qui acrius principem custodiebat, et insidias mulieris maxime suspectabat.

Præterea ex his verbis Tac. *quod turbaret mentem et mortem differret;* patet, non ægrotasse Claudium. Qui enim speraret Agrippina, mortem se differre potione illa posse hominis ægrotantis, et forte morbo letifero detenti?

Adverte etiam, in tota illa scena criminis, nullam fieri mentionem morbi Claudii: immo clare patet, ipsum solitas epulas celebrasse, quibus *cibum* illum *delectabilem* boletorum edit, *post quem nihil amplius edit.*

Et ad quid *soluta alvus subvenisset*, si aliunde morbo laboraret Claudius? Et quare *exterrita Agrippina*, cum in in morbum præcedentem causa talis symptomatis refundi posset?

Valetudine adversa] Repete quæ supra habentur cap. 64.; ubi post multa prodigia narrata, quæ, *mutationem rerum in deterius* portenderent, addit: 'Sed in præcipuo pavore Agrippina, vocem Claudii quam temulentus jecerat, fatale sibi, ut conjugum flagitia ferret, dein puniret, metuens, agere et celerare statuit, perdita prius Domitia,' &c.

Et cap. 65.' Ob hæc mors indicta,' (Domitiæ,)' multum adversante Narcisso, qui Agrippinam magis magisque suspectans,' &c.

Hinc colliges, Agrippinam properasse scelus, ob *vocem* illam *Claudii*: colliges adversatum fuisse impotentiæ et facinoribus illius Narcissum, et acriter invigilasse, tum suæ, tum saluti principis, ne quid moliretur fœmina, atrox semper et falsa, et jam suspecta magis magisque.

Et ex his facile colliges, properasse ipsam scelus, et cepisse occasionem peragendi veneficii, non quia ægrotasset Claudius, qui facilis insidiis, sed quia metus ex Claudio, et quia Narcissus pedibus æger delatus Sinuessam, aula tum abesset; quo præsente et vigilante, talia vix moliri potuisset Agrippina.

Etiam resistit, quod infra habes: 'Exquisitum aliquid placebat, quod turbaret mentem, et mortem differret.' At cur ægrotantis et adversa valetudine ultro correpti mortem differret? quod ipso fato accersi et festinari, quod soli fato tribui potuit.

[r] *Sinuessam pergit*] Si Claudius adversa valetudine corripitur, cur Agrippina delegisset venenum lentum et tabidum? potius mortem approperasset, aut expectasset ex morbo.

Potius est, ut Narcissus in morbum inciderit et Sinuessam iverit; qua oc-

olim certa, et oblatæ occasionis propera,[2] nec ministrorum egens, de genere veneni consultavit: ' ne repentino et præcipiti facinus proderetur: si lentum et tabidum[s] delegisset, ne admotus supremis Claudius, et dolo intellecto, ad amorem filii rediret:[t] exquisitum aliquid'[3] placebat,[u] ' quod tur-

pina, quæ pridem facinus struebat animo, et datam occasionem arripiens, nec satellitum inops, de specie veneni deliberavit; ne violento et rapido dato, scelus patefieret; ne, si lentum et tabificum adhibuisset, proximus morti Claudius, et cognito scelere, ad cupidinem filii remearet: *placebat* virus sic temperatum,

2 Ms. Agr. et Ryckii Codex, *Præpropera.*—3 Ryckii Cod. *aliquod.*

NOTÆ

casione utitur Agrippina, quod optimo et fidelissimo ministro tum destitutus esset Claudius; et mox Narcissum ipsum apud Sinuessam occidit ipsa, teste Dione.

Sinuessam] Sinuessam pergit, nec redit, et tamen Romæ moritur. Dio dicit, solum Narcissum amandatum esse Sinuessam, artibus Agrippinæ, hoc prætextu, quia podagra laborabat, dum interim venenum per occasionem illius absentiæ decoqueret. Hinc Tacitus dicit, *oblatæ occasionis propera;* nam unus Narcissus vehementer Agrippinam suspectabat.

Pergit Sinuessam Claudius, unde non redit, et tamen Romæ statim moritur. Certe urbe non exiit Claudius, sed tantum Narcissus; nam tota illa scena Romæ peracta fuit, quippe ' vocabatur interim Senatus.' Vota ' consules et sacerdotes suscipiebant.' Et infra: 'inditur lecticæ, &c. illatusque castris Nero;' at castra prætoriana Romæ tantum. Certe clarissime constat abfuisse Narcissum, vel quia æger, vel quia artibus fœminæ illigatus et inductus erat, vel utraque causa; et mansisse Claudium Romæ, ibique mortem obiisse.

Sinuessam] Plin. III. 5. ' Oppidum Sinuessa, extremum in adjecto Latio, quam quidam Sinopen dixere vocitatam. Hinc felix illa Campania est. Ab hoc sinu incipiunt vitiferi colles, et temulentia nobilis succo per omnes terras inclyto (atque ut veteres dixere) summum Liberi patris cum Cerere certamen.'

Sinuessa] Urbs Campanorum populorum, ad oram maris Tyrrheni. Hodie *Santa Maria Dragone*, vel *Rocca di Mondragone*, villa Terræ Laboris, inter fluvios *Garigliano* et *Livignano*, urbemque *Carinola*, in regno Neapolitano. *Tillemonius.*

[s] *Si lentum et tabidum*] Nec id novum genus veneni; quo et olim usi Punica fide Carthaginenses in captum Regulum. Gell. VI. 4. ' Regulus addidit, venenum sibi Carthaginenses dedisse, non præsentaneum, sed ejusmodi, quod mortem in dies proferret: et consilio, ut viveret quidem tantisper, quoad fieret permutatio, post autem, grassante semper veneno, cor tabesceret.'

Et Tac. infra, XII. 15. de Britannico: ' Primum venenum ab ipsis educatoribus accepit, transmisitque exsoluta alvo, parum validum; sive temperamentum inerat, ne statim sæviret.'

[t] *Ad amorem filii rediret*] Potuit

baret mentem, et mortem differret.' Deligitur artifex talium, vocabulo *Locusta*,[o] nuper veneficii damnata, et diu inter instrumenta regni[v] habita. Ejus mulieris ingenio paratum virus,

ut mente emoveret hominem, et exitum prolataret. *Ministra talium* facinorum *assumitur* mulier, *nomine* Locusta, *recens convicta veneficii, et diu inter instrumenta dominationis asservata. Et istius fœminæ arte excoctum venenum, cujus*

NOTÆ

Cæsar, si advertisset, revocare quæ testamento scripserat, et præcipue adoptionem Neronis. Potuit statim auferre illi proconsulatum illum perpetuum ratione temporis et locorum.

Nam talem proconsulatum habuit in omnibus provinciis locisque *extra urbem* et in perpetuum, quod nulli hactenus concessum erat; eumque sic propius admoverat Claudius fastigio principali, quam proprium filium.

Sic ille proconsulatus major aliquatenus videbatur, quam tribunicia illa potestas concessa olim Agrippæ, et mox Tiberio, qua spei successionis admovebantur. Illa potestas tribunicia ipsis in quinquennium tantum concedebatur.

[n] *Exquisitum aliquid placebat*] Itaque datum illi venenum, quod turbaret mentem, et mortem differret; sed ita temperatum erat, ut vim veneni non statim senserit Claudius, simul et alvi fluxus vim medicaminis elusisse videbatur.

Attamen in tanto facinore exterrita metu Agrippina, ne animadverteret princeps, ne ulciscereturur, immaniora audet, spreta fama præsentium, et rapidius venenum affundit homini socordi, et destituto a melioribus libertis, et præcipue Narcisso suo.

[o] *Locusta*] Eadem venefica usus Nero, ad occidendum Britannicum, et ad perimendam matrem ipsam Agrippinam; sed 'cum veneno ter tentasset illam, sentiretque antidotis præmunitam,' aliam iniit viam.

Et teste Sueton. Ner. 33. 'Locustæ pro navata opera impunitatem, prædiaque ampla, sed et discipulos dedit.'

Advecta hæc ex Alpibus Romam, et talia monstra in montibus non raro visa: at postea punita est hæc Locusta sub Galba, cum similibus portentis Neronis.

Voluit et ipse Nero destitutus uti veneno ejusdem Locustæ. Suet. Ner. 47. 'Sumto a Locusta veneno, et in auream pyxidem condito, transiit in hortos Servilianos,' &c. Sed custodes diffugerant, 'direptis etiam stragulis et amota pyxide veneni;' puto, quia pyxis auro et gemmis ornata, neque enim mori sine pompa Cæsarem decebat.

[v] *Diu inter instrumenta regni*] Locusta illa etiam postea coxit venenum, quo necaretur Britannicus, occiditque et patrem et filium, occisura et ipsam Agrippinam, ni antidotis præcavisset, et ipsum etiam Neronem, nisi pyxis aurea amota esset in fine principatus.

Inter instrumenta regni] Sic fere Reges talem supellectilem in penatibus promtam habuere. Livius lib. xxx. ubi de Rege Masinissa: 'Ibi arbitris remotis, cum crebro suspiritu et gemitu, quod facile ab circumstantibus tabernaculum exaudiri posset, aliquantum temporis consumsisset; ingenti ad postremum edito gemitu, fidum e servis vocat, sub cujus custodia, regio more, ad incerta fortunæ venenum erat, et mistum in poculo ferre ad Sophonisbam jubet.'

Sic Annibal, sic Domitius, sic De-

cujus minister e spadonibus fuit Halotus,[w] inferre epulas, et explorare[x] gustu solitus.

67. Adeoque cuncta mox pernotuere, ut temporum illorum scriptores prodiderint, ' infusum delectabili cibo boletorum[y] venenum, nec vim medicaminis statim intellectam,[z]

minister ex eunuchis fuit Halotus, qui Cæsari apponere fercula, et prælibare gustu consueverat.

Adeoque omnia ista *posthac evulgata sunt, ut auctores hujus ævi tradiderint,* aspersum virus *fuisse* delicatissimo ferculo boletorum, nec vim veneni statim

NOTÆ

mosthenes in annulo, sic et Seneca ipse, et alii multi; et medicos ideo habuere, ut non modo vivere, sed et mori etiam possent, cum vivere non liceret.

[w] *Halotus*] De quo Suet. 15. ' Quinetiam populo Rom. deposcente supplicium Haloti et Tigellini, solos ex omnibus Neronis emissariis vel maleficentissimos, incolumes præstitit: atque insuper Halotum procuratione amplissima ornavit:' supple, Galba.

[x] *Inferre epulas, et explorare*] Sic l. XIII. ' Quia cibos potusque ejus dilectus ex ministris explorabat.' Cui id munus, is passim in lapidibus dicitur, PRÆGVSTATOR: in quodam etiam, A. POTIONE. Mos qui libera Rep. ignotus Romanis: quem tamen cœpisse conjicio ab Augusto, non vano argumento lapidis qui Romæ:

GENIO.
COELI. HERODIAN.
PRÆGVSTATOR.
DIVI. AVGVSTI.
IDEM. POSTEA. VILLICVS. IN.
HORTIS. SALLVSTIANIS.
DECESSIT. NONIS. AVGVSTIS.
M. COCCEIO. NERVA.
C. VIBIO. RVFINO. COSS.

Tenuitque Tiberius, de quo lego: TI. CLAVDIVS. FLAMMA. CLAVSVS. TI. AVG. PRÆGVSTATOR; et deinceps alii. Traductum morem opinor a Persis maxime, de quis Xenophon. l. I. Παιδ. ' Qui explorant potionem Regum, postquam iis dedere phialam, haurientes ex ipsa cum cyatho, in sinistram manum transferentes, sorbent liquorem. Et sic, si venenum affunderetur, non ipsis expediret.' Ubi et ritum habes prægustandi. *Lipsius.*

Explorare gustu solitus] Plinius l. XXI. 3. ' Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente.' Ratio in Dione l. LV. De principibus Hieronym. Epist. 2. ' Vestes ori applicitas, et oblatos ac prægustatos cibos.' Idem de Virgin. veland. ' A quo etiam cibi, cum facti fuerint, prægustantur.' Idem de vitæ susp. contub. ' aliena oscula, prægustatos cibos.' *Aurelius.*

Explorare gustu] De quo ministerio sic Athen. 4. ' Scribit Artemidorus ἐλεατροὺς quoque vocatos fuisse προγευστὰς, id est, prægustatores; sic dictos, quod ut a veneno Reges securi tutique sint, de illorum cibis nonnihil prius mandunt, et gustant. Nunc autem ἐλεατρὸς is dicitur, qui toti ministerio præest, quod certe munus honorificum ac illustre fuit. Itaque Chares l. III. hist. scribit Ptolemæum cognomine Servatorem, Eleatron ab Alexandro designatum renuntiatumque fuisse. Fortassis vero, quem nunc Romani prægustatorem vocant, Alexandri sæculo Græci προτενθὴν nominarunt, ut Aristophanes in Nubibus.'

[y] *Cibo boletorum*] Juven. Sat. 6. ' minus ergo nocens erit Agrippinæ Boletus, siquidem unius præcordia

socordiane Claudii[1] an vinolentia:' simul soluta[a] alvus[2] subvenisse videbatur. Igitur exterrita Agrippina, et, quando ultima timebantur,[b] spreta præsentium invidia,[c] provi-

cognitam vel stupore Claudii, vel temulentia: *simul emotus venter succurrisse videbatur. Itaque consternata Agrippina, et cum exitium suppliciumque metueret, contemta offensione præsentium, in* sceleris *conscientiam* partemque *vocat Xe-*

1 Ita Puteolanus et recentiores. In Ms. Flor. *Socordiane, an Claudii vi, an vinolentia.* Ms. Agr. et Ryckii Cod. *secordia mentis a Claudio bili an vinolentia.* Mendose in editione principe, *socordiam necis ad Claudii hi an vinolentia.* Unde forte vera est codicis Florentini scriptura. *Brotier.*—2 Mss. Bodl. Jes. et Guelf. *solutam alvum.*

NOTÆ

pressit Ille sinis, tremulumque caput descendere jussit In cœlum,' &c.

Plin. l. XXII. c. 22. 'Inter ea, quæ temere manduntur, boletos merito posuerim; optimi quidem hos cibi, sed immenso exemplo in crimen adductos, veneno Tiberio Claudio principi per hanc occasionem a conjuge Agrippina dato. Quo facto illa terris venenum alterum, sibique ante omnes, Neronem suum dedit.'

Boletorum] Non tantum, quia amaret talem cibum, sed quia ultro suspecti *boleti*, quasi venenum habeant; sicque id non sine prava Agrippinæ prudentia factum.

[2] *Nec vim medicaminis statim intellectam*] Neque ipse Claudius statim cognovit vim pharmaci, vel stupore ingenito, vel ebrietate, neque consequenter qui venenum exhibuerant.

Hinc anxia, ut cum maxime, Agrippina, ad novas artes confugit, et mox rapidissimum venenum infundit, *spreta præsentium invidia;* quia nempe, *ultima timebantur*, si se collegisset Claudius, et intellexisset crimen.

[a] *Soluta alvus*] Hoc irridet Seneca in Ludo: 'Ultima vox ejus hæc inter homines audita est, cum majorem sonitum emisisset illa parte, qua facilius loquebatur: Væ me, puto, concacavi me! Quid autem fecerit, nescio: omnia certe concacavit: nec post boletum opipare medicamentis conditum, plus cibi sumsit.'

[b] *Quando ultima timebantur*] Nempe supplicium metuebat Agrippina, metuebat exitium sibi et filio Neroni. Certe metuere debuit pœnam adulteriorum, cædium, ceterorumque facinorum; et neque deerant accusatores, qui statim eam invaderent, si resipisceret Claudius.

Suet. Claud. 44. 'Præventus est ab Agrippina, quam præter hæc, conscientia quoque, nec minus delatores, multorum criminum arguebant.' Et apud Tac. XIII. 'Desunt scilicet mihi accusatores, qui, &c. ea crimina objiciant, quibus, nisi a filio mater, absolvi non possim!'

[c] *Spreta præsentium invidia*] Sic infra spernit Nero XIII. 15: 'Sed Nero lenti sceleris impatiens, minitari tribuno, jubere supplicium veneficæ, quod, dum rumorem respiciunt, dum parant defensiones, securitatem morarentur.'

Sic et Suet. Ner. 33. de Britannico: 'Metu, ne quandoque apud hominum gratiam paterna memoria prævaleret, veneno aggressus est. Quod acceptum a quadam Locusta, venenariorum indice, cum opinione tardius cederet, ventre modo Britannici moto, accersitam mulierem seu manu verberavit, arguens, pro vene-

sam jam sibi Xenophontis medici[d] conscientiam adhibet. Ille, tanquam nisus evomentis adjuvaret, pinnam, rapido veneno illitam, faucibus ejus[e] demisisse creditur; haud ignarus, summa scelera incipi cum periculo, peragi cum præmio.

68. Vocabatur[1] interim Senatus, votaque [f] pro incolumitate[f] Principis' Consules[g] et Sacerdotes nuncupabant, cum jam exanimis vestibus et fomentis obtegeretur, dum res firmando Neronis Imperio[2] componuntur. Jam primum

nophontem medicum, quem sibi jam antea ad tale facinus *præparaverat. Ille velut vomentis labores adjuvaret, pennam præcipiti veneno delibutam, in guttur illius immisisse putatur; haud inscius, magna facinora cum discrimine inchoari, cum mercede perpetrari.*

Interea vocabantur patres, et vota suscipiebant pro salute principis *consules et sacerdotes, cum jam exsanguis* ille *vestimentis fomentisque operiretur; dum cuncta stabiliendo Neronis principatui præparantur. Jamque tum* incepit *Agrippina,*

1 Male editio princeps, *vexabatur.* Brotier.—2 Ita Puteolanus et recen-

NOTÆ

no remedium dedisse. Excusantique minus datum ad occultandam facinoris invidiam: Sane, inquit, legem Juliam timeo,' &c.

Sic metuebat *præsentium invidiam* venefica Locusta; non autem Agrippina, sceleris olim certa, et periculi præsentis metuens magis, quam invidiæ, aut infamiæ, si resipisceret et adverteret Claudius. Parum anxia Agrippina de odio aut *invidia præsentium*, modo se in futurum securam imperii, sicque et legum et supplicii præstaret.

Præsentium, id est, temporis præsentis: facile spreta invidia, modo in futurum tempus sibi dominationem asserere, et adversus præsens imminensque periculum se firmare posset.

[d] *Xenophontis medici*] De præmio, aut supplicio istius Xenophontis nihil reperio, qui forte senex cum scelus admisit, et interierat forte ante principem Galbam, et priusquam in eum animadverti legibus posset, aut in Græciam et insulam suam se abdiderat.

[e] *Veneno illitam, faucibus ejus*] Sic et usus Nero erga Burrhum, infra l. XIII. 51. 'Plures, jussu Neronis, quasi remedium adhiberetur, illitum palatum ejus noxio medicamine, asseverabant,' &c. 'Burrhum intellecto scelere,' &c.

Veneno] Claudius Imperator obiit 3. Idus Octobris, cum vixisset annos tres et sexaginta; imperasset tredecim, menses octo, dies viginti: anno Romæ conditæ 807. et a Christo nato 54. Vide notas c. 58. *Tillemonius.*

[f] *Votaque pro incolumitate*] Sueton. Claud. 45. 'Mors ejus celata est, donec circa successorem omnia ordinarentur. Itaque et quasi pro ægro adhuc vota suscepta sunt, et inducti per simulationem comœdi, qui velut desiderantem oblectarent:' *Inducti Comœdi*, quasi desideraret eos Claudius, ut sic melius simularet Agrippina, scenamque adornaret suo modo, et

Agrippina,[h] velut dolore victa, et solatia conquirens, tenere amplexu Britannicum, 'veram paterni oris effigiem' appellare, ac variis artibus demorari, ne cubiculo egrederetur.[i] Antoniam[j] quoque et Octaviam, sorores ejus, attinuit, et cunctos aditus custodiis clauserat, crebroque vulgabat, 'ire in melius valetudinem Principis,' quo miles bona in spe ageret,[k] tempusque prosperum,[l] ex monitis Chaldæorum, adventaret.[3]

quasi mærore fessa, et levaminis cupiens, osculis retinere Britannicum, tum veram paterni vultus imaginem *vocitare, ac variis blanditiis avocare, ne cubiculo exiret. Antoniam etiam et Octaviam sorores illius retinuit, et omnes aditus satellitio sepserat, et sæpe jactabat in vulgus*, melius se habere principem, *quo miles bona in spe agitaret, et faustum ac favorabile momentum ex præceptis Chaldæorum adveniret.*

tiores. In Ms. Flor. *dum res forent firmando.* Ms. Reg. et editio princeps, *dumque res forent firmando Neronis imperium.* Ms. Agr. et Codex Ryckii, *dum quæ res forent firmando.* Inde emendabat Jac. Gronovius, *dum res foris firmando:* Heinsius, *dum, quæ e re forent firmando;* Ernestus, *dum, quæ forent firmando.* Bene omnes. Bene quoque Puteolanus, cui suffragantur Mss. Harl. Bodl. Jes. In Ms. Jes. *Neroni* pro *Neronis.* Brotier.—3 Sic Mss. Flor. et in margine Ms. Harl. Sic quoque editiones veteres. Rhenanus e Ms. Bud. *attentaret.* Idem habent Mss. Harl. et Jes. In Ms. Bodl. *attentarent.* Idem.

NOTÆ

libito; jactabatque 'ire in melius valetudinem principis.'

Sic et Seneca in Ludo: 'Et ille quidem animam ebullit, et eo desiit vivere videri. Expiravit autem, dum comœdos audit, ut scias, me non sine causa eos timere.'

[g] *Consules*] Consules in senatu talia vota suscipiebant, quæ in templis per sacrificia supplicationesque, et alia piacula exsolverent votorum rei.

[h] *Jam primum Agrippina*] Vel quia nunquam alias solebat noverca abblandiri liberis mariti, et minus Britannico; vel quia ante occupata erat majoribus consiliis, nempe interficiendo marito, et præparando res omnes, quibus Neroni firmaretur principatus: tum primum, nec abs re de Britannico retinendo cogitavit, specie blandimenti muliebris: *jam primum*, id est, cœpit.

[i] *Ne cubiculo egrederetur*] Ne nempe vulgaret ipse mortem patris, et successionem ambiret, aut potius, ne Prætoriani ipsum in castra raperent, et Imperatorem salutarent. Ideoque ipsa 'crebro vulgabat, ire in melius valetudinem principis, quo miles bona in spe ageret.'

[j] *Antoniam*] Hanc susceperat Claudius ex Petina uxore, eandem postea occidit Nero, teste Sueton. Ner. 35. 'Antoniam Claudii filiam recusantem post Poppææ mortem nuptias suas, quasi molitricem rerum novarum, interemit.' Octaviam ex Messallina habuerat Claudius, quam etiam occidit Nero.

[k] *Bona in spe ageret*] Nempe, ne se ad res novas accingeret, ne res turbaret. Si prius mortem Claudii, quam novum principem, ac simul donativum accepisset.

69. Tunc, medio diei, tertium ante idus[m] Octob.[1] foribus

Tunc sub meridiem, die tertio decimo Octobris, valvis palatii derepente patenti-

1 Ita Mss. Flor. Jes. et editio princeps. In Ms. Bodl. *Octobres*. Rhenanus primus edidit, *tertio*. Brotier.

NOTÆ

[1] *Tempusque prosperum*] Nempe quo feliciter iret in castra Nero, et ibi *Imperator consalutaretur*.

Tempusque prosperum] Igitur habuit fatalem horam Nero et nascendi, et sumendi imperium, ac moriendi. Nascendi quidem teste Sueton. 6. 'Nero natus est Antii,' &c. 'tantum quod exoriente sole, pæne ut radiis, priusquam terra, contingeretur. De genitura ejus statim multa et formidolosa multis conjectantibus,' &c. 'Radii nascentem eum sub Auroram circumfulserunt, non a sole, quod quidem appareret, immissi.'

Etiam et moriendi fatale tempus habuit et confessus est ipse Nero, Sueton. 49.: 'Conterritus duos pugiones quos secum tulerat, arripuit: tentataque utriusque acie, rursus condidit, causatus nondum adesse fatalem horam.'

Sueton. 41. 'Neapoli de motu Galliarum cognovit die ipso, quo matrem occiderat.' Idem, 57. 'Obiit secundo et trigesimo ætatis anno, die quo quondam Octaviam interemerat.'

Forte tunc aderat, cum in castra evectus est, Thrasyllus filius, qui Neroni imperium prædixerat, ut olim pater illius, Tiberio.

Tempus] Sic Sueton. Ner. 8. 'Septemdecim natus annos, ut de Claudio palam factum est, inter horam sextam septimamque processit ad excubitores: cum ob totius diei diritatem, non aliud auspicandi tempus accommodatius videretur,' id est, inter horam meridiei, et horam primam pomeridianam, nostro more, *processit*.

At videtur ibi Suetonius tantum attendere ad cœlum, seu tempestatem aliquam, non ad monita Chaldæorum, ut habet Tacitus; sed forte ad utrumque advertebat Agrippina, non mediocriter superstitiosa in re tanti momenti.

Id infaustum certe omen fuit, si cœlum non serenum esset. Tacitus l. 1. Hist. 'Quartum Idus Januarias fœdum imbribus diem tonitrua et fulgura et cœlestes minæ ultra solitum turbaverant. Observatum id antiquitus comitiis dirimendis, non terruit Galbam, quominus in castra pergeret: contemtorem talium, ut fortuitorum: seu quæ fato manent, quamvis significata, non vitantur.'

Et infra, sic Otho pro concione milites alloquitur: 'Vidistis, commilitones, notabili tempestate, etiam Deos infaustam adoptionem adversantes:' ad id solum advertisse videtur hic Suetonius, nempe ex diritate diei male ominabantur.

Forte ad utrumque Tacitus advertit, nempe ad cœlum, et ad siderum seu temporis interpretes Chaldæos. Nam si de tempestate agitur, *augures* consulendi fuerunt, si de tempore prospero, *Chaldæi*.

Juvenalis: 'quæ castra viro patriamque petente, Non ibit pariter, numeris revocata Thrasylli. Ad primum lapidem vectari, cum placet, hora Sumitur ex libro.'

Satyricus videtur habuisse in animo Agrippinam et Neronem; nam certe Thrasyllus patris famosi filius, imperium Neronis prædixit Agrippinæ, et simul parricidium, cui respondit ipsa temere; 'Occidat, dummodo imperet.'

[m] *Tertium ante idus*] Tertia decima

palatii repente diductis, comitante Burro, Nero egreditur ad cohortem,[2] quæ more militiæ excubiis adest. Ibi, monente Præfecto, festis vocibus exceptus, inditur lecticæ. Dubitavisse quosdam ferunt, respectantes[n] rogitantesque, 'ubi Britannicus esset?'[3] [o] mox, nullo in diversum auctore,[p] quæ offerebantur, secuti sunt. Illatusque castris Nero, et congruentia tempori præfatus, promisso donativo, ad exemplum paternæ largitionis,[q] *Imperator* consalutatur. Sen-

bus, deducente Burrho, Nero exit ad cohortem, quæ pro *more militiæ excubias agit. Ibi, jubente præfecto* prætorii, *lætis clamoribus exceptus, imponitur lecticæ. Tradunt hæsisse ambiguos quosdam, respicientes rogantesque,* ubi esset Britannicus? *mox nullo, his quæ agebantur, obnitente duce aut consultore,* ea *quæ offerebantur, amplexi sunt. Ingressusque castra Nero, et prout conveniebat* tali *tempore,* militem *allocutus, promissa pecunia, ad instar paternæ liberalitatis.* Imperator *appellatur.*

2 Bene editio princeps, Rhenanus et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *a cohorte.* Brotier.—3 *Esset* abest a Ms. Jes.

NOTÆ

die Octobris.

[n] *Respectantes*] Id est, identidem respicientes, et subinde rogantes.

[o] *Rogitantesque, ubi Britannicus esset*] Sic nonnulli vertunt, quasi quidam militum dubitarent, seu deliberarent de eligendo et substituendo in locum Neronis Britannico; sed Tacitus dicit tantum, dubitasse quosdam et hæsitasse, cum solum Neronem evectum viderent, et rogitasse, *ubi esset Britannicus*, quasi ipsum etiam desiderarent salutare Imperatorem, simul cum Nerone. Ex Taciti verbis difficile colliges, quid vellet miles, hoc loco et tempore; nisi quod multi potius fortasse optassent filium principis, quam ascititium.

Rogitantesque, ubi Britannicus esset] Non forte, quod vellent eum sufficere loco Neronis, sed quod utrumque Cæsarem salutare *Imperatorem* cuperent, memores Messallinæ, forte et patris; sed cum contra ea, quæ fierent, nemo niteretur, cum nullus in diversum his, quæ fiebant, auctor esset, quem sequerentur, ea quæ offerebantur, secuti sunt.

Difficile tamen colligi possit ex hoc loco, quid præcise vellent, an mallent Britannicum principem, an utrumque vellent. Nam mos imperii dividendi inter duos, adhuc incognitus erat. Sicque forte alii cupiebant Britannicum, alii Neronem, ut fit in hisce occasionibus.

[p] *Nullo in diversum auctore*] Puto, Nemine auctore in contrarium; id est, Nemine se opponente his, quæ fiebant, nempe electioni Neronis nullo contradicente.

Nullo in diversum auctore] Cum nemo esset, qui diversa seu contraria his quæ fiebant, palam sentiret, aut tueretur.

[q] *Ad exemplum paternæ largitionis*] Promisit ergo viritim, *quinadena sestertia:* ut Suetonius in Claudio expressit c. 10.; sive ut Josephus, *quina millia drachmarum:* quæ sunt *sestertia vicena;* sive nobis, *quingenti Philippei.* Nam quod olim ex Dione dixi de centenis nummis, erravi: ea enim donatio a Claudio usurpata singulis dein-

tentiam militum secuta Patrum consulta: nec dubitatum est apud provincias. 'Cœlestesque honores[r] Claudio' decernuntur, et funeris solenne, perinde ac D. Augusto,[s] celebra-

Voluntatem militum approbavere decreta Patrum, nec cunctatum est apud provincias. Divinique honores Claudio *censentur, et exequiarum pompa paratur* ipsi, *perinde ac divo Augusto* olim; *imitante certatim Agrippina magnificentiam Liviæ proaviæ.*

NOTÆ

ceps natalibus imperii sui. *Lipsius.*

Quina dena sestertia Suetonii, sunt trecenti et septuaginta quinque coronati: seu 1125. libræ nostro more. Et *quina millia drachmarum* Josephi fuerint quingenti coronati, seu 1500. libræ nostræ; quæ immensa largitio videatur in caligatos illos.

At centeni nummi, quæ annua largitio, fuerint duo coronati et dimidius, seu septem libræ et decem præterea asses nostro more. Potius standum Suetonio, in rebus Rom.

Et si distribuis in decem millia prætorianorum, viritim quingentos coronatos, impendentur quinque milliones coronatorum, seu quindecim milliones librarum.

[r] *Cœlestesque honores*] Id est, consecratur, et inter Deos ascribitur, ut ante Julius et Augustus, qui jam Dii facti et adorati palam, toto orbe Romano.

Cœlestesque honores] Seneca in Ludo: 'Cogitate P. C. quale portentum in numerum Deorum se recipi cupiat. Principes pietate et justitia Dii fiunt. Scilicet hic pius et justus, quoniam Druidarum immanem religionem advexit, nostram prorsus extirpavit, ut Romæ nuptiarum sacra essent, quibus ipse, cum sibi Agrippina nuberet, triginta Senatoribus, innumeris equitibus Rom. mactatis, principium dedit. Hunc nunc Deum facere vultis? videte corpus ejus, Diis iratis natum. Ad summum tria verba cito dicat,' &c.

Et infra: 'Atque ita ex tabella recitavit, (Augustus nempe:) Quandoquidem Divus Claudius occidit consocerum suum Appium Syllanum, generos duos, Pompeium Magnum Antoniæ ex Petina, L. Syllanum Octaviæ ex Messallina, socerum filiæ suæ Crassum frugi, hominem tam similem sibi, quam ovo ovum, Scriboniam socrum filiæ suæ, Messallinam uxorem suam, et ceteros, quorum numerus iniri non potuit: placet mihi in eum severe animadverti; nec illi rerum judicandarum vacationes dari, eumque quamprimum exportari, et cœlo intra dies triginta excedere, Olympo intra diem tertium. Pedibus in hanc sententiam itum est. Nec mora, Cyllenius illum collo obtorto trahit ad inferos, illuc, unde negant redire quenquam,' &c.

[s] *Divo Augusto*] Sic Dio l. LXXI. de Claudio: 'Sepultura et alii honores ei, qui Augusto, omnes contigerunt; Agrippina autem ac Nero lugere se eum quem necaverant simulavere, evexeruntque in cœlum, quem e convivio extulerant. Unde L. Julii Gallionis, qui frater fuit Senecæ, urbanissimum extat dictum. Scripsit quidem Seneca etiam, librum ἀποκολοκύντωσιν titulo quasi diceres, de immortalitate fungo parta.

'Sed Gallionis jocus memoratur, paucissimis verbis plurima complectens; cum enim eos, qui in carcere necantur, magnis uncis, in forum carnifices, ac inde in profluentem protraherent, *unco Claudium in cœlum raptum*, dixit. Neque illud Neronis, me-

tur: æmulante Agrippina proaviæ Liviæ magnificentiam.[t] Testamentum tamen haud recitatum, ne antepositus filio[u] privignus injuria et invidia animos vulgi turbaret.

Non tamen lectæ sunt *supremæ tabulæ* Claudii, *ne prælatus Britannico filius novercæ, iniquitate* ea *et offensione plebis animos concitaret.*

NOTÆ

moria indignum, qui *boletos, cibum Deorum esse* dicebat, quoniam Claudius boleti esu, Deus factus esset.'

[t] *Æmulante Agrippina proaviæ Liviæ magnificentiam*] Cujus forte et æmulata scelus fuerat. Altera quippe, ficu maritum, altera boleto sustulit. Ibi par crimen, par utrobique parricidium; et pari magnificentia utrumque scelus obtegitur. Quo crudelius aliquis occiditur, eo honorificentius sepelitur. 'Nulli jactantius mœrent, quam qui maxime lætantur.' Tac.

Sic et infra l. XIV. 3. ubi consultat Nero de cæde Agrippinæ: 'Additurum principem defunctæ templum, et aras, et cetera ostentandæ pietatis.' Horatius de Arte Poëtica: 'Ut qui conducti plorant in funere, dicunt Et faciunt prope plura dolentibus ex animo: sic Derisor, vero plus laudatore movetur.'

Proaviæ Liviæ] Pater Agrippinæ Germanicus, avus ejus Drusus, cujus mater Livia; sicque hæc *proavia* Agrippinæ.

[u] *Filio*] *Testamentum* Cæsaris non est *recitatum* publice in concione, aut in senatu, *ne antepositus filio* ejus Britannico videretur Nero, qui tantum *privignus;* ne id scelus, ne ea injuria, vulgi civiumque animos perturbaret.

C. CORNELII TACITI

AB

EXCESSU DIVI AUGUSTI

ANNALIUM

LIBER TERTIUS DECIMUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. 1. Silanus Proconsul Asiæ veneno necatus Agrippinæ fraude. Narcissus ad mortem actus. 2. Laus Burri et Senecæ. 3. Claudius Censorio funere elatus laudatur a Principe. 4. Bona Neronis initia. Multa Senatus arbitrio constituta. 5. Agrippinæ viriles curæ. 6. Parthi Armeniam affectant. De Nerone varia judicia vulgi. 7. Is curam belli suscipit. Parthi amittunt Armeniam, cui 8. præpositus Corbulo. 9. Vologeses dat obsides. Nero dissidium Ducum componit.

10. Nero civiliter agit, et 11. clementiam ostentat. 12 Acten amat, 13. matre fremente, mox frustra blandiente; cujus hinc fracta potentia. 14. Pallas libertus cura rerum demotus. Agrippina ad minas ruit. 15—17. Britannicum Nero præcipiti veneno tollit, et ejus funus festinat. 18. Matrem indignantem custodibus privat, domum separat. 19—22. Derelicta, rerum novarum incusata se purgat. Accusatores ejus puniti. 23. Pallas et Burrus delati. 24. Theatris major species libertatis data. Urbs lustrata.

25. Neronis nocturna lascivia. Montanus, cum Principe

per tenebras congressus, mori adactus. Histriones Italia pulsi. 26. 27. Actum de libertis ingratis in servitutem revocandis, sed non peractum. 28. Tribunorum et Ædilium cohibita potestas. 29. Ærarii cura varie habita. 30. 31. Illustrium aliquot damnationes. L. Volusius fato concedit. Amphitheatrum Neronis. Præsides ludos edere prohibiti. 32. Vitæ dominorum consultum. Pomponia Græcina, superstitionis externæ rea, insons nuntiatur. 33. Rei P. Celer, Cossutianus Capito, Eprius Marcellus.

34. Messalla Consul, Neronis liberalitas. 35. Cum Parthis rursus discordia de Armenia. Corbulonis disciplina, virtus, severitas. 36. Pactius Orphitus, contra imperium pugnans fususque extra vallum tendere jussus. 37. Tiridates bello infensat Armeniam, legatos ad Corbulonem mittit, 38. qui fraudem sibi per colloquium paratam eludit, et 39—41. Armeniæ castella capit, Artaxata aggreditur, et, decedente hoste, capit, igne delet. Ob hæc Neroni et Diis honores. 42. P. Suilius reus in Senecam invehitur, 43. deportatur. 44. Octavius Sagitta amore vecors Pontium tergiversantem ferro transverberat. Liberti mira fides.

45. Poppæam Sabinam amare Nero occipit. Istius genus, forma, opes, mores, matrimonia, adulter. 46. Ejus maritus Otho, ut amoveatur, Lusitaniæ præficitur. 47. Corn. Sylla, Principi suspectus, Massiliam mittitur. 48. Puteolis concordia restituta. 49. De numero gladiatorum Syracusis edendorum disceptatio. Thraseæ Pæti opinio. 50. Vectigalia contra Neronis impetum retenta. 51. Publicanorum iniquitas temperata. 52. Proconsules rei absoluti.

53. L. Vetus ope Mosellæ et Araris Rhenum cum Oceano jungere parat. Obstat Ælii Gracilis invidia. 54. Frisii juxta Rhenum sedes figere frustra conantur. 55. Eosdem agros Ansibarii occupant fato eodem. 56. Boiocali constantia. Ansibarii deleti. 57. Catti ab Hermunduris fere ad exitium gentis cæsi. Ignes terra editi vix oppressi. 58. Ficus Ruminalis. Gesta hæc annis quatuor,

IMP. CLAUDIO NERONE. L. ANTISTIO VETERE

Q. VOLUSIO. P. CORNELIO SCIPIONE
IMP. CLAUDIO NERONE. II. L. CALPURNIO PISONE
IMP. CLAUDIO NERONE. III. VALERIO MESSALLA
COSS.

PRIMA novo Principatu mors Junii Silani,[a] Proconsulis Asiæ,[b] ignaro Nerone,[c] per dolum Agrippinæ patratur :[1] non,

Primum facinus novæ dominationis fuit *cædes Junii Silani præfecti Asiæ, quæ, inscio Nerone, per fraudem Agrippinæ perpetrata est : non quod animi ferocia perni-*

1 *Paratur* Brotier. Mallent Aurelius, Freinshemius, et Ryckius *patratur ;* quo verbo in hac re alibi noster utitur II. 39. IV. 57. Probat et Lallemand. Recepere Bipontini.

NOTÆ

[a] *Junii Silani*] Crebra, in historia horum temporum, mentio Silanorum, et confusa. Itaque ne turbet juvenis, non stemma quidem istius familiæ ponam, (arduus ille et forte vanus labor,) sed illustrissimos quosque, quo imperatore, et quo exitu fuerint, persequar, cum temporum nota. Exordior a Tiberio principe, quia quæ supra, nihil ad Spartam meam.

D. Junius, M. F., Silanus, Marci prioris frater. Is adulter in Julia nepte Augusti, in exilium ivit; rediitque per gratiam et potentiam M. fratris sui. Fuit posthac in urbe, neque honores adeptus est. Tac. Annal. l. III.

Ap. Junius Silanus Consul fuit sub Tiberio anno 780. Consocer Claudii dicitur Suetonio, propter L. Silanum filium ejus Octaviæ Claudii filiæ sponsum. Proconsul Hispaniæ, et maritus Lepidæ matris Messallinæ, a Claudio, incerto crimine, occisus. Dio LX. Sueton. c. 29. et 37.

Ejus duo filii, *L. Silanus* et *M. Silanus*. Lucius gener Claudii fuit, Octaviæ sponsus, Agrippinæ artibus ad mortem actus, Marcus consul fuit cum Valerio Asiatico, anno 799.; in quo error insignis Onufrii, qui Asiatico collegam dat Messallam; quem Dio refutat et fasti Græci.

Proconsul Asiæ fuit, et a Nerone nunc interfectus. De eo Plinius l. VII. 'Divus Augustus, in reliqua exemplorum raritate, neptis suæ nepotem vidit genitum, quo excessit anno, M. Silanum: qui cum Asiam obtineret post consulatum,' (malim scribit *proconsulatu*,) 'Neronis principis successione, veneno ejus sublatus est.' Et sic Plinius scelus hoc Neroni ascribit, quod noster rejicit in matrem.

Fuit et *D. Junius Silanus*, consul anno 806. *Lipsius.*

Bene *post consulatum*, apud Plinium; quippe duo vetustissimi consulares sortiebantur Asiam et Africam.

[b] *Proconsulis Asiæ*] Proconsulatus Asiæ continebat partem occidentalem Asiæ minoris, ad mare Ægeum; et ubi provinciæ Æolis, Ionia, et Doris.

Hodie pars Præfecturæ *Natoliæ* ad Archipelagum, in Turcico imperio Asiatico. Ex notitia imperii Orientis, et Panciroli commentario c. 101. &c. *Tillemonius.*

quia ingenii violentia exitium[2] irritaverit, segnis et dominationibus aliis fastiditus, adeo, ut C. Cæsar *pecudem auream*[d]

ciem incitaverit, lenis et prioribus aulis contemtus, adeo ut C. Cæsar eum vocare

2 In scriptis et editis libris, *exitum*. Bene Ernestus, *exitium*. In editione principe et plerisque aliis, *irritaverit*. Melius Puteolanus et Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. atque Ernestus, *irritaverat*. Brotier.

NOTÆ

[c] *Ignaro Nerone*] Imperare incipienti juveni hanc innocentiam donare forte voluit *optima mater;* vel forte prævidens non consensurum cædi Neronem, ut neque bonos educatores, id suo marte suscepit Agrippina, ut suæ ultioni simul et dominationi ipsa consuleret.

[d] *C. Cæsar pecudem auream*] Vereor, ut scriptori nostro constet ratio. Non enim in hunc M. Silanum expetit Caii dictum: sed in illum alterum, qui ejus socer. Dio clare: 'Socer vero Caii Marcus Silanus, quia ipsi gravis ac molestus erat, ob virtutem et affinitatem, seipsum interemit. Caius vero contumeliis et conviciis eum insectabatur; ita ut primus in senatu sententiam non rogaretur; licet tamen de illo bonam opinionem haberet, eumque propterea *ovem auream* appellaret.' Cui ut assentiar, ætas Silani me inducit.

Natus enim est extremo, ut Plinius ait, Augusti anno: a quo ad hunc diem anni duntaxat quadraginta sunt. Non ergo in ea ætate hic adolescens formidini aut contemtui aliis dominationibus esse potuit, cujus adhuc *οὐδ' εἷς λόγος*.

Sed, ut in homine Tacitus, sic in dicto aberrat Græcus. Putat enim laudis honorisque fuisse: quod revera probri fuit, et false jactum in hominem divitem, sed ignavum, hebetem, oviculam meram. *Lipsius.*

Contingit hoc loco, quod sæpe alibi, ut conveniant auctores in substantia rei, nempe id dictum esse de L. Silano; et in circumstantiis personæ, et dicti, seu causæ propter quam id dictum est, differant.

Pecudem] Quicquid dicant, sto pro Tacito. Potuit qui natus est supremo Augusti anno, jam fastidiri in fine dominationis Tiberianæ: et magis adhuc sub Caio et Claudio, quos præcipue hic intelligit Tacitus per has voces, *dominationibus aliis fastiditus.*

Sed jam notavimus, quam diversæ famæ talia hæc obnoxia sint. Hæc dicta principum alii aliter tradunt, et sæpe diversis eadem tribuunt, aut varie interpretantur.

Sic hoc loco, quod dictum esse per contemtum et contumeliam, de Junio Silano, affirmat Tacitus, hoc idem de Marco Silano dictum esse, quasi per virtutem et decus, scribit Dio; adeo in talibus fama incerta et varia historia est.

Suam historiam invertebat Dio ex Tacito, Suetonio, et aliis Latinis auctoribus: at parum Latine sciebat, ut jam alibi sæpe notavimus: hinc diversitas.

Puto, errat Dio, et in persona, et in dicto: neque intellexit auctorem, ex quo id invertit, neque forte seipsum; nam quis sensum hujus loci Dionis recte conciliet?

Caius, qui prave dicax, incessit conviciis Silanum, et bene de ejus virtute sentit, bene de illo opinatur, *καλῶς περὶ αὐτοῦ φρονῶν*, inquit Dio; et simul ob illam præclaram virtutum

eum appellare solitus sit: verum Agrippina, fratri ejus L.[3] Silano[e] necem molita, ultorem metuebat, crebra vulgi fama, ‘ anteponendum esse vix dum pueritiam egresso Neroni,[f] et Imperium per scelus adepto,[g] virum ætate composita,[h] in-

consueverit ovem auream. *Sed Agrippina, quæ mortem paraverat L. Silano fratri illius*, eum *vindicem formidabat*, ex *frequenti plebis rumore*, quo vulgabatur, præferendum esse Neroni, qui vix ex ephebis excesserat, et principatum per

3 Ita Puteolanus et Mss. Harl. Bodl. Jes. In editione principe et Mss. Corb. Reg. C. *Silano*.

NOTÆ

ejus existimationem, eum *ovem auream* appellat. Quis talia Dionis satis conciliet?

Puto, hæc hauserat ex Tacito et excerpserat, et postea componendo opus suum, parum memor historiæ, aut sensus Taciti, hæc pro suo ĭbito et fide Græca invertit, ut pleraque alia.

Et quod dicit Lipsius, non potuisse fastidiri L. Silanum prioribus dominationibus, id falsissimum. Nam certe nepos Augusti, quacumque ætate, si ovili ingenio fuit, sperni dominantibus, ut tum res erant, debuit ac meruit. *Nobiles* omni ætate, si primæ infantiæ annos excipis, expositi ingeniis et linguis, ac semper conspicui sunt.

Pecudem auream] Puto, non intelligere præcise *ovem*, sed quamcumque *pecudem* in genere: nisi forte alluserit ad arietem illum Phryxi decantatum, seu vellus aureum, ob divitias Silani.

Pecudem auream] In Apophtheg. III. 8. Diogenes Cynicus: ‘ Divitem quendam indoctum, sed splendide vestitum, χρυσόμηλον appellabat, hoc est, ovem aureo vellere. Nam tales fuisse, proditum et a Poëtis, qui minimum valerent ingenio, ovillis moribus etiam proverbio dicebantur.’ Huc alludebat prave dicax Caligula, sed mox in exitium vertit ipsi dicacitas.

[e] *L. Silano*] Convenit cum historia: tamen libri scripti, *C. Silano*. Lips.

L. Silano] Ipse est, cui primo desponsa fuerat Octavia filia Claudii et Messallinæ, sed eum, artibus Vitellii, deturbavit eo matrimonio Agrippina, et ideo mortem *die nuptiarum* (nempe Claudii et Agrippinæ) *Silanus sibi conscivit*.

[f] *Vix dum pueritiam egresso Neroni*] Sic supra l. XII. 25. ‘ Biennio majorem natu Domitium filio anteponit.’ Et infra hoc l. XIII. 6. ‘ Princeps vix septemdecim annos egressus.’ *Pueritia* autem appellabatur, donec *prætextam* exuerent, et in viros ascriberentur, nempe decimo quinto ætatis anno cœpto vel finito.

[g] *Imperium per scelus adepto*] Suet. Ner. 33. ‘ Parricidia et cædes a Claudio exorsus est: cujus necis etsi non auctor, at conscius fuit: neque dissimulanter, ut qui boletos, in quo cibi genere venenum is acceperat, quasi Deorum cibum, posthac proverbio Græco collaudare sit solitus.’

Intelligi etiam possit, obtinuisse imperium per scelus matris aliorumque fautorum.

[h] *Ætate composita*] Experientiam sapientiamque intelligit, quæ pueris non datur, ætatemque imperii gerendi capacem.

sontem, nobilem,[i] et,' quod tunc spectaretur,[4 j] 'e Cæsarum posteris:' quippe et Silanus D. Augusti abnepos[k] erat. Hæc causa necis. Ministri fuere P. Celer,[5] Eques Romanus, et Helius[6] libertus,[l] rei familiari Principis in Asia impositi. Ab

facinus obtinuerat, Silanum virum maturum annis, innocentem, clarum, et Cæsarum stirpe, *quod tunc respiciebatur. Namque et Silanus erat nepos neptis D. Augusti. Ea causa cædis. Auctores et satellites fuere P. Celer eques Rom. et Ælius libertus, qui fiscum principis curabant in Asia. Hi venenum affudere pro-*

4 Mallet Ernestus, *spectabatur.*—5 Infra Hist. IV. 40. *P. Celerem.* Male ergo editiones veteres et Mss. *P. Celerius.* Brotier.—6 Ita Sueton. in Ner. 23. Dioni, LXIII. p. 723. Ἥλιος. Vulgo in scriptis et editis libris, *Ælius*, vel *Elius.* Idem. Gronovius et Ryckius habent *Ælius;* sed huic placet *Helius.*

NOTÆ

[i] *Insontem, nobilem*] *Insontem*, ut opponatur Neroni, qui jam parricidio Claudii profanus pollutusque: *nobilem*, ut opponatur eidem Neroni; nam pari gradu Augustum contingebat. Plin. l. VII. 13. 'Divus Augustus in reliqua exemplorum raritate, neptis suæ nepotem vidit genitum, quo excessit anno, M. Silanum, qui cum Asiam obtineret post consulatum, &c., interemtus est.'

[j] *Quod tunc spectaretur*] Quia nondum evulgatum erat illud arcanum dominationis, posse alium creari principem, quam ex Cæsarum domo, quam infra Nero vocat *familiam ad supremum fastigium genitam*, aut alibi quam Romæ. Quod arcanum evulgatum est per Galbam, qui Cæsares nullatenus contingebat, et qui princeps electus est a milite, in Hispania.

[k] *Silanus D. Augusti abnepos*] Præit ad stemma aliquomodo Plinius, qui eum nepotem scribit Augusti neptis. Atqui Augusto e Julia filia neptes duæ, Julia et Agrippina. E Julia hunc derivo, hoc modo:

JULIA, Aug. F. cui vir M. Agrippa. { JULIA, cui vir L. Æmilius Paulus, Suet. Aug. c. 64. { ÆMILIA LEPIDA proneptis Augusti. Sueton. cap. 26. in Claudio: cui vir AP. JUNIUS SILANUS; claro argumento, quia Suetonius eum consocerum Claudii vocat. Postea tamen alteri Lepidæ maritus, quæ mater Messallinæ. Ex Dione. { M. SILANUS, de quo hic L. SILANUS, Claudii gener.

Stemma hoc satis certum est. Ne fallat te tamen Dio, qui Lepidam matrem Messallinæ, uxorem tribuit Appio: sed sub finem vitæ. At M. ille Silanus, Augusti abnepos, genitus fuit vivo Augusto.

Appium hunc Silanum intelligit Augustus in epistola quadam, vocatque affinem Claudii, ob hoc matrimonium, apud Sueton. Claud. cap. 4. 'Curare eum ludis Martialibus, triclinium Sacerdotum, non displicet nobis, si est passurus, se ab Silano filio, homine sibi affini admoneri, ne quid faciat, quod conspici et derideri possit.' *Lipsius.*

[l] *Helius libertus*] Vulgo *Ælius:* sed iste, cujusnam libertus? Haud dubie

his Proconsuli venenum inter epulas datum est apertius, quam ut fallerent.[m] Nec minus properato[n] Narcissus, Claudii libertus, de cujus jurgiis adversus Agrippinam retuli, aspera custodia et necessitate extrema[o] ad mortem agitur;[p] invito Principe, cujus abditis adhuc vitiis,[q] per avaritiam ac prodigentiam,[r] mire congruebat.[s]

consuli in convivio manifestius, quam ut laterent. Nec minus festinanter Narcissus libertus Claudii, de cujus contentionibus adversus Agrippinam scripsi, ad necem adigitur, stricta custodia, et necessitate ultima; renitente Nerone, cujus latentibus adhuc flagitiis maxime conveniebat per rapiendi profundendique libidinem.

NOTÆ

Cæsaris, quia tales imponebant rei familiari, et procuratores constituebant in provinciis, qui fiscum principis curarent.

Vidi qui huncce Ælium confunderet cum Narcisso, sed falso: nam Narcissus occiditur apud Sinuessam in Italia, et Ælius habet procurationem in Asia, et vivit postea; ac mentio ejus multa in libris sequentibus, et maxima pars ille cladium Reipub. sed infra vocatur *Helius*.

[m] *Quam ut fallerent*] Id est, quam ut laterent. Ipse proconsul forte veneno se tentari nesciit, alioqui cavisset; aut si tum advertit, cum datum fuit venenum, sic vitare non potuit; sed alii circumstantes dolum intellexere, etiam cum venenum ipsi infusum est, nam 'inter epulas datum est apertius,' quam ut præsentium oculos fallere possent.

Fallerent] Neque forte latendi aut fallendi curam habuerunt, mandatis dominantium subnixi, et audacia non rudi talium scelerum.

[n] *Nec minus properato*] Nempe dolo et scelere Agrippinæ, quæ jam *dominum* occiderat, nunc et *domini dominum* ad mortem adigit.

Properato Narcissus] Forte, *nec minus propere Antonius Narcissus;* nam mater Claudii *Antonia*, et etiam filia ejusdem Claudii *Antonia* dicta. Tacitus, 'Antonia ex Petina erat.' Sic et *Antonius Felix* dictus, qui etiam Claudii libertus. Narcissus ab epistolis Claudii fuit, quas omnes moriens combussit, quia secreta in Agrippinam continebant. Amplius quam quater millies sestertium possidebat. Sic Dio, et Juvenal. Sat. 'Nec Crœsi fortuna unquam, nec Persica regna Sufficiunt animo, nec divitiæ Narcissi, Indulsit Cæsar cui Claudius omnia,' &c. Vocabant *dominum domini*.

[o] *Necessitate extrema*] Vel vim, et quamcumque necessitatem intelligit in genere, vel famem; et potuit, non uno genere necessitatis adigi ad mortem.

Vi, asperitate, sævitia satellitum, fame, minisque et metu tormentorum, ac terrore carnificis et laquei, ad occupandam mortem compelli potuit.

[p] *Ad mortem agitur*] Narcissus vi aliqua, ad mortem sibi consciscendam adigitur. Nam ibi duo adhibentur, aspera custodia, et necessitas extrema. Per necessitatem extremam, *vim* intelligit, qua se ipse interficere juberetur, cogeretur, vellet, nollet. Tale imperium dominantium, quo mors indicitur, *extrema necessitas* est.

[q] *Abditis adhuc vitiis*] Certe abdita adhuc vitia Neronis, et per quinque annos bonum principem egit, aut ad-

2. Ibaturque in cædes, nisi[1] Afranius Burrus et Annæus Seneca obviam issent. Hi rectores Imperatoriæ juventæ, (et rarum[2] in societate[t] potentiæ) concordes, diversa arte ex

Et jam *in cædes properabatur, nisi Afranius Burrhus et Annæus Seneca obstitissent. Hi educatores adolescentiæ Cæsaris, et concordes in æquali societate aucto-*

1 Cod. meus: *ni Afranius.* Ryckius.—2 Corrupte in Ms. Flor. *Et parum in societate potentia et concordes.* Mss. Vatic. 1863. et 1864. Reg. et Agr. *et parum in societate et potentia.* Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteola-

NOTÆ

umbravit; seu speciem aliquam flagitiis obtendit, et nondum aperte erumpebant.

Comparat Interpres Gall. cum vitiis Narcissi, quæ aperta erant, quasi vitia Neronis magis laterent adhuc. Sed perperam: absolute tum latebant, in sensu Taciti, et ex rei veritate.

Abditis adhuc vitiis] Erant certe occulta et simulata ad tempus, et veluti obstricta et nondum adulta; attamen vera vitia pravæ naturæ inerant. Sic Sueton. Ner. 7. 'Undecimo ætatis anno a Claudio adoptatus est, Annæoque Senecæ jam tunc Senatori in disciplinam traditus. Ferunt Senecam prima nocte visum sibi per quietem Cæsari præcipere: et fidem somnio Nero brevi fecit, prodita immanitate naturæ, quibus primum potuit experimentis.'

Vetus Schol. Juven. ad Satiram quintam: 'At Seneca erudiendo Neroni in palatium adductus, sævum immanemque natum et sensit cito, et mitigavit: inter familiares solitus dicere, Non fore sævo illi leoni, quin gustato semel hominis cruore, ingenita redeat sævitia.'

[r] *Per avaritiam ac prodigentiam*] Quod mirum, quod portentum fuit in uno eodemque homine, tam opposita flagitia reperiri; sed cum una manu impendant prodigi, altera rapiunt. Et quod per luxum et libidinem perditur, per scelus suppletur necessario.

Quod rapiunt ex sociis per avaritiam, mox per ambitionem et libidinem effundunt in potentiores aulæ, vel etiam curiæ, eosque sic in partem prædæ vocant; atque impunitatis vices hoc pretio redimunt.

Tacitus infra, 31. de magistratibus et procuratoribus Cæsaris: 'Non minus tali largitione, quam corripiendis pecuniis subjectos affligebant, dum quæ libidine deliquerunt, ambitu propugnant.' Τὸ *libidine*, id est, sævitia, avaritia, stupris, adulteriis, et aliis id genus flagitiis.

[s] *Congruebat*] Sic suffugium, et impunitatis vicem sibi præparabat Narcissus.

Congruebat] Congruentia et cognatione vitiorum jam illum adamabat Nero: non quod tempus utendi hominis moribus aut opibus habuerit, nisi ante principatum. Nam statim interfectus est Narcissus, occiso Claudio, et ita *properato*, ut ab Sinuessanis aquis non redierit in urbem, sed ibi mori coactus sit. Vide Dionem.

Puto, apud Sinuessam mortem sibi accersivit: ut mox 'Tigellinus, accepto apud Sinuessanas aquas, supremæ necessitatis nuntio, vitam fœdavit, etiam exitu sero.' Hist. 1. 72.

[t] *Rarum in societate*] Vulgo *pari in societate;* at non tentarem hunc lo-

æquo pollebant: Burrus militaribus curis[u] et severitate

ritatis, diversa ratione, tamen *perinde* ambo *valebant: Burrhus militari disciplina,*

nus, *et pari in societate potentiaque.* Boxhornius optime atque ex usu Taciti pro *parum* vel *pari* emendavit *rarum.* Voluit quoque *potentiæ*, idque omnibus probatum. Forte tamen scripserat Tacitus *societate et potentia:* rara enim in utraque concordia. Infeliciter Lipsius, *paris in societate potentiæ.* Brotier. Ante hic edebatur: *et pari in societate potentiæ c.* ex castigatione Rhenani, cum ante eum: *et pari in societate potentiaque c.* Sed cum in Ms. Flor. legatur: *et parum in societate potentia et c.* in Reg. et meo: *et parum in societate et potentia c.* non dubito, quin vera scriptura sit, visa pridem Boxhornio: *et, rarum in societate potentiæ, concordes.* Solet enim ita hoc interserere, ut I. 39. et 56. VI. 10. Hanc emendationem probaverunt Nicolaus Heinsius et J. F. Gronovius. *Ryckius.* Gronovius habet *et pari in societate.*

NOTÆ

cum, nisi moneret codex Flor. Ita ille, *et parum in societate potentia et concordes.* Unde facile et elegantius, nisi fallor, rescripseris; *et (rarum, in societate potentiæ) concordes.* Boxhornius.

Feliciter, ut puto. Sic Tacitus I. Ann. 'Ni aquilifer Calpurnius vim extremam arcuisset, (rarum etiam inter hostes) legatus Populi Romani Romanis in castris sanguine suo altaria Deum commaculavisset.' Item: 'Nam (rarum illi cœlo) siccitate et amnibus modicis, inoffensum iter properaverat.'

Lib. VI. 'Per idem tempus L. Piso Pontifex (rarum in tanta claritudine) fato obiit.' *Gronov.*

Quicquid dicant, maneat inviolatus Tacitus. Quippe si hoc licet, jam non agnoscetur Tacitus in Tacito.

Pari in societate potentiæ] Bene: sic scripsit Tacitus, nisi mihi opponatur Ms. Intelligere potes, *in societate paris potentiæ concordes* fuisse; et quia par potentia, sic et par societas fuit: alioquin ubi impar potentia, ibi etiam inæqualis societas fuerit. Igitur par societas Burrhi et Senecæ, par et potentia; sed tamen 'diversa arte ex æquo pollebant, Burrhus militaribus curis, &c. Seneca præceptis eloquentiæ.'

Et miror, quod interpretes elegantem antithesim hinc tollere cogitent, *pari in societate, &c. diversa arte, &c.* cum et alia similis statim occurrat, *Burrhus militaribus curis et severitate morum; Seneca præceptis eloquentiæ, et comitate honesta.*

[u] *Burrus militaribus curis*] Non præcise, quod artes bellicas doceret Neronem, ut Seneca literas et eloquentiam; nullam enim expeditionem per se suscepit Nero. Sed sic, quia expertus militiæ et magna belli fama Burrhus.

Sed quia prætoriano militi præerat, et quia consilio administrandi belli præsidebat. Sicque regebat juvabatque Neronem *militaribus curis* consiliisque.

Non etiam, quod præfectus prætorio, castris et legionibus per provincias dispositis imperaret: quæ potestas postea fuit penes præfectos præt. sed tum sub primis Cæsaribus ea potestas incognita et inaudita. Et quis prudens talia tantaque mandaret equiti Romano? An eques Rom. consularibus viris et proconsulibus imperet? præfecti illi *equestres.*

morum; Seneca præceptis eloquentiæ et comitate honesta:[v] juvantes invicem, quo facilius lubricam[w] Principis ætatem, si virtutem aspernaretur,[x] voluptatibus concessis retinerent.[y]

et gravitate morum; Seneca arte eloquentiæ, et honesta ingenii amœnitate: opitulantes invicem, quo melius cohiberent juvenilem ætatem principis permissis cupidini-

NOTÆ

[v] *Comitate honesta*] Quemadmodum gravitas severitasque ingenii decet virum militarem; ita et comitas suavitasque morum maxima decuit literatum hominem. Et humanitas velut individua insitaque literis et eloquentiæ.

Comitate honesta] Videtur major auctoritas fuisse penes Burrhum, ita ut pro reverentia sua institueret principem et severitate sua, bonis moribus; Seneca vero comitate et lenitate morum se insinuaret principi, et tamen eosdem affectus incitaret ipsi, quos et ipse Burrhus. Sic et Alexander Lysimachum habuit rectorem juventutis suæ, et Aristotelem, seu Callisthenem præceptorem, qui illum præceptis eloquentiæ informaret.

Nonnulli explicant, quasi Seneca leniori ingenio, Burrhus tristiori et severiori natura fuisset. Sed id præter mentem Taciti, qui non eorum ingenium aut naturam ibi expressit, sed eorum officia, seu curas et occupationes. Literas et amœniores artes Seneca docuit, alter vero armorum gloria floruit. Hinc disciplina et severitas Burrhi ex officio, non ex ingenio aut indole præcise hic describitur.

[w] *Lubricam*] Intellige flexum eum ætatis, quo adolescentes in libidinem et voluptates maxime proni sunt, quo tempore vitiis facilius corrumpi possunt, et quo cavere in æternum sapientia sit.

Lubricam, &c. ætatem] Julian. in Cæs. ἡ νεότης ἐφ' ἑκάτερα μεγάλας ποιουμένη ῥοπάς. Plotin. I. Ennead. σμικρὰ ῥοπὴ ἀρκεῖ εἰς ἔκβασιν τοῦ ὀρθοῦ. Hieronymus epist. ad Gaudent. 'Ut enim aqua in areola digitum sequitur præcedentem, ita ætas mollis et tenera in utramque partem flexibilis est, et quocumque duxeris trahitur.'

[x] *Si virtutem aspernaretur*] Ut si non amaret virtutem Nero, saltem in vitia flagitiaque libidinum non prolaberetur, sed tantum licitis voluptatibus indulgeret. Sic infra Tac. XIV. 14. 'Nec jam sisti poterat, cum Senecæ ac Burro visum, ne utraque pervinceret, alterum concedere.'

Si virtutem aspernaretur] Medium iter secuti illi, ut si puram virtutem sequi nollet, saltem concessæ voluptati indulgeret, et sic, ne illegitimis, ne perniciosis libidinibus se prostitueret ac pessumdaret juvenis, cavebant. Infra: 'Metuebaturque, ne in stupra fœminarum illustrium prorumperet, si illa libidine prohiberetur.' De Acte liberta loquitur.

[y] *Voluptatibus concessis retinerent*] Sic infra XIV. 14. 'Nec jam sisti poterat, cum Senecæ ac Burro visum, ne utraque pervinceret, alterum concedere.' Et paulo inferius: 'Ceterum evulgatus pudor, non satietatem, ut rebantur, sed incitamentum attulit.'

Et Dio lib. LXI. sic de Burrho et Seneca: 'Voluptatibus eum indulgere sinebant, ut cum explevisset cupiditates suas sine magno Reipub. detrimento, consilium mutaret: quasi nescirent, præfractos juvenum animos, educatosque in voluptate, quam nullus reprehendat, et in absoluta li-

Certamen utrique unum erat contra ferociam Agrippinæ, quæ cunctis malæ dominationis cupidinibus[3] flagrans, habebat in partibus Pallantem;[z] quo auctore, Claudius nuptiis incestis et adoptione exitiosa[a] semet perverterat. Sed neque Neroni infra servos[b] ingenium; et Pallas, tristi arrogantia[c] modum liberti egressus, tædium sui moverat.

bus, si sperneret bonas artes. Contentio ambobus una erat adversus impotentiam seu *violentiam Agrippinæ, quæ in omnes pravi imperii libidines exardens, fautorem habebat Pallantem; cujus consilio Claudius sibimet exitium paraverat, incesto conjugio, et adoptione perniciosa. Sed neque principi indoles, qua libertorum ingenia suspiceret et Pallas, qui per importunam invisamque superbiam liberti potentiam*

3 Sic bene editio princeps: et sic emendatum in Ms. Harl. Perperam Puteolanus et Mss. Harl. Bodl. Jes. et Guelf. *cunctis malis dominationibus cupidinibus.* Brotier.

NOTÆ

centia, non modo expleri non posse, sed ex iis multo magis corrumpi.'

Sed Dio, qui perpetuo infensus virtuti Rom. et præcipue Senecæ, sperni possit. Hic loci audiat hic Solonem.

[z] *Habebat in partibus Pallantem*] Hinc infra cap. 14. 'Nero infensus iis quibus superbia muliebris innitebatur, demovet Pallantem cura rerum, quis a Claudio impositus, velut arbitrum regni agebat.'

[a] *Adoptione exitiosa*] Neronis adoptio exitiosa Claudio principi et Reipub.; exitiosa patri, præceptori, matri, fratri, sorori, uxori, amitæ; exitiosa et Cæsarum nomini; exitiosa ipsimet Neroni. Hæc certe exitialis fuit imperio, urbi, et orbi universo.

[b] *Infra servos*] Respicit præcipue hic ad Pallantem, qui servitutem servierat olim apud Claudium, a quo forte libertate donatus erat; ita ut patroni nomen sumeret, et *Claudius* vocaretur.

Aut forte Antonia *minor* prima patrona Pallantis hujus, qui ab ipsa transierat ad Claudium, qui Antoniæ hujus minoris filius et hæres: ideoque hi liberti binomines, qui nempe nomen duorum patronorum sumsissent, Antoniæ, dein et Claudii.

[c] *Tristi arrogantia*] Id est, morosa, acerba, austera, ut qui non nisi adductis superciliis aspiceret, aut loqueretur, qui procurator plusquam monosyllabus.

Tristi arrogantia] *Tristi*, id est, gravi, importuna, superciliosa: et qui neque *vocem consociare* dignaretur cum servis ac libertis suis, ipse Romam 'pedibus qui venerat albis.'

Sic de Curtio Rufo supra l. II. 21. 'Adversus superiores tristi adulatione.' Et quid magis importunum, quam superbus projectæ adulationis?

Tacitus infra mentem suam explicat cap. 23. 'Nec tam grata Pallantis innocentia, quam gravis superbia fuit.' Intelligitur homo austerus, asper, et ingenio durus sævusque, potius quam severus.

Pallas, tristi arrogantia] Tristi, id est, molesta morosaque, et consequenter gravi et importuna; quid enim molestius servo arroganti? Talem arrogantiam describit Juvenal. 'homo durus et asper, Procuratorem

Propalam tamen[d] omnes in eam honores cumulabantur, signumque, more militiæ,[e] petenti Tribuno dedit, OPTIMÆ

superabat, sui odium excitarat. Publice tamen omnia in matrem decora congerebat Nero, *signumque postulanti tribuno (ut belli mos est) præbuit,* OPTIMÆ

NOTÆ

vultu qui præferat ipso.'

Quomodo non arrogans procurator hic, qui 22. milliones possideret, 'qui pares rationes cum Repub. haberet?' Nonnulli vertunt *severitatem*, perperam. Non enim ea severitate Pallas, quæ virtus aut constantia animi sit, sed fuit tristitia morum, pravitas et importunitas, ut in tali homine.

[d] *Propalam tamen*] Clam retundebatur superbia Agrippinæ, artibus consiliisque Burrhi ac Senecæ, cum palam tamen omnes honores in eam filius Nero cumularet, et initio gaudebant magistri dominationis, depressam esse fœminæ ambitionem; neque enim duraturum odium filii, usque ad necem matris, illi credebant.

[e] *Signumque, more militiæ*] Signum, sive tessera, semper Tribunis data, etiam Repub. antiqua. Livius lib. XXVIII. 'Forma tamen Romanorum castrorum constabat, quod Tribunos et jura reddere in principiis sinebant, et signum ab iis petebant, et in stationes ac vigilias ordine ibant.'

Dabatur a Consule, Prætore, eove qui exercitui præerat. Idem Livius: 'In prætorio tetenderunt Albius et Atrius, classicum apud eos cecinit, signum ab iis petitum est.'

At prætorii Tribunus a solo principe. Ideo supra lib. I. inter signa accepti imperii Tacitus posuit: 'Defuncto Augusto, signum prætoriis cohortibus, ut Imperator, dederat.' *Lipsius.*

Formam dandæ tesseræ petendæque ex parte expressit Appianus IV. Civilium: 'Lucius,' inquit, 'misit Tribunos, qui signum exercitui accipe-rent a Cæsare. Hi autem afferebant illi numerum exercitus, ut et nunc in more est, Tribunum, qui signum postulat, reddere Imperatori librum diurnum, quo continetur numerus præsentium.'

Atque olim tessera data videtur sine voce, inscripta vel insculpta brevi signo; unde tesseræ nomen. De quo Polybium adi l. VI. at sub Impp. vocale id signum.

Dabant autem plerumque nomina Deorum aut heroum: etiam Græci, Pausanias l. X. 'Cum utrimque a ducibus de more militi tesseræ darentur, fortuito ad oraculi verba appositæ datæ sunt; a Thessalis, Itonia Minerva, a Phocensibus, gentis auctor Phocus.'

Etiam Persæ, si Xenophonti fides l. VII. et III. παιδ. ubi a Cyro datum signum, *Jupiter auxiliator et dux*, aut, *Jupiter servator*. Suetonii loci bini in hac re; alter Cal. c. 58. 'Signum,' ait, 'more militiæ petisse; et Caio Jovem dante, Chœream exclamasse, Accipe ratum.'

Alter c. 56. 'Solitus modo signum petenti, Priapum aut Venerem dare; modo osculandam manum offerre formatam commotamque in obscœnum modum.'

Tessera duplex fuit: una quæ ad excubias, altera quæ ad pugnam pertineret. De postrema Tacitus l. III. histor. 'Eadem utraque acie arma: crebris interrogationibus notum pugnæ signum.'

Signumque] Signum dabat princeps ipse prætoriis cohortibus, seu tribuno prætoriæ cohortis, quæ per excubiarum vices stationem habuit pro fori-

MATRIS.[f] Decreti et a Senatu 'duo lictores, Flaminium Claudiale;'[g] simul 'Claudio Censorium funus,'[h] et mox 'consecratio.'[i]

MATRIS. Statuti ipsi *a Patribus* duo lictores, sacerdotium Claudiæ gentis, *simul et* funus censorium Claudio, *et mox* apotheosis *decernuntur.*

NOTÆ

bus palatii. Nec, puto, dabat ipse signum in castris prætorianis, quæ procul aberant, sed tantum in palatio excubanti cohorti, nisi forte utrobique idem signum esset.

[f] *Optimæ matris*] Suet. Ner. 9. 'Matri summam omnium rerum publicarum privatarumque permisit. Primo etiam imperii die, signum excubanti Tribuno dedit, Optimam Matrem,' quæ dederat imperium. Jam et illo primo die exire aula et rebus debuit mater, si sapere potuisset.

[g] *Duo lictores, Flaminium Claudiale*] At Liviæ decretus lictor tantum unus, et id ipsum recusante Tiberio. *Flaminium Claudiale*, quomodo ad honestandam facit Agrippinam? Credo ut ipsa Flaminica Claudii esset: exemplo Liviæ, quæ Augusti.

Nam eam sacerdotem Augusti fuisse docui ad l. I. Velimque addi Paterculi locum, l. II. 'Livia Romanarum eminentissima, quam postea conjugem Augusti vidimus, quam transgressi ad Deos sacerdotem ac filiam.' Recte sic. Livia enim est, quæ mariti sui, in Deos relati, et sacerdos fuit et filia. *Lipsius.*

Duo lictores] Decus idem olim Vestæ virginibus attribuerant Triumviri. Ita tamen, ut unum lictorem haberent, at nunc Agrippinæ decus augetur, cui *duo lictores* decernuntur.

Hi lictores, non solum comitabantur in publicum turbamque summovebant, sed assistebant imperitanti in penatibus, jussa executuri, salutantes accersituri vel amoturi, et alia id genus officia exhibituri.

Duo lictores] Intelligunt *custodes;* vulgo, *des gardes.* Sed certe majus decus, ut puto, fuit in excubiis. Habuit Agrippina custodes *prætorianos*, et præterea *Germanos*, qui pro foribus, et haud dubie pro lectica astarent, vel etiam præirent, neque ipsa Augusta olim tales habuit.

Et forte, ut Flaminica seu sacerdos Claudii, habuit hosce lictores Agrippina, et ad instar sacerdotum seu virginum Vestæ, per summum decus. Nam etiam carpento vecta ipsa.

Attamen Livia habuerat lictorem unum, ut regina, ut uxor dominantis; non ut sacerdos præcise, sed tamen, forte exemplo Vestalium. Sed nondum statim eo usque evecta Livia Augusta, ut haberet duos lictores, aut custodes prætorianos Germanosque; neque ut carpento veheretur.

Sed ut crescit semper adulatio et audacia, hocce decore se provehebat ipsa Agrippina, sub facili principe, quod nulli fœminæ hactenus concessum erat. Jam etiam consessum habuit Livia in theatris inter Vestales.

Jam ipsi et Octaviæ concessum *jus trium liberorum*, et *Augusta* appellata erat: quod nomen aut decus non statim pervulgatum. Neque illud habuere statim uxores aut sorores dominantium; fuit tamen *nomen uxoris*, inquit Plinius, seu reginæ.

Duo lictores] Igitur major ei honos habitus quam Liviæ Augustæ, cui unus tantum lictor, sic posterior adulatio magis ingeniosa. Id puto, introductum exemplo Vestalium, quibus unus lictor astabat, qui in via turbam submoveret honoris causa.

3. Die funeris laudationem ejus Princeps exorsus est.

Die exequiarum orationem habuit Cæsar, qua defunctum *celebravit. Dum me-*

NOTÆ

Sic sacerdotium honorabatur; sic etiam Livia decorata; sic et Agrippina, non forte solum quia *Augusta*, sed etiam quia utraque sacerdos, Livia Augusti, Agrippina Claudii.

At aliæ fœminæ auro et gemmis pro lictore utebantur. Ornatus ille et splendor, majestatis loco, turbam summovebat, teste Plin. l. IX. 35. 'Affectantque jam et pauperes fœminæ lictorem in publico unionem esse dictitantes.' At infra 18. cum excubiæ militares, quæ Agrippinæ, ut uxori et matri principis, additæ erant, Germanique etiam custodes, digredi jubentur a foribus Agrippinæ, tum tamen hos lictores ipsi ablatos esse, non dicit Tacitus. Sed quid duo homunciones tantæ reginæ, nisi ut calamitas major appareret?

[h] *Censorium funus*] Idem est ac *funus principale*, ut puto, quia censor princeps senatus, et supra ceteros cives et ipsos patres eminebat. Hinc *censorium funus* præcipuum ac magnificentissimum fuit. Ideoque et principi exhibitum, nempe quia maximum, et omnibus honoribus cumulatissimum.

Hincque colligere licet, *censorium funus* idem esse ac maximum, præcipuum, et principalis fastigii funus, cum et consecratis Divisque principibus tribuatur.

[i] *Et mox consecratio*] Videtur illa consecratio præcessisse *Flaminium* illud *Claudiale* Agrippinæ. Quo modo enim decreti Claudio sacerdotes et sodales, nisi prius in Deorum numerum relatus esset? Quomodo Agrippina sacerdos seu Flaminica Claudii, nisi prius Claudius consecratus fuerit? attamen, puto, simul decreta fuisse Claudio consecrationem, et Agrippinæ *Flaminium Claudiale*.

Nam Tac. *simul Claudio censorium funus, et mox consecratio:* et Flaminium seu sacerdotium Agrippinæ ipse prius memorat, non quia sic ordine res gesta esset, sed ut quæ pertinerent ad Agrippinam simul uno contextu et eadem serie exequeretur.

Idem habet Suet. Ner. 9. 'Orsus hinc a pietatis ostentatione, Claudium apparatissimo funere elatum laudavit, consecravitque:' nempe Nero.

Consecratio] Mos ille primum institutus ab Augusto, quo consecravit Julium, dein Tiberius Augustum. De consecratione Augusti sic Dio: 'Erat lectus ex ebore et auro factus; ejus corpus jacebat occultum. Ante omnia statua ejus cerea vestitu triumphali videbatur, eaque ex palatio ferebatur ab iis, qui in sequentem annum magistratus designati fuerant: deinde ex curia altera aurea, tertia curru triumphali vehebantur; ferebanturque statuæ majorum ipsius, atque propinquorum, qui e vita discesserant, uno tantum Cæsare excepto: propterea quod jam esset in Deorum numerum relatus.

'Portabantur deinde statuæ civium Rom. omnium, quicumque in magistratu, ab ipso Romulo ad ea usque tempora fuissent. Sed et quædam Cn. Pompeii Magni statua ferri visa est. Aderant etiam omnes provinciæ et nationes pictæ, quæ aut in societatem ab ipso acceptæ, aut devictæ fuerant.' Vide Herodianum in Severo.

Dum ‘ antiquitatem generis,[j] Consulatus[k] ac triumphos majorum’ enumerabat, intentus ipse et ceteri; ‘ liberalium’ quoque ‘ artium’ commemoratio,[l] ‘ et, nihil regente eo Reip. triste ab externis[m] accidisse,’ pronis animis audita: postquam ad ‘ providentiam sapientiamque’[n] flexit, nemo risui

morabat vetustatem gentis, consulatus et triumphos avorum illius; *attentus* fuit *ipse et alii omnes:* liberalium *etiam* studiorum *mentio*, et nullam, eo imperante, illatam rei Romanæ ab hostibus cladem, *impensis auribus accepta: at postquam vertit orationem ad* prudentiam sapientiamque Claudii, *nemo risu*

NOTÆ

[j] *Antiquitatem generis*] De qua Sueton. Tib. 1. ‘ Patricia gens Claudia, (fuit enim et alia plebeia, nec potentia minor nec dignitate,) orta est ex Regillis, oppido Sabinorum. Inde Romam recens conditam cum magna clientum manu commigravit, auctore Tito Tatio, consorte Romuli: vel quod magis constat, a Claudio gentis principe, post reges exactos sexto fere anno, a patribus in patricios cooptata.’

[k] *Consulatus*] Non ipsius Claudii tantum, sed et Claudiorum gentis.

Consulatus ac triumphos majorum] De quibus Sueton. Tib. 1. ‘ Procedente tempore duodetriginta consulatus, dictaturas quinque, censuras septem, triumphos septem, duas ovationes adepta est;’ gens Claudia nempe.

[l] *Liberalium quoque artium commemoratio*] Suet. Claud. 3. ‘ Disciplinis tamen liberalibus, ab ætate prima, non mediocrem operam dedit, ac sæpe experimenta cujusque etiam publicavit. Verum, ne sic quidem, quicquam dignitatis assequi, aut spem de se commodiorem in posterum facere potuit.’

Multa tamen volumina historiæ composuit, et in principatu etiam sæpe per lectorem recitabat. Suet. 41. ‘ Composuit et de vita sua octo volumina, magis inepte, quam inelegante; item Ciceronis defensionem adversus Asinii Galli libros satis eruditam,’ &c.

[m] *Nihil regente eo Reip. triste ab externis*] Et id verum. Certe incendia quædam Romæ orta, et annonæ caritas exarsit; sed quibus malis obviam iit Claudius quantum in ipso fuit. Fuerunt adulteria magna, conjurationes nonnullæ, cædes equitum et senatorum. Sed hæc vulnera in penetralibus Reip. et a civibus, non ab hostibus illata.

[n] *Postquam ad providentiam sapientiamque*] Diceres, sic dedita opera formatam a Seneca orationem, ut palam irrideret talem dominantem: quod et fecit in Ludo.

Nam et maximo odio Claudium insectabatur ob exilii injuriam, ut patebit infra. Et si superessent orationes Senecæ, illæ maxime hujusce ævi historiam explanarent.

Ad providentiam sapientiamque] Forte nec id sine morsu Senecæ, qui infensus Claudio ob exilium fuit. Illum etiam sic irridet in Ludo: ‘ adjudicatur, C. Cæsari illum Æacus donat. Is Mænandro liberto suo tradidit, ut a cognitionibus ei esset.’

Ubi duplex irrisio. Illum tradit Caius Cæsar liberto suo Menandro, quia semper infra servos ingenium Claudii; deinde pari ironia, *ut a cognitionibus* Menandro esset, tanquam

temperare, quanquam oratio, a Seneca composita, multum cultus præferret: ut fuit illi viro ingenium amœnum,[o] et temporis ejus[1] auribus[p] accommodatum. Annotabant seniores, quibus otiosum[2] est vetera et præsentia contendere, ‘ primum ex iis, qui rerum potiti essent, Neronem alienæ facundiæ eguisse.’ Nam Dictator Cæsar[q] summis oratoribus

abstinere potuit; *quamvis oratio, formata a Seneca, plurimum elegantiæ ostentaret: ut fuit illi homini venustum et elegans ingenium, et* quod *illius ævi auribus mire placeret. Observabant natu grandiores, quibus per otium licet comparare* invicem *præterita et præsentia,* primum ex iis, qui imperium obtinuissent, Neronem alieno ingenio indiguisse. *Quippe D. Julius præcipuis orato-*

1 Ita Mss. Vatic. 1863 et 1864. Flor. Reg. editio princeps, Jac. Gronovius et recentiores. In Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. et Puteolanus, *temporis illius.* — 2 Sic Mss. Vatic. 1958. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus, Pichena et recentiores. In Mss. Vatic. 1863 et 1864. Reg. et editione principe, *quibus otium est.* Margini Ms. Vatic. 1863. additum *otiosum.*

NOTÆ

solertem et perspicacem hominem tradit: sic illum ore Neronis deridendum palam exhibuit Seneca.

[o] *Ut fuit illi viro ingenium amœnum*] Quintilian. l. x. Instit. ‘ Ingenium facile et copiosum, plurimum studii, multarum rerum cognitio: in qua tamen aliquando ab iis, quibus inquirenda quædam mandabat, deceptus est. Tractavit etiam omnem fere studiorum materiam. Nam et orationes ejus et poëmata et epistolæ et dialogi feruntur. In Philosophia parum diligens, egregius tamen vitiorum insectator fuit. Multæ in eo claræque sententiæ, multa etiam morum gratia legenda; sed in eloquendo corrupta pleraque, atque eo perniciosissima, quod abundant dulcibus vitiis. Velles eum suo ingenio dixisse, alieno judicio. Nam si aliqua contemsisset, si parum concupisset, si non omnia sua amasset, si rerum pondera minutissimis sententiis non fregisset; consensu potius eruditorum, quam paucorum amore, comprobaretur.’

[p] *Et temporis ejus auribus*] Perstringere videtur Tacitus eloquentiam Senecæ, quam ipse repererat, et quæ eo ævo placebat, nempe, quia nova; licet hæc degenerasset ab ævo Augusti, et quæ forte non tam placebat mox ævo Trajani seu Taciti.

Quam et facundiam irriserat Caius imperator, cujus turbata mens quandoque, non tamen ingenium aut eloquentiam prorsus turbaverat; in quod etiam genus eloquentiæ Quintilianus et alii acriter invecti sunt.

[q] *Dictator Cæsar*] De quo Suet. Jul. 55. ‘ Eloquentia militarique re aut æquavit præstantissimorum gloriam, aut excessit. Post accusationem Dolabellæ, haud dubie principibus patronis annumeratus est. Certe Cicero ad Brutum oratores enumerans, negat se videre cui Cæsar debeat cedere: aitque eum elegantem, splendidam quoque, ac etiam magnificam ac generosam quodam modo rationem dicendi tenere: et ad Cornelium nepotem de eodem ita scripsit: Quid? oratorum quem huic antepones eo-

æmulus: et Augusto promta[r] ac profluens, quæ deceret Principem, eloquentia fuit. Tiberius artem quoque callebat,[s] qua verba expenderet, tum validus sensibus,[t] aut[3] consulto ambiguus.[u] Etiam C. Cæsaris[v] turbata mens vim

ribus rivalis, et ipsi *Augusto facundia fuit facilis ac profluens, et quæ imperatori conveniret. Tiberius etiam artem noverat, qua verba ponderaret, tum sententiis acer et vehemens, aut de industria abstrusus. Caligulæ quoque commotus animus*

3 Ita Rhenanus e Ms. Bud. quod recentioribus omnibus probatum. In Mss. Vatic. Oxon. Guelf. et editionibus veteribus, *ac*. Nec ita spernendum.

NOTÆ

rum, qui nihil aliud egerunt? quis sententiis aut acutior aut elegantior?' &c. 'Pronuntiasse autem dicitur voce acuta, ardenti motu, gestuque non sine venustate. Orationes aliquas reliquit,' &c.

[r] *Augusto promta*] Sic Suet. 86. 'Genus eloquendi secutus est elegans et temperatum: vitatis sententiarum ineptiis, atque inconcinnitate, et reconditorum verborum, ut ipse dicit, fœtoribus; præcipuamque curam duxit, sensum animi quam apertissime exprimere.'

Et hoc est eloquentiæ genus quod principem deceat et patrem patriæ. Nec abs re irridet Mæcenatis μυροβρεχεῖς cincinnos, et exagitat Tiberium ambigue dicentem, et Antonium, 'ea scribentem quæ mirentur potius homines, quam intelligant.'

Promta ac profluens] Facilis fuit eloquentia Augusti, et quæ libere proflueret: ut qui non ponderaret aut expenderet verba, ut Tiberius, neque cogeret in obscuritatem affectatam, ut M. Antonius.

[s] *Tiberius artem quoque callebat*] Suet. Tib. 70. 'Artes liberales utriusque generis studiosissime coluit. In oratione Latina secutus est Corvinum Messallam, quem senem adolescens observaverat; sed affectatione et morositate nimis obscurabat stylum: ut aliquanto ex tempore, quam a cura præstantior haberetur.' Idem Suet. Aug. 86. 'Sed nec Tiberio parcit (Augustus) et exoletas interdum, et reconditas voces aucupanti.'

[t] *Tum validus sensibus*] Nempe cum verba expenderet seu ponderaret, tum aut validus sensibus, id est, sententiis acer et vehemens; aut consulto ambiguus, id est, meditatis verbis, et sic dubio atque ambiguo sermone de industria mentem suam tegens, abstrudens.

[u] *Aut consulto ambiguus*] Sic l. 1. 'Tiberioque etiam in rebus, quas non occuleret, seu natura sive assuetudine, suspensa semper et obscura verba: tunc vero nitenti, ut sensus suos penitus abderet, in incertum et ambiguum magis implicabantur.'

Ambiguus] Obscurus, ita ut in varios et diversos sensus capi flectique posset illius oratio: in actione et sermone omni, præcipua cura incubuit, ne satis intelligeretur; illeque natura vel arte, vel utrisque simul, in id pronus fuit.

[v] *C. Cæsaris*] Qui etiam libros scripsit de arte dicendi, ut vult Suidas: 'Caius Cæsar, qui appellatus est Caligula, de arte oratoris scripsit Romano sermone:' quem tamen puto ego falli; eosque Germanici fuisse. *Lipsius.*

dicendi non corrupit. Nec in Claudio,[w] quotiens meditata dissereret,[4] elegantiam[x] requireres. Nero puerilibus statim annis vividum animum in alia detorsit: cœlare,[5] pingere,[y] cantus aut regimen equorum exercere:[z] et aliquando,

eloquendi artem non turbavit. Nec in Claudio quoties prævisa censeret, facundiam desiderares. Nero juvenili statim ætate vigentem animum ad alias artes deflexit: cælare et pingere cœpit, *et musicæ vel aurigationi incumbere, et interdum faciendis*

Brotier.—4 Ms. Flor. et editio princeps, *dissererentur*. Puteolanus et alii, *dissereret*.—5 Puteolanus edidit, *cælare et pingere*, et sic Gronovius et Ryckius. Ernestus copulam omisit, Ms. Flor. et editionem principem secutus.

NOTÆ

C. Cæsaris turbata mens] Suet. Cal. 53. 'E disciplinis liberalibus minimum eruditioni, et eloquentiæ plurimum attendit, quantumvis facundus et promtus: utique si perorandum in aliquem esset, irato et verba et sententiæ suppetebant: pronuntiatio quoque et vox, ut neque eodem loci præ ardore consisteret, et exaudiretur a procul stantibus. Peroraturus, stricturum se lucubrationis suæ telum minabatur: lenius comtiusque scribendi genus adeo contemnens, ut Senecam tum maxime placentem, commissiones meras componere, et arenam esse sine calce, diceret. Solebat etiam prosperis oratorum actionibus rescribere, et magnorum in senatu rerum accusationes defensionesque meditari: ac prout stylus cesserat, vel onerare sententia sua quemque, vel sublevare; equestri quoque ordine ad audiendum invitato per edicta.'

Turbata mens] Licet Caius mente emota et turbata esset, tamen eloquentiam paravit, nec turbata mens eloquentiam illius omnino perturbavit.

Furebat haud dubie in sermone et oratione, ut in aliis rebus; attamen sic etiam eloquentiam habuit, nec alieno ingenio egebat. *Turbata mens* illius fuit per valetudinem improsperam et instabilem, quod et ipse animadverterat. Vide Suetonium.

[w] *Nec in Claudio*] Qui neque infacundus fuit, teste Suet. Claud. 40. 'Multaque talia etiam privatis deformia, nedum principi, neque infacundo neque indocto, immo etiam pertinaciter liberalibus studiis dedito.' Et c. 5. Augustus ipse de Claudio sic scribit ad suam Liviam: 'Tiberium nepotem tuum placere mihi declamantem potuisse, peream, nisi, mea Livia, admiror. Nam qui tam ἀσαφῶς loquatur, qui possit, cum declamat, σαφῶς dicere quæ dicenda sunt, non video.'

[x] *Elegantiam*] Etiam libros de vita sua composuerat, 'magis inepte, quam ineleganter,' teste Suetonio.

[y] *Cælare, pingere*] Quæ artes ineptæ et deformes in dominante.

[z] *Aut regimen equorum exercere*] Suet. Ner. 22. 'Equorum studio vel præcipue ab ineunte ætate flagravit, plurimusque illi sermo, quanquam vetaretur, et de Circensibus erat. Et quondam tractum Prasinum agitatorem inter condiscipulos querens, objurgante magistro, de Hectore se loqui ementitus est.'

Regimen equorum] Ita ut regeret etiam equas hermaphroditas, quasi ut monstrum monstris inveheretur. Sic Plin. 11. 49. 'Contra, mulierum paucis prodigiosa assimilatio: sicut

carminibus pangendis,[a] inesse sibi elementa doctrinæ[b] ostendebat.

4. Ceterum, peractis tristitiæ imitamentis,[c] curiam in-

versibus, habere se principia quædam scientiæ demonstrabat.

At perfectis de more *exequiarum cærimoniis,* Nero *senatum ingressus, exorsus-*

NOTÆ

hermaphroditis utriusque sexus: quod etiam quadrupedum generi accidisse, Neronis principatu primum arbitror. Ostentabat certe hermaphroditas subjunctas carpento suo equas, in Treverico Galliæ agro repertas: seu plane visenda res esset, principem terrarum insidere portentis.'

[a] *Carminibus pangendis*] Suet. Ner. 52. 'Itaque ad poëticam pronus, carmina libenter ac sine labore composuit: nec, ut quidam putant, aliena pro suis edidit.' Et c. 10. 'Recitavit et carmina, non modo domi, sed in theatro, tanta universorum lætitia, ut ob recitationem supplicatio decreta sit, eaque pars carminum, aureis literis, Jovi Capitolino dicata sit.'

[b] *Elementa doctrinæ*] Ita ut tyrocinii rudimenta deposuisset, essetque mediocriter eruditus. Martialis: 'Carmina qui docti nota Neronis habet.'

Elementa doctrinæ] Nempe artis poëticæ, forte et fabularis historiæ. Nota, dicit tantum *elementa*, seu principia. Nam infra, Tac. XIV. 16. Neronem ut malum poëtam reprehendit: 'considere simul, et allatos, vel ibidem repertos versus connectere, atque ipsius verba, quoquo modo prolata, supplere: quod species ipsa carminum docet, non impetu, sed instinctu, nec ore uno fluens.'

[c] *Ceterum, peractis tristitiæ imitamentis*] Indicat auctor, intrasse curiam, cum aliquandiu ante publico abstinuisset, quasi ob gravem luctum, qui risus potius fuerat, aut certe gaudium. Sic l. III. Ann. 5. 'Præpositam toro effigiem, meditata ad memoriam virtutis carmina, et laudationes et lacrymas, vel doloris imitamenta.'

Et XIV. 4. 'Additurum principem defunctæ templum, et aras et cetera ostentandæ pietatis.' Piso apud nostrum II. 77. 'Periisse Germanicum, nulli jactantius mœrent, quam qui maxime lætantur.' *Gruterus.*

Justinus XII. 3. 'Hæc cum nuntiata in Parthis Alexandro essent, simulato mœrore, propter Alexandri cognationem, exercitui suo triduum luctum indixit.' *Gronovius.*

Tristitiæ imitamentis] Id est, Luctus et exequiarum cærimoniis peractis. Certe cærimoniæ illæ exhibent adumbrantque mœstitiam animi, et idcirco *tristitiæ imitamenta* vocantur.

Nec forte tamen frustra tali voce usus Tacitus, quia tum potius imitamenta doloris, et histrionica adumbratio luctus fuit, quam veri et sinceri doloris argumenta aut specimina.

Imitamentis] Certe exequiæ principum vera imitamenta mœstitiæ, neque enim sine pompa, aut veluti scena transigebantur. Aderant præficæ, quæ jussas et *in statione positas,* lacrymas profunderent: aderant et histriones, qui luctum adumbrantes, risum tamen incitarent.

Notat Suetonius de Vespasiano 19. 'Sed et in funere Favor archimimus, personam ejus ferens, ut est mos, facta ac dicta vivi, interrogatis palam procuratoribus, quanti funus et pompa constaret, ut audiit H. S. centies, exclamavit, Centum sibi sestertia darent, ac se vel in Tiberim projicerent.' Sic Vespasiani avaritiam de-

gressus, et ‘ de auctoritate Patrum,[d] et consensu militum’[e] præfatus, ‘ consilia sibi et exempla[f] capessendi egregie[1] Imperii’ memoravit: ‘ nec juventam armis civilibus,[g] aut do-

que de decreto Patrum, et suffragio militum, *recensuit* quæ sibi consilia essent, et exempla bene gerendæ Reip. nec adolescentiam *suam* bellis intestinis,

1 Sic bene Rhenanus. In Mss. et editionibus veteribus, *egregii*. Brotier.

NOTÆ

ridebat histrio.

[d] *De auctoritate Patrum*] Qua nempe *auctoritate* firmata adoptio ipsius, qua firmatus ipsi principatus, et ut sic etiam animos Patrum sibi conciliaret Nero, quasi illis deberet imperium, seque senatui obstrictum tali merito profiteretur: atque hæc ingenio et consilio Senecæ.

[e] *Et consensu militum*] Hos nunc postponit senatui in senatu, et tamen prius iverat in castra, quam in curiam, ut potius electus a milite videretur.

Et consensu militum] Præcipue intelligit prætorianum militem, forte etiam et legiones ipsas, (hæc enim oratio non statim, sed mox habita in senatu,) consensisse, non modo inter se, de eo asciscendo in principem, sed et cum ipsis Patribus consensisse: quare ibi utrumque connectit, et *auctoritatem patrum*, et *consensum militum*.

[f] *Consilia sibi et exempla*] Consilia sua, nempe de principatu bene instituendo; consilia sua de forma futuri principatus; quasi certas regulas regendi sibi sic præscriberet, in quas intueretur, et quas nunc describit, palamque proponit, ut sic eas sequendi, veluti necessitatem sibi imponat. Et certe orationes illæ Neronis insculptæ aurea columna, ut essent in exemplum, non modo Neroni ipsi, sed etiam omnibus principibus successuris, teste Dione.

Exempla] Bonorum nempe principum, et præcipue Augusti. Sic Sueton. Ner. 10. ‘ Atque ut certiorem adhuc indolem ostenderet, ex Augusti præscripto imperaturum se professus, neque liberalitatis, neque clementiæ, nec comitatis quidem exhibendæ, ullam occasionem omisit.’ Talia sæpe initia principum. Sed nondum finis.

De tali oratione Neronis sic Dio: ‘ Septemdecim annorum fuit, cum imperare cœpit: dein castra ingressus, lectis iis quæ Seneca scripserat, militibus, quantum eis Claudius dederat, promisit. Talia et fuere, quæ in senatu (et ipsa hæc a Seneca scripta) recitavit, ut decreto senatus insculperentur in columna argentea, ut quotannis, cum novi consules magistratum inirent, legerentur. Et ex his quidem se comparabant patres, tanquam boni principis imperium, velut ex syngrapha quadam habituri.’

Attamen distinguit Tacitus inter orationem quam, statim atque salutatus fuit Imperator, habuit in senatu, et istam, quam habuit post imitamenta tristitiæ peracta; et patet, pluribus orationibus animos patrum plebisque demeruisse Neronem, dum illum regeret Seneca.

[g] *Nec juventam armis civilibus*] Obiter perstringere videtur principatum Augusti, qui certe attulit juventam imperio, sed cruore civium et domes-

mesticis discordiis, imbutam: nulla odia, nullas injurias, nec cupidinem ultionis afferre.' Tum 'formam futuri Principatus' præscripsit,[h] ea maxime declinans,[i] quorum recens flagrabat invidia. 'Non enim se negotiorum omnium judicem[j] fore, ut, clausis unam intra domum accusatoribus et reis, paucorum potentia[k] grassaretur. Nihil in Penatibus suis venale,[l]

aut motibus civicis implicitam, disserit; nullasque offensiones *secum* invehere, nullas iras, nec cupiditatem vindictæ. *Tum* exemplar futuræ dominationis *delineavit præfinivitque, ea præcipue devitans, quorum recens ardebat adhuc invidia.* Non enim se causarum omnium arbitrum futurum, *ita* ut inclusis intra easdem ædes delatoribus et sontibus, paucorum vis grassaretur.

NOTÆ

ticis discordiis imbutam.

[h] *Præscripsit*] Id est, Ita descripsit, ut palam sibi ipse præscriberet regendi formam: seu, In antecessum exemplum regni descripsit ac delineavit.

[i] *Ea maxime declinans*] Non ita ea flagitia dominationis Claudii declinat, ut de iis sileat; immo ea affert et amplificat verbis, et proposita talia monstra se declinaturum promittit, præmonitus nempe a Seneca, qui talem dominationem aversabatur, et recte ac jure merito.

Declinans] Id est, declinaturum prædicabat, promittebat.

[j] *Non enim se negotiorum omnium judicem*] Quod quidem factum sub Tiberio, primum in palatio, deinde in secessu Caprearum; unde veniens epistola res decidebat, et senatus veluti satelles dominantis exequebatur: id et sub Caio Cæsare, sub Claudio item obtinuit.

Ea igitur tanquam declinaturus, proponit Nero; quia recens talium invidia flagrabat: sic Valerium Asiaticum, cujus hortis inhiabat Messallina, Claudius, nulla data senatus copia, intra cubiculum audivit, damnavitque ipsa coram Messallina; sic et Macro ante sub Tiberio. 'Non enim,' inquit, 'se negotiorum omnium judicem fore.' Quæ certe vitia præpolluerant sub aliis principibus, sed præcipue recens sub Claudio, artibus libertorum et uxorum, Messallinæ, dein et Agrippinæ.

Negotiorum omnium judicem] Quia sic grassabantur liberti, ut et Messallina uxor, II. 5.: dein et Agrippina; nam in cubiculo Cæsaris reus et accusatores clausi; quod et postea ipse Nero cum sua Poppæa et Tigellino, XV. 61. usurpavit. Libertas suffragiorum corrumpitur ipsa vel præsentia principis; sic Tiberio judiciis assidente, quanquam 'multa eo coram adversus ambitum et potentium preces constituerentur, tamen dum veritati consulitur, libertas corrumpebatur.' I. 75.

[k] *Paucorum potentia*] Quod opponitur libertati et principatui, qui non opprimit libertatem, sed licentiam tantum. Quod opponitur et veritati, seu justitiæ, et inprimis auctoritati patrum, et bono principi, qui nec totam libertatem nec totam servitutem velle debet.

[l] *Nihil in Penatibus suis venale*] Tac. in Agric. XIX. 'A se suisque orsus, primum domum suam coërcuit, quod plerisque haud minus arduum est, quam provinciam regere: nihil per libertos servosque publicæ rei: non studiis privatis, nec ex commendatione aut precibus centurionum mili-

aut ambitioni pervium: discretam domum et Remp.[m] Teneret antiqua munia Senatus:[n] Consulum tribunalibus Italia,[o] et publicæ provinciæ[p] assisterent. Illi Patrum aditum[q] præberent: se mandatis exercitibus consulturum.'[r]

Nihil in domo sua pretio, aut cupidini *fore* penetrabile; distinctam domum et Rempublicam. Retinerent Patres vetera munia: tribunalibus consulum astarent Italia, et provinciæ populi Rom. Consules referrent apud senatum: se commissis legionibus provisurum.

NOTÆ

tes ascire, sed optimum quemque fidelissimum putare,' &c.

[m] *Discretam domum et Rempub.*] Ita ut liberti et procuratores Cæsaris, tantum fisci et rei familiaris satagerent; nequaquam ambitiosi in Rempub. in senatum, aut provincias senatui et Pop. Rom. permissas.

Qui enim in se transfert omnia munia senatus, et magistratuum et legum, ambitioni aditum aperit, omnia venalia exhibet, ac paucorum prædæ et principatum et Rempub. exponit.

Discretam domum et Rempub.] Ita ut liberti et procuratores sui, tantum fiscum principis et rem familiarem domumque ejus administrarent; rebus autem publicis, officiis, dignitatibus, provinciis, vel favore vel pecunia tribuendis nequaquam se immiscerent; neque delationibus et judiciis, gratia et auctoritate familiarium decidendis, se implicarent.

Si superessent nunc orationes ipsius Senecæ, haud dubie haberemus multa egregia hujusmodi præcepta Reipublicæ gerendæ, quæ præscribebat ipse Neroni, quæ ore Cæsaris pronuntiabat; ut sic clementiam ejus obstringeret in perpetuum; et quæ talia fuerunt, ut in columna argentea insculpta sint, et singulis annis, velut in exemplum æternum dominantium legerentur frequenti senatu, et coram principe ipso, ne unquam obliterarentur.

[n] *Antiqua munia Senatus*] Nonnulli putant id dolo factum seu dictum a Nerone, quasi sic deluderet Patres, dum Senatum occupat causis judicandis, ut ipse liberius dominatione frueretur; nam ita sensim ex senatu fiebat curia judicum, ex prætorio tribunal. At deluduntur ipsi qui sic sentiunt.

Nam certe imperitantibus Cæsaribus, non alia habuere munia, aut habere potuerunt. Imperabant patres, et obtinebant illi provincias inermes, quas *publicas* vocat Tacitus, et consulum tribunalibus Italia et provinciæ pacatæ respondebant; quo manebat majestas et imago priscæ Reipublicæ.

Certe vetere Repub. longe major auctoritas Patrum, quia tum belli et pacis arbitria tractabant. Sed eo statu rerum, et uno dominante, nullo modo eos deludit Nero; immo sincere, benigne et serio agit consiliis Senecæ; et utinam sic semper se et Rempub. gereret.

[o] *Consulum tribunalibus Italia*] Polybius l. VI. 'Similiter et quæcumque crimina apud Italiam perpetrata egent animadversione publica, ut sunt proditiones, conjurationes, veneficia, homicidia; horum curam habet senatus. Præterea si quis privatus, si quæ civitas, aut punitione, vel auxilio, aut custodia indiget, his rebus omnibus consulit, atque providet senatus.'

Consulum tribunalibus] Idque exemplo Augusti, et ex more institutoque veteris Reipublicæ.

NOTÆ

Consulum tribunalibus Italia] Contra II. 35. Gallus contendebat: 'Nihil satis illustre aut ex dignitate Pop. Romani, nisi coram et sub oculis Cæsaris: eoque conventum Italiæ et affluentes provincias præsentiæ ejus servanda dicebat.' Sed hæc per adulationem in principem.

Et certe hoc consulum jus fuit, ut patet l. XIII. 28. 'Manebat nihilominus quædam imago Reipub.' &c. 'Simul prohibiti Tribuni jus prætorum et consulum præripere, aut vocare ex Italia, cum quibus lege agi posset.' Neminem Tribuni vocare potuerunt ex Urbe, aut Italia, si vis abesset, sed tum id pænes consules fuit, aut prætores; et vim tantum repellere, non facere debuerunt tribuni; vis autem fiebat, si quos ex Italia vocarent, quibuscum lege agi et jure ordinario posset.

p *Italia, et publicæ provinciæ*] Nempe quia pacatissima Italia, et hæc inter provincias populi Romani, sicut aliæ provinciæ inermes; et longa pace ipsa utebatur. Quia sic usurpatum sub Augusto, quem sibi proponit in exemplum; et quia sic olim obtinuit vetere Repub. et priscum morem revocare voluit Nero, aut finxit, ingenio Senecæ obtemperans, qui non fingebat.

Publicæ provinciæ] Spectat ad divisionem Augustæam. Claudius pleraque omnia ad se traxerat: at Nero populi provincias, (eæ enim publicæ,) earumque controversias solis consulibus curæ fore, se Cæsarianis provinciis, in quibus exercitus erant, velle consulere prædixit. *Lips.*

Publicæ provinciæ] Sic dictæ sunt provinciæ, quæ populo Rom. cessissent, quasi *populicæ*, cum facta est earum divisio inter Augustum et S. P. Q. Romanum.

Has vero fuisse didici, quæ sequuntur: *Africa, Numidia, Cyrenaica, Asia, Bithynia* cum *Ponto, Græcia* cum *Epiro, Dalmatia, Macedonia, Creta, Sicilia, Sardinia, Hispaniaque Bætica.* Fuere quoque publicæ factæ, *Narbonensis* nostra, et *Cyprus*, pro quibus a populo Cæsar *Dalmatiam* recepit. *Vertranius.*

Publicæ provinciæ] Ita distributæ provinciæ, ut pacatæ et inermes parerent senatui, populoque Rom. armatæ vero, et ubi legiones erant, parerent principi. Quæ populi erant, *publicæ*, aliæ *Cæsaris*, dictæ.

q *Illi Patrum aditum*] Non muto. Consules, inquit, præbeant provincialibus aditum Patrum. At hæc oratio Senecæ adeò grata Patribus, ait Xiphilinus: 'ut in argenteam columnam incisa sit, et Kalendis anni novi, cum consules ineunt, ex decreto deinceps lecta.' Nec novum id Senatus decretum: excipio de argento.

Nam et antea semper principum orationes in æs incisæ, et Kalendis Jan. recitatæ. Morem quem non nimis notum suggerit mihi Dio lib. ultimo: 'Cum legerent in senatu orationes quasdam Augusti et Tiberii ex decreto, ita ut ad vesperam Senatus detineretur; legentes Claudius inhibuit, sufficere dicens, quod eæ in columnis incisæ essent.'

Lucem hinc do Plinii panegyrico: 'Acclamationes nostras,' inquit, 'ne qua interciperet oblivio, P. C., in publica acta mittendas, et incidendas in ære censuistis. Ante, orationes principum tantum ejusmodi genere monumentorum mandari æternitati solebant: acclamationes quidem nostræ parietibus Curiæ claudebantur.'

Et ab hoc ritu est, quod Q. Haterius apud Tacitum l. III. censet, 'ejus diei Senatusconsulta aureis literis in Curia figenda.' Ingerunt et Jurisconsulti, apud quos locis aliquot orationes hæ principum laudatæ.

5. Nec defuit fides. Multaque arbitrio Senatus constituta sunt: 'Ne quis ad causam orandam[s] mercede aut donis emeretur: ne designatis Quæstoribus edendi gladiatores necessitas[t] esset.' Quod quidem adversante Agrippina,

Neque fidem fefellit: plurimaque auctoritate Patrum decreta sunt: Ne quis pecuniam, aut munus sumeret ad litem tuendam; *et* etiam ne destinati quæstores spectaculum gladiatorum exhibere tenerentur. *Quod quidem pervicit Senatus,*

NOTÆ

Sed nec ab alia causa evenisse crediderim, quod Claudii oratio Lugduni nostro ævo reperta in tabula æris. *Lipsius.*

[r] *Se mandatis exercitibus consulturum*] Provincias cum populo diviserat Augustus, ita ut pacatas et imbelles populo Rom. relinqueret; at in limitibus imperii positas, quæque ob vicinitatem hostium, militaribus copiis et armis indigebant, sibi retinuit. Per *exercitus*, intelligit et provincias, in quibus constitutæ legiones erant, ut Germaniam, Syriam, Ægyptum, et castra ibi disposita.

[s] *Ne quis ad causam orandam*] De hac re statutum erat supra sub Claudio. II. 7. 'Capiendis pecuniis posuit modum, usque ad dena sestertia, quem egressi repetundarum tenerentur.'

At Sueton. Ner. XVII. dissentire videtur a Tacito. Nam sic habet: 'Cautum item, ut litigatores pro patrociniis certam justamque mercedem, pro subselliis nullam omnino darent, præbente ærario gratuita.'

Sic tamen forte conciliari possint, ut statim initio imperii Neronis, cautum sit, ne ulla merces acciperetur. Sic principia fervent; sed deinde cognitis difficultatibus et abusu legis, statutum esse modum tali mercedi; quod innuit Suet. 'Certam justamque mercedem.'

Ne quis, &c. ne designatis] Hoc utrumque statuerat Claudius. Quare et adversatur Agrippina, quasi *acta Claudii subverterentur.*

Metuebat quippe, ne sic etiam adoptio filii, et alia ipsius dolo et scelere impetrata, aut potius perpetrata, abolerentur.

[t] *Edendi gladiatores necessitas*] Pertinet ad abolendum Claudii scitum, qui, auctore Dolabella, sanxit: 'spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum pecunia eorum, qui Quæsturam adipiscerentur:' ait Tacitus l. XI.

Ubi suspecta vox, *adipiscerentur*. Cur enim hic ἐμφατικῶς scriptum, *ne designatis quidem*, nisi quia antea ex ea sanctione dabant etiam candidati?

Atque ita in Lampridii Alexandro lego: 'Quæstores candidatos, (malim, *Quæsturæ*,) ex sua pecunia jussit munera populo dare, sed ut post Quæsturam, Præturam acciperent.' Ceterum hoc Neronis decretum abolevit iterum Domitianus: de quo Suetonius c. 4. *Lips.*

Ea verba, *ne designatis quidem quæstoribus*, non referuntur præcise ad scitum Claudii, sed ad id quod immediate præcedit; *ne quis ad causam orandam mercede, aut donis emeretur.* Utrique se redimebant pecunia et donis, litigatores et quæstores, teste ipso Tacito supra; at nunc interdicitur utrisque talis corruptio, litigatoribus emere patronos, et dare illis mercedem ac pecuniam; simul et cavetur, *ne designatis quidem quæstoribus esset* necessitas redimendi tale munus, largitione spectaculorum. Cum dicit supra, *adipiscerentur*, id intelligit de

'tanquam acta Claudii subverterentur,'[u] obtinuere Patres: qui in palatium[v] ob id vocabantur, ut astaret, obditis[1] a tergo foribus velo discreta,[w] quod visum arceret, auditum[2]

obnitente Agrippina, quasi acta Claudii abolerentur; *ideoque* Patres *in regiam vocabantur, ut assisteret* fœmina, *occultis* ac secretis *retro foribus, tapete divisa, qui aspectum prohiberet, audiendi facultatem non auferret. Immo et oratoribus*

1 Brotier. legit *abditis*, et addit: Frustra tentat Lipsius, *obditis*. Male Gronovius, *obdito a tergo foribus velo discreta*.—2 *Auditus* Lipsius et re-

NOTÆ

designatis quæstoribus; nam certe adipiscebatur quæsturam qui designatus erat quæstor, ut et consulatum obtinebat qui consul esset designatus. Vox *quidem*, non refertur ad τὸ *designatis*, sed ad emtionem et pretium.

Edendi gladiatores] De ea re cautum etiam sub Claudio. Tac. I. 22. 'Iisdem consulibus P. Dolabella censuit spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum pecunia eorum, qui quæsturam adipiscerentur. Apud majores virtutis id præmium fuerat, cunctisque civium, si bonis artibus fiderent, licitum petere magistratus.'

Et infra: 'Quæstura tamen ex dignitate candidatorum, aut facilitate tribuentium, gratuito concedebatur; donec sententia Dolabellæ velut venundaretur.'

Igitur Nero hic veteris Reipub. instituta ac leges reducit, instauratque priscum morem, consilio Senecæ et Burrhi haud dubie.

[u] *Tanquam acta Claudii subverterentur*] Et certe multa subvertit Nero Suet. 32. 'Certe omnibus rerum verborumque contumeliis mortuum (Claudium) insectatus est, modo stultitiæ, modo sævitiæ arguens; nam et morari eum inter homines desiisse, producta prima syllaba jocabatur, multaque et decreta et constituta, ut insipientis atque delirí, pro irritis habuit.' Sic statim Nero, sed non tam odio quam consilio.

Tanquam acta Claudii subverterentur] Non mirum, si his adversatur Agrippina, multa enim constituta sub Claudio, instinctu et ambitione fœminæ, quæ stabiliri firmarique ipsius non parum intererat. Ut cædes clarorum virorum, exilia illustrium fœminarum, et multa alia ejusmodi.

[v] *Qui in palatium*] Puto, in templum (vide Suet. Aug. c. 29.) Apollinis Palatini. Supra l. II. 'Quatuor filiis ante limen curiæ astantibus, cum in Palatio Senatus haberetur.' *Lips.*

[w] *Obditis a tergo foribus velo discreta*] Sic melius, quam *abditis*. Intelligit autem vela quæ prætenta foribus: quibus etiam Claudius se texit. Sueton. c. 10. 'Prorepsit ad solarium proximum, interque foribus prætenta vela se abdidit.' Et Heliogabalus, narrante Lampridio, 'Subito militum strepitu exterritus, in angulum se condidit, objectuque veli cubicularis, quod in introitu cubiculi erat, se texit.'

Julius Pollux describit l. x. 'Ante cubiculum ad fores, velis seu tapetibus tibi opus est; sive simplex fuerit velum album, sive etiam multis ac variis coloribus eniteat.'

Id velum levabatur in admissionibus, Seneca epist. 81. 'Non crepuit subinde ostium, non allevabatur ve-

non adimeret.[x] Quin et legatis[y] Armeniorum,[z] causam

Armeniorum, causam nationis apud principem defendentibus, ipsa *ascendere tribu-*

centiores. Vulgo in Mss. et editionibus veteribus, *aditus.* Ms. Jes. *additus.* In margine Ms. Bodl. *auditum;* quod et Ernesto placebat. *Brotier. Auditus*

NOTÆ

lum.' Lampridius in Alexandro: 'Salutabatur, quasi unus de senatoribus, patente velo, admissionalibus remotis.'

Inde apud Jurisconsultos causas cognoscere *levato velo:* id est, palam omnibus admissis, l. v. c. de naufragiis: 'De submersis navibus decernimus, ut levato velo, istæ causæ cognoscantur.' Ad hæc et talia vela facit lapis vetus Romæ:

TI. CL. THALLUS
PRÆPOSITUS. VELARIORUM
DOMUS. AUGUSTIANÆ.

Erant tamen et alia vela in cœnationibus arcendi frigoris, itemque ornatus causa: de quibus Seneca l. IV. Quæst. Nat. et Tertullianus de habitu muliebri. *Lips.*

Conjiciebam, *obdito a tergo foribus velo discreta. A tergo,* puta, sedentis principis, *discreta velo,* quod *obditum* erat foribus, in quibus stabat ipsa. *Gronov.*

Abditis] Puto, erant fores abditæ quædam et secretæ a tergo senatus, in parte posteriori templi seu basilicæ, in qua habebatur senatus; quæ fores minus frequentatæ erant: a tergo consessus patrum, forte et regiæ viciniores, quibus astabat Agrippina, solo velo discreta; ita ut ipsa videri non posset, et unde tamen audiret ea quæ proferrentur in senatu.

Sic plures in suam factionem adigebat ipsa, et quasi libertatem patribus auferebat, ea censendi, quæ e Repub. essent: sic ipsa muliercula pars maxima senatus fuit, licet in senatu non conspiceretur.

Abditis] Vertit Clar. Harlæus, quasi apertæ essent portæ illæ, et separata esset velo fœmina a patribus in templo assidentibus.

Abditis] *Abditæ* nempe illæ fores; quia velum interpositum erat inter fores et astantes patres, et ipso velo discreta Agrippina ab assistentibus in senatu.

Abditis a tergo] Vertit interpres Hispanus, quasi staret Agrippina a tergo senatorum, ad fores communes alterius ædificii, quod connexum esset templo in quo sedebant patres; ita ut velo supra fores expanso, discreta esset Agrippina ab senatu.

Sed potuit esse ipsa ad fores *abditas* a tergo ipsius; *abditas* nempe velo, quod tegeret simul et fores et fœminam, quod inter ipsam et fores esset, ita ut solo velo expanso separaretur ipsa a patribus deliberantibus; neque necesse fuit, ut illæ fores responderint alteri ædificio.

Sufficiebat Agrippinæ, si non videretur, et tamen audiret, veluti coram, sententias patrum; quod summi momenti fuit, ad gratiam, ad assentationem, ad honores mox obtinendos, scire reginam, quid et quo modo tunc censerent patres; et hoc coram dominante per summam impotentiam fœmina, si omnes patres, vel nonnulli scirent, ipsam adesse et audire Agrippinam.

[x] *Auditum non adimeret*] Vulgo *aditum:* et immo vero adimebat *aditus:* nec adire, adiri, conspicive Agrippina voluit. Scribo, *auditus.* Lips.

Si legis *aditus,* intellige, ita ut ipsa

gentis apud Neronem orantibus, escendere[3] suggestum Imperatoris, et præsidere simul parabat; nisi, ceteris pavore defixis,[a] Seneca admonuisset, 'venienti matri occurreret.' Ita, specie pietatis,[b] obviam itum dedecori.

6. Fine anni, turbidis rumoribus, 'prorupisse rursum Parthos[c] et rapi Armeniam,' allatum est, 'pulso Rhadamisto,' qui sæpe Regni ejus potitus,[d] dein profugus, tum

nal Cæsaris, et præesse una cum filio *parabat; nisi, omnibus aliis metu attonitis, Seneca suasisset* Neroni, ut accedenti Agrippinæ obviam iret. *Ita prætextu caritatis flagitium devitatum est.*

Exeunte anno turbulentis nuntiis percrebuit fama, iterum irrupisse Parthos, et vastari Armeniam, exturbato Rhadamisto, *qui sæpe imperium ejus adeptus, post-*

etiam in textu servant Gronovius, Ryckius, Brotierus, et Homerus.—3 Ita Lipsius e Ms. Farnes. Sic quoque legitur in Ms. Flor. et in Ms. Vatic. 1864. qui mihi idem ac Farnesianus esse videtur. In ceteris Mss. Vatic. aliisque et editionibus veteribus, *ascendere*. Brotier.

NOTÆ

adire templum, nec tamen conspici posset, ob velum interpositum.

[y] *Quin et legatis*] Sic Dio l. LXI. de impotentia Agrippinæ: 'Sæpe eadem lectica vehebantur, quanquam illa magna ex parte vehi, hic consequi solebat; illa respondebat legatis, literasque ad populos et principes et reges mittebat. Quod cum diu factum esset, ferre graviter cœperunt Seneca et Burrhus, viri inter eos, qui apud Neronem erant, et prudentissimi et maximæ auctoritatis. Horum alter prætorianis militibus præfuit, alter præceptor erat: itaque commodam occasionem nacti, huic rei finem imposuerunt. Cum enim legati Armeniorum venissent, velletque Agrippina in tribunal, ex quo Nero cum eis colloquebatur, ascendere, eamque illi appropinquare viderent, adolescenti, ut ante descenderet, et ad matrem excipiendam procederet obviam, persuaserunt. Quo facto, non sunt reversi, alia simulata causa, ne Barbaris hanc labem ignominiamque imperii patefacerent.'

Neque redierunt ad tribunal, nempe Nero, Seneca, et Burrhus, ne sic dedecus imperii Romani coram Barbaris evulgaretur, ἐμβαλόντες τινὰ αἰτίαν: nempe Seneca et Burrhus, alio prætextu sumto, abscessere.

[z] *Armeniorum*] Vide notas VI. 32. XI. 9. *Tillemon.*

[a] *Pavore defixis*] Partim metu flagitii publici, partim, cum non auderent absterrere fœminam dominandi avidam a proposito, licet id maxime cuperent.

Ut puto, Burrhum hic præcipue intelligit, cujus curæ fuit, bello urgente, advertere, quid aut quomodo legatis Armeniorum responderet juvenis imperator: quod patet infra: 'Seneca hactenus promtior:' cunctator Burrhus.

[b] *Specie pietatis*] Specie caritatis, specie honoris in matrem, vitatum dedecus et flagitium publicum.

[c] *Parthos*] Vide notas XI. 8.

[d] *Sæpe Regni ejus potitus*] Bis Armeniæ potitus Rhadamistus; primo, cum patruum Mithridatem regem occidit, dein abeunte Vologeso. Ex ea primum ejectus deturbatusque ab ipsis

quoque bellum deseruerat.[e] Igitur, in urbe sermonum avida, 'quemadmodum Princeps, vix septemdecim annos egressus, suscipere eam molem aut propulsare posset? quod subsidium in eo, qui a fœmina regeretur? num prælia quoque, et oppugnationes urbium, et cetera belli per magistros[f] administrari possent,' anquirebant.[1] Contra alii, 'melius evenisse,' disserunt,[2] 'quam si invalidus senecta et ignavia Claudius militiæ ad labores vocaretur, servilibus jussis[g] obtemperaturus. Burrum tamen[h] et Senecam multarum[3] rerum experientia cognitos: et Imperatori quantum ad robur deesse? cum octavodecimo ætatis anno Cn.

ea fugatus, tum etiam bellum reliquerat. Itaque in civitate rumorum avida, scisciitabantur, qua ratione Cæsar, qui vix septemdecim annorum ætatem attigerat, posset sustinere illud *belli* pondus, aut amovere? quid auxilii *foret* in eo, qui a muliere gubernaretur? num certamina etiam, et obsidiones oppidorum, et reliqua belli *munia* per rectores *juventæ* geri possent? *Alii contra tuentur*, felicius accidisse, quam si imbellis senio et inertia Claudius, ad curas belli traheretur, libertorum imperiis obsecuturus. *Magistros* tamen Burrhum, et Senecam multo rerum usu probatos; et principem, quantum a firmata ætate

1 Sic Ms. Flor. et in margine Vatic. 1958. In Ms. Vatic. 1863. *anquirebat*, forte pro *anquirebatur*. Non ita bene in ceteris Mss. et veteribus editionibus, *inquirebant*. Brotier.—2 Bene Pichena e Ms. Flor. In veteribus editionibus, *dixerunt*. Idem.—3 Ms. Corb. *multa*. Ibi quoque abest *et* ante *Imperatori*.

NOTÆ

Armeniis, dein a Parthis, et tandem tertio regnum bellumque prorsus deseruit.

[e] *Deseruerat*] Non modo regnum Armeniæ, ut antea, sed et bellum ipsum reliquerat.

[f] *Per magistros*] Intelligunt Burrhum et Senecam, qui magistri dominationis, in pace facile Rempub. administrabant. Sed nunc quæstio erat, an sicut cetera imperii regebantur per tales magistros in otio, ita nunc et prælia oppugnationesque urbium pari facilitate per ipsos geri possent.

[g] *Servilibus jussis*] Nempe jussis libertorum ipse princeps obtemperaturus; quæ lues imperii maxima, quod vel unicum ac præcipuum flagitium dominationis. Eo major potentiorque princeps, quo minus vigent in aula liberti.

[h] *Burrum tamen*] Quasi diceret, Quamvis *magistri* vocentur per invidiam Burrhus et Seneca; attamen illos multarum rerum experientia cognitos probatosque, etiam antequam spei Neronis admoverentur. Experientia rei militaris Burrhus, eloquentia et doctrina literarum præcipue florebat Seneca.

Nonnulli sic vertunt, quasi jam illi multa suæ industriæ in administranda Repub. vel imperio, vel in principe regendo documenta dedissent; sed præter mentem Taciti, qui innuit tantum, illos bonis artibus innotuisse, sed priusquam juventutem principis regerent.

Pompeius,[i] nonodecimo Cæsar Octavianus, civilia bella sustinuerint. Pleraque[4] in summa[j] fortuna, auspiciis et consiliis,[k] quam telis et manibus geri. Daturum plane documentum, honestis an secus amicis uteretur, si Ducem,[l] amota invidia, egregium, quam si pecuniosum et gratia submixum per ambitum deligeret.'

abesse? cum Cn. Pompeius octodecim natus annos, Cæsar Octavianus undeviginti, bella civilia gesserint. Pluraque in principatu administrari fortuna, prudentiaque imperitantium, quam vi propria vel armis. Daturum plane exemplum *Neronem*, an egregios amicos haberet necne, si assumeret ducem, sublata æmulatione, eximium, *potius* quam opulentum et favore *aulæ* suffultum per ambitionem proveheret.

—4 Ita Mss. Vatic. Bodl. Corb. editio princeps, Lipsius et recentiores. In Mss. Harl. Jes. et in margine Ms. Bodl. *pluraque*. Sic et Puteolanus; quod nobis quoque placet plurimum. *Brotier*.

NOTÆ

[i] *Cn. Pompeius*] Civilibus bellis Syllæ et Marii interfuit; quorum et pars magna fuit, ita ut uni ipsi assurgeret Sylla, et jam tum orienti soli se comparabat Pompeius, respectu ipsius Syllæ jam senescentis, quo et facilius triumphum obtinuit, quem negabat ipsi dictator.

Cn. Pompeius] Bello civili inter Marium et Syllam contraxit copias privata auctoritate ex clientibus suis et paternis amicis, quas deduxit junxitque Syllæ summa fama; ita ut soli Pompeio Sylla caput aperiret salutaturus; et jam tum Syllaturire cœpit Pompeius. Nec forte *melior* jam tum, sed *occultior* dictatore Sylla, ut et mox Cæsare.

[j] *Pleraque in summa*] Satis placet quod Rhenanus. Magna, ait, ex parte, res etiam a Principe in bello gerendas, ejus esse indolis, uti mandata et melius per legatos sive ministros, quam per ipsum præsentem armatum et concursantem vel satagentem, expediantur et transigantur.

Sueton. Octav. 21. 'Domuit autem partim ductu, partim auspiciis suis Cantabriam, Aquitaniam,' &c. *Auspiciis suis*, id est, per legatos suos, ubi ipse non intervenit, nec præsens fuit. *Gronovius*.

In summa fortuna] Intelligit Reges et principes ipsos, qui nempe rerum et imperii potiuntur.

[k] *Auspiciis et consiliis*] Id sic explicant, quasi princeps plura agat prudentia et consilio suo, quam vi et armis legionum. Et ex II. 26. afferunt exemplum Tiberii, qui dicit *se novies missum* ab Augusto in Germaniam, *plura consilio quam vi perfecisse*.

Sed sensus Taciti præcise hic est, plura ab ipso principe, auspiciis ipsius et consiliis geri, quam telis et manibus ipsius ejusdem præsentis in castris, ac certantis: quod exemplo Augusti notissimum, qui fere nulli prælio interfuit, sed *auspiciis* suis, id est, *per legatos*, plurimas res gessit.

Et infra Tacitus Hist. I. *Auspicia* illa vocat *numen Othonis*. Et Ovid. de Augusto: 'Per quem bella geris, cujus nunc corpore pugnas; Auspicium cui das grande, Deosque tuos.'

[l] *Honestis an secus amicis uteretur, si*

7. Hæc atque talia vulgantibus, Nero et ‘ juventutem proximas[m] per provincias quæsitam supplendis Orientis[n] legionibus admoveri,[1] legionesque ipsas propius Armeniam collocari’ jubet: ‘ duosque veteres[o] Reges, Agrippam et Antiochum,[2 p] expedire copias, quis Parthorum fines ultro

Hæc et similia disserentibus, Cæsar progredi *jubet* juvenes *seu tirones* per finitimas regiones delectos supplendis exercitibus Orientis, et legiones ipsas accedere propius Armeniam *præcipit;* duosque antiquos Reges, Agrippam et Antiochum, parare exercitus *jubet*, quibus Parthorum terras ultro irrumpe-

1 *Admovere* Gronovius, Ryckius, Brotierus, et Homerus. Sed mallet Pichena, *admoveri;* cum mox sequatur *collocari.*—2 Male Mss. Vatic. 1958. et Flor. *et Jocchum.* In Mss. Vatic. 1863 et 1864. et editione principe *Jocchiùm.* Mss. Harl. et Guelf. *Locchum.* Merito recepit Ryckius, *Antiochum,* Lipsio

NOTÆ

Ducem] Non dubito, expungendam *si* particulam, adjectam a quodam phrasis Cornelianæ non admodum gnaro. *Egregium quam pecuniosum*, hoc est, egregium potius quam pecuniosum. Exempla sunt complura, in quibus istud *potius* non exprimitur, sed intelligitur: quorum unum tantum alterumque ascribam, assertioni meæ firmandæ. Supra III. 32. ‘ Nobilitatem sine probro actam honori, quam ignominiæ habendam.’ IV. 61. ‘ claris majoribus quam vetustis.’ *Freinshem.*

[m] *Proximas*] Non Urbi aut Italiæ, sed Orienti et Armeniæ: idque brevius sic principi et ipsis exercitibus; nempe ut supplerentur his delectibus legiones Orientis, et Syriæ præcipue.

Proximas per provincias] Puto, proximas Orienti et Armeniæ, ut sunt Syria, Palestina, Cilicia, Cappadocia, Commagene, et aliæ transmarinæ provinciæ. Non enim delectus ille habitus in Italia, neque forte in Europa ipsa.

Sic infra Tac. l. XIII. 35. ‘ Et habiti per Galatiam ac Cappadociam delectus.’

Alii intelligunt provincias proximas urbi, seu principi; sed perperam.

Intelligendum, quasi sic scripsisset, *supplendis Orientis legionibus, quæsitam per proximas provincias juventutem. Proximas*, Orienti nempe.

[n] *Orientis*] Vide notas XI. 9. *Tillemonius.*

[o] *Veteres*] Quia nempe avitas opes, avitaque regna possidebant; sicque hi validiores copiis et armis erant.

Veteres Reges] Sic vocat, quia opulentum et avitum regnum possidebant, et quia jam olim appellati Reges a populo Rom. ipsi, seu majores illorum.

Etiam *veteres* vocat per comparationem duorum regulorum, de quibus postea; *Aristobuli* nempe, et *Sohemi*, quos nuncce et noviter Nero *insignibus regiis* ornabat, olim recepto more, habere *reges inter instrumenta servitutis.*

[p] *Agrippam et Antiochum*] Agrippam intelligit Agrippæ filium, cognomento Juniorem; qui Galilææ Trachonitidis et partis Judææ rex: de quo Josephus l. XX. satis. Vulgo *Iocchum:* sed Iocchus iste quis? utrum *Bocchus rescribendum?* an potius expleta voce *Antiochus?* Quod verum censeo. Intelligit Antiochum regem Commagenes, et in parte Ciliciæ: de quo Josephus l. XIX. ‘ Cum abstulis-

intrarent: simul pontes[q] per amnem Euphratem[r] jungi. Et minorem Armeniam Aristobulo,[s] regionem Sophenen[3] Sohemo[t] cum insignibus Regiis' mandat. Exortusque in tempore[u] æmulus[v] Vologeso,[4] filius Vardanes:[w] et abscessere Armenia Parthi, tanquam differrent bellum.

rent; simulque pontes exstrui apud fluvium Euphratem. Et *tribuit* Armeniam minorem Aristobulo, et provinciam Sophenem Sohemo cum regiis ornamentis. *Extititque peropportune rivalis Vologeso, filius Vardanes: et Parthi reliquere Armeniam, quasi bellum in aliud tempus remitterent.*

jam ceterisque probatum. *Brotier.*—3 Vulgo, *Sophenem.* Sed aut *Sophenen* aut *Sophenam* analogia postulat. Regio juxta Armeniam Masium inter et Antitaurum montes, cujus regia *Carcathiocerta*, juxta Strabonem l. XI. in qua Tigris post quinque et viginti millia passuum sub terras mersus emergit iterum, si non fallit Justinus XLII. 3. Lucano 'mollis Sophene.' *Ryckius.* —4 Cod. Meus: *Vologesi;* sed utroque modo dixisse videtur. *Idem.*

NOTÆ

set Antiocho regnum quod habuit, ei Ciliciæ partem quandam, simul et Comagenem tribuit.' Et Dio l. LX.

Confirmat eam scripturam noster infra, qui in auxiliis Corbulonis Antiochum nominat: iteratque hoc mandatum: 'Simul,' inquit, 'Antiochum regem monet, proximas sibi Præfecturas petere.' Vaticano tamen est, *Lochium.* Lipsius.

Iocchum] Sic in vett. libris: haud dubie leg. *Antiochum;* namque is inter *veteres reges* jam olim imperio Rom. inserviebat ipse, vel majores illius. De quo supra XII. 55. Dein 'rex ejus oræ Antiochus blandimentis adversus plebem, &c. ceteros clementia composuit.'

Et XIII. 37. 'Simul Antiochum regem monet, proximas sibi præfecturas petere.' Sic XIV. 26. 'pars Armeniæ, ut cuique finitima, &c. Aristobulo atque Antiocho parere jussæ sunt.'

[q] *Pontes*] Cum aggeribus, cum turribus nempe et machinis, quibus invadentem hostem arcerent ripa; et quibus pontibus ipsi Romani Mesopotamiam et præfecturas proximas Parthorum ingrederentur, in ipsamque Armeniam liberius ac facilius ex Syria commearent.

Pontes per amnem Euphratem] Sic XV. 9. 'Interim Corbulo nunquam neglectam Euphratis ripam crebrioribus præsidiis insedit: et ne ponti injiciendo impedimentum hostiles turmæ afferrent, (jam enim subjectis campis magna specie volitabant,) naves magnitudine præstantes, et connexis trabibus auctas, egit per amnem,' &c.

[r] *Euphratem*] Vide notas VI. 31. *Tillemonius.*

[s] *Minorem Armeniam Aristobulo*] Josephus l. XX. 'Minoris Armeniæ regnum Herodis Chalcidis regis filius accipit a Nerone:' et addit id factum, 'primo Neronis imperii anno;' convenienter plane cum Tacito. *Lipsius.*

Minorem Armeniam] Vide notas XI. 9. *Tillemonius.*

[t] *Sophenem Sohemo*] Nescio an idem sit, qui a Caio constitutus Arabum Ituræorum rex, auctore Dione.

8. Sed apud Senatum omnia in majus celebrata sunt sententiis eorum, qui 'supplicationes,[x] et diebus supplicationum vestem[y] Principi triumphalem,[z] utque ovans urbem iniret,[a] effigiesque ejus,[b] pari magnitudine ac Martis Ulto-

Sed apud Patres cuncta in majus laudibus evecta sunt illorum sententiis, qui decrevere supplicationes, et diebus supplicationum cultum triumphalem Neroni; utque ovans civitatem intraret, et imagines ejus æquali proceritate, ac

NOTÆ

Sed apud eum Σοαῖμος dicitur, et fortasse ita scribendum. *Lipsius.*

Sophenem] Sophene, regio Armeniæ majoris, circa Euphratem fluvium. Ex Ptolem. v. 13. *Tillemonius.*

[a] *Exortusque in tempore*] *In tempore*, id est, tempestive, seu peropportune, nempe Romanis; sic enim Parthi Armeniam et bellum differre coacti sunt, re majoris ponderis distenti; nam de summa rerum agebatur inter patrem et filium.

[v] *Æmulus*] Imperii nempe Parthici.

[w] *Filius Vardanes*] Vertit interpres Hispanus: *filius Bardanis:* quod forte non sine ratione sit, si Mss. niteretur; nam alias standum veteri exemplari.

[x] *Qui supplicationes*] Supplicatio honos fuit, qui una cum imperatoris nomine decernebatur victori; nempe cum senatus, Deum templa aperiri, ac gratias Diis, imperatoris nomine, agi jubebat.

Erat enim moris, ut consules vel prætores, postquam a militibus appellati imperatores fuerant, lictores laureatos præferrent, literasque ad senatum laureatas de re gesta mitterent; quibus imperatoris nomen ac supplicationes a senatu postularent.

In hac supplicationis pompa, senatus ad templa Deorum solenniter se conferebat, ibique sacrificabat, et dabat in templis epulum; omnis populus agebat dies festos, et referebat Diis gratias. Primis temporibus, supplicatio decreta in unum aut alterum diem, postea usque ad quinquaginta dies extensa pompa.

[y] *Diebus supplicationum vestem*] Quasi vero non semper Cæsari liceret uti veste triumphali! sed sic manebat aliqua species Reipub. et olim hac veste, extra pompam triumphi, uti nemini fas fuisse, docet in Mario Plutarchus.

Sic 'peracto triumpho, induxit senatum Marius in Capitolium, atque incertum, num prudens id, an fortuna sua elatus fecerit, insolentius ingressus curiam est veste triumphali. Verum cito offensum animadvertens senatum, surrexit, sumtaque rediit prætexta.'

[z] *Vestem Principi triumphalem*] Hæc fuit purpura, auro intexto picta. De purpura sic Plin. IX. 36. 'Diis advocatur placandis, omnemque vestem illuminat, in triumphali miscetur auro. Quapropter excusata et purpuræ sit insania.'

[a] *Utque ovans urbem iniret*] Qui sic triumphabat, pedes ingrediebatur, myrto, non lauro coronatus. Plin. XV. 29. 'Bellicis quoque se rebus inseruit; triumphansque de Sabinis Posthumius Tubertus in consulatu, (qui primus omnium ovans ingressus urbem est, quoniam rem leviter sine cruore gesserat,) myrto Veneris victricis coronatus incessit, optabilemque arborem etiam hostibus fecit. Hæc postea ovantium fuit corona, excepto M. Crasso, qui de fugitivis et Spartaco, laurea coronatus incessit.' Sed postea etiam in equo ovarunt.

Utque ovans] Teste Festo, *Ovatio*

ris,[c] eodem in templo,' censuere: præter suetam adulationem læti, quod Domitium Corbulonem retinendæ Armeniæ præposuerat: videbaturque locus virtutibus patefactus.[d] Copiæ Orientis ita dividuntur, ut pars auxiliarium, cum duabus legionibus, apud provinciam[e] Syriam, et Legatum ejus

Martis Ultoris in eodem delubro *statuerentur: præter solitam assentationem, gaudio elati, quod præfecisset Domitium Corbulonem Armeniæ tuendæ: putabantque* sic *patere aditum bonis artibus. Exercitus Orientis ita dividuntur, ut pars sociorum cum duabus legionibus restaret in Syria, quibus* præesset *rector provinciæ*

NOTÆ

dicta ab eo clamore quem mittunt redeuntes e pugna victores milites, geminata litera O. Plutarchus ab *ove* ductum *ovationis* nomen putat, quam ovans sacrificabat, ut majori triumpho taurus in Capitolio mactabatur.

Differt ovatio a triumpho, teste Dionysio, quod ovans nec curru vectus, nec trabeam nec togam pictam indutus, sed pedes urbem ingreditur.

Plutarchus addit, ovantem nec quadrigis invectum, nec laurea coronatum, nec tubis concinentibus, sed pedibus et calceis, myrtea redimitum, tibiis modulantibus urbem iniisse. Nam tibia, inquit, pacis est, et myrtus.

[b] *Effigiesque ejus*] Nonnulli intelligunt de una tantum statua: sed plures astruere videtur Tacitus. Et forte intelligit statuas, quas tum erigerent Neroni populus, senatus, vel etiam provinciæ, æquales esse debere imaginibus Martis, et magnitudine et sublimitate. Etiam forte et basis altitudine pares.

[c] *Martis Ultoris*] Reperio duas ædes *Marti Ultori* structas fuisse ab Augusto, alteram in foro Augusti, de quo Sueton. Aug. 29. ' exstruxit, &c. forum cum æde Martis Ultoris,' &c. Ædem Marti bello Philippensi, ' pro ultione paterna suscepto voverat. Sanxit ergo ut de bellis triumphisque hic consuleretur senatus: provincias cum imperio petituri hinc deducerentur: quique victores redissent, huc insignia triumphorum inferrent.'

Alterum etiam templum eidem Marti exstruxit in Capitolio, signis a Parthis receptis, ad instar Jovis Feretrii, teste Dione. Et sic duæ causæ duorum templorum fuerint, nempe ultio inimicorum internorum civiliumque, et ultio hostium extraneorum, Parthorum nempe, ad quod hic respiciunt adulantes. Alii tamen unum *templum Martis Ultoris* agnoscunt dicatum ab Augusto, quo *signa* recepta suspendit.

Martis Ultoris] Ædes Martis Ultoris, in octava regione Romæ antiquæ: ex Roma Nardini v. 9. *Tillemonius.*

[d] *Locus virtutibus patefactus*] Fuit inter artes etiam malis principibus, egregios viros plebique gratos ob virtutem famamque deligere; et certe qualis sit princeps, non aliunde magis quam ex ingenio ministrorum aut amicorum conjicitur. Egregios viros boni principes sponte sua deligunt, at mali bonos asciscunt arte tantum, metu et necessitate.

Virtutibus] Quibus nullus locus fuerat, ex quo Respublica et libertas oppressa erat, vel ab Augusto. Sub ignavis principibus periculum ex virtutibus, et ex virtutum fama.

[e] *Apud provinciam*] Quia nempe Parthi, equitatu prævalidi, potue-

Quadratum Ummidium[1] remaneret; par civium[f] sociorumque numerus Corbuloni esset, additis cohortibus alisque,[g] quæ apud Cappadociam[h] hyemabant: socii Reges, prout bello conduceret, parere jussi.[i] Sed studia eorum in Corbulonem promtiora erant: qui, ut famæ[j] inserviret, quæ in novis cœptis validissima est, itinere propere[k] confecto, apud Ægeas,[2l] civitatem Ciliciæ,[m] obvium Quadratum habuit,

Quadratus Vinidius; et par robur militum *Romanorum auxiliariumque penes Corbulonem essent, adjunctis cohortibus alisque, quæ in hybernis erant apud Cappadociam: fœderati Reges jussi obsequi* utrique duci, *prout expeditioni opus esset. Sed* hi *animis proniores erant in Corbulonem: qui, ut augeret famam, quæ in novis ausis præcipue pollet, via celeriter facta, apud Ægeas urbem Ciliciæ obvium habuit*

1 *Numidium* scripsi pro *Vinidium* hic et paulo post, propter rationes ad-

NOTÆ

runt per Mesopotamiæ campos, Syriam exterrere; firmandaque copiis fuerunt Euphratis littora, et alia Syriæ, seu imperii extrema.

Apud provinciam Syriam] Quippe apud Syriam quatuor legiones erant, quarum duas accipiebat Corbulo. Ne igitur intraret Syriam, accepturus legiones illas, quæ et secum trahebant sua auxilia, propere obviam fit illi Quadratus, festinantius quam ex solo amore Reipub.

Syriam] Vide notas VI. 31. et XII. 23. *Tillemonius.*

Quadratum Ummidium] *Numidium*, ut supra. *Lipsius.*

[f] *Par civium*] Id, quia nempe cives Romani legionarii erant. Potuit tum habere Corbulo 25. aut 30. armatorum millia, præter auxilia regum alia parte invadentium. Sed et secum etiam regulorum ac civitatum copias auxiliares habuit.

[g] *Cohortibus alisque*] Auxiliares fuisse conjicere est, licet tamen jam tum essent quædam cohortes Romanæ, quæ separatim mererent, ut et alæ equitum.

[h] *Cappadociam*] Vide notas XII. 49. *Tillemonius.*

[i] *Parere jussi*] Utrique nempe duci. Quicquid juberentur, studia sociorum promtiora in Corbulonem erant.

[j] *Qui ut famæ*] Qui ut, novo bello, (quod maximi momenti est,) famam imperatoriam augeret, propere iter conficiebat; ita ut strenuitatem illius socii mirarentur. Sed tamen prævenit Quadratus, ne Syriam intraret Corbulo.

[k] *Propere*] Uterque legatus properabat, sed dispari consilio; alter, ut famam augeret, alter, ne minueret.

[l] *Ægeas*] Ægæ, urbs Ciliciæ proprie dictæ ad sinum Issicum, in Asia minore: ex Ptolemæo. *Tillemonius.*

Egas] Libri mei *Ægeas*, et recte; id enim Ciliciæ oppidum. Strabo: 'Post Mallum Ægææ oppidulum, quod stationem navibus habet.' *Lipsius.*

Lucanus tamen l. III. vs. 227. 'et extremæ resonant navalibus Ægæ.' Sic enim legendum puto: non *externæ*. Stephanus: Αἰγαὶ πολλαί. πόλις Κιλικίας, &c.

Plinius v. 27. 'Oppidum Ægæ liberum, amnis Pyramus, Portæ Ciliciæ.' Philostratus de vita Apollon. I. 8. Κἀκεῖνα τῆς ἐν Αἰγαῖς διατριβῆς.

illuc progressum, ne, si ad accipiendas copias Syriam intravisset Corbulo, omnium ora in se verteret, corpore ingens, verbis magnificus, et, super experientiam sapientiamque, etiam specie inanium validus.[3] [n]

9. Ceterum uterque Vologesen Regem nuntiis monebant, 'pacem quam bellum mallet, datisque obsidibus, solitam prioribus[o] reverentiam[p] in Populum Romanum continuaret.'

Quadratum, qui huc usque processerat, ne, si ad recipiendum militem Syriam ingressus esset Corbulo, omnium in se oculos adverteret, statura procerus, sermone magnificus, et qui præter peritiam prudentiamque belli, *etiam prætextu inanium præpolleret.*

Ceterum ambo missis *nuntiis suadebant regi Vologeso,* ut pacem armis anteponeret, daret obsides, et quam solebant antea *reges Parthorum,* reverentiam

ductas XII. 45. *Ryckius.*—2 Mss. Harl. Bodl. Jes. *Egeas.* Male in multis libris, *Ægas.* Brotier.—3 Miror Lipsium, quod id *restituerit, suo animo, vere,* sibi gratulantem. Hæc gloria ad Puteolanum pertinet. Ita etiam ediderat Beroaldus. Male editio princeps *spem inanimum validus.* Idem.

NOTÆ

Sic et ille aliis locis. Apud Dionem l. XLVII. est: ἐν Αἰγέαις ὄντας ἐνίκησε. Sed ibi quoque Xilander mavult ἐν Αἰγαῖς. Quare vereor, ne et Strabo etiam sic scripserit. *Gronovius.*

[m] *Ciliciæ*] Vide notas VI. 31. *Tillem.*

[n] *Specie inanium validus*] Restitui meo animo, vere. Corbulo, inquit, non solum vera virtute sapientiaque magnus, sed etiam animos allicere peritus specie inanium, id est, gestibus, verbis, habituque externo. *Lipsius.* Aliæ interpretum lectiones ineptæ et inanes.

Specie inanium] Sic de Cæcina Hist. II. 'Vigore ætatis, proceritate corporis, et quodam inani favore.' *Pichena.*

Specie inanium] Grande id prætextum populo, et quod vulgus hianti ore admiratur, perperam sæpe: quare et *inania* ea vocat Tacitus.

Nam neque *corpore ingens* Alexander Magnus, ut neque Cæsar, et tamen animo uterque prævalidus; quod et narrat de Agricola socero suo, viro fortissimo et triumphali infra Tacitus, in vita illius, c. 40. 'Cultu modicus, sermone facilis, uno aut altero amicorum comitatus; adeo ut plerique, quibus magnos viros per ambitionem æstimare mos est, viso aspectoque Agricola, quærerent famam, paucique interpretarentur.'

Specie inanium] Qua conciliantur, qua capiuntur animi vulgi, sæpe et illuduntur.

Specie inanium] Forma, ætas, proceritas corporis, sunt velut vana et *inania* ex se, nisi quid aliud accesserit; et in quibusdam hominibus, si abest prudentia sapientiaque, nihil inanius, aut futilius.

Inania etiam et vana hæc dici possunt, quia tumorem et superbiam talibus ingenerant. Attamen quæ sic videntur *inania* prudentibus, hæc sæpe in vulgus læta et commendabilia sunt, et præcipue in ducibus, imperatoribus, et aliis, qui munia gerunt publica.

[o] *Solitam prioribus*] Nempe usurpari *solitam prioribus* regibus Parthorum erga Romanos *reverentiam* præstaret.

Et Vologeses, quo bellum[q] ex commodo[1] pararet, an, ut æmulationis suspectos, per nomen obsidum, amoveret, tradit nobilissimos ex familia Arsacidarum. Accepitque eos Centurio Histeius,[2] ab Ummidio missus[r] forte priore de[3] causa, adito Rege.[s] Quod postquam Corbuloni cognitum

in populum Romanum exhiberet. *Et Vologeses*, sive *ut bellum opportune et in tempore moliretur, sive ut rivales* sibi *suspectos specie obsidum ablegaret, dat* obsides *clarissimos ex gente Arsacidarum. Recepitque illos Histeius centurio, missus a Quadrato, et qui forsan ea de causa prior regem convenerat. Quod ubi*

1 In Mss. Flor. et Reg. *ex quo modo:* unde in veteribus editionibus, *ex æquo modo*, ut et in Mss. Harl. Bodl. Jes. Mureto, Mercero ac recentioribus merito placuit, *ex commodo.* Brotier.—2 Ita Ms. Flor. Ryckius et Ernestus. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus *Histerius.* Ryckius margini editionis suæ addiderat, *Insteius:* probavit ediditque Cl. Lallemand. Minime tamen probabile centurionem *Histeium* eundem esse ac *Insteium Capitonem*, castrorum præfectum, de quo infra cap. 39. *Brotier.*—3 *Forte prior, ea de causa*, ex Mureto Lipsius et recentiores ediderunt, et hanc lectionem servant Gronovius, Ryckius, et Brotierus cum Homero. In Mss. Vatic. 1863 et 1864. Harl. Bodl. Jes. *forte priore de causa.* In Ms. Vatic. 1953. *prior.*

NOTÆ

[p] *Reverentiam*] Nihil certe præter reverentiam. Sic supra XII. 10. Legati Parthorum sic loquuntur apud Claudium principem: 'Veterem sibi ac publice cœptam nobiscum amicitiam; et subveniendum sociis virium æmulis, cedentibusque per reverentiam.'

[q] *Et Vologeses, quo bellum, &c.*] Dedit obsides: vel, ut qui tunc erat impar bello, pararet interim, nulla molestia, ea quæ æqualem illum redderent: vel, ut amoveret suspectos. *Ferrettus.*

Lege, *ex commodo pararet.* Hoc vult, datos obsides, non bona fide. Aut ergo dati, ut falleret, et ostensa pace, bellum pararet commodo suo, cui tum non satis paratus; aut ut specie obsidum amoliretur, quos suspectos haberet: nihil certius. *Mercerus.*

Ex commodo] Dabat obsides, ut sic bellum differret, sicque spatium sumebat, quo ex commodo suo bellum pararet, instauraretque suo tempore. Hinc infra 34. 'Mollibus adhuc initiis prolatatum inter Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum.'

[r] *Missus*] Sive ideo missus esset a Quadrato, sive ea de causa adisset regem prior, quam qui mittebatur a Corbulone. Sed nihil video. Nam non adiisset regem centurio, nisi missus a duce seu legato. Sic igitur capio ut centurio ille missus sit a Quadrato, et forte, id est, casu, prior ea de causa adierit regem, nempe ut obsides acciperet duceretque in urbem.

[s] *Forte priore de causa, adito Rege*] Vulgo *forte prior ea de causa, adito Rege:* sed id ambiguum. Nam certe Quadratus miserat aliquem priore de causa, ad Vologesum, nempe ut eum hortaretur, *pacem quam bellum mallet, et obsides daret:* et eo sensu posset legi: *Forte priore de causa adito Rege.*

Nam secunda et posterior causa mittendi Quadrato, potuit esse, ut obsides acciperentur. Nisi forte His-

est, ‘ ire’ Præfectum cohortis,[t] Arrium Varum, ‘ et recipe-rare[4] obsides’ jubet. Hinc ortum inter Præfectum et Centurionem jurgium, ne diutius externis spectaculo esset, arbitrium rei obsidibus Legatisque, qui eos ducebant, permissum. Atque illi ob recentem gloriam,[u] et inclinatione quadam etiam hostium, Corbulonem prætulere. Unde discordia inter Duces: querente Ummidio, ‘ prærepta, quæ suis consiliis patravisset:’ testante contra Corbulone, ‘ non prius conversum Regem ad offerendos obsides, quam ipse, Dux bello delectus, spes ejus ad metum mutaret.’ Nero,

Corbuloni compertum est, mittit præfectum cohortis Arrium Varum, et recipere obsides *præcipit. Hinc nata contentio inter præfectum et centurionem,* quæ *ne diutius barbaris irrisui esset, permissa res* est *voluntati obsidum et legatorum, qui eos comitabantur. Atque illi ob recens decus, et quadam propensione etiam hostium, anteposuere Corbulonem. Hinc dissensio inter duces; expostulante Quadrato, sibi* ablata esse, quæ sua prudentia perfecisset; *asseverante contra Corbulone,* non ante flexum Vologesem ad dandos obsides, quam ipse imperator *huic* bello assumtus, fiduciam ejus ad formidinem traheret. *Cæsar, quo discordes con-*

—4 Ita Ms. Flor. et editio princeps. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et multis aliis libris, *recipere.*

NOTÆ

teius *prior* adiit regem ea de causa duplici, nempe ut peteret obsides, et acciperet.

Ea de causa] Vel nempe, ut regem moneret nomine Quadrati, *pacem quam bellum mallet*, daretque obsides; vel forte ea de causa, ut datos obsides prior acciperet, idque decus obtineret eos deducendi ad Cæsarem, nomine tamen Quadrati: ideoque forte prior adiit regem.

[t] *Præfectum cohortis*] Cur non vocat eum Tribunum? Puto, quia præerat cohorti auxiliarium seu sociorum. Erant tamen cohortes Rom. vel quæ disjunctæ a suis legionibus mererent, pro usu et necessitate rerum, vel quæ ipsæ seorsim corpus militare constituerent; et talia *numeros* appellavere. Attamen legionariæ erant illæ cohortes; et his præerat *Tribunus;* at *Præfectus* sociorum fuit.

[u] *Ob recentem gloriam*] Qua nempe delectus nuper a Nerone Corbulo, qui res in Oriente gereret. Supra: ‘ Læti quod Domitium Corbulonem retinendæ Armeniæ præposuerat, videbaturque locus virtutibus patefactus.’

Hinc *gloria*, hinc fama Corbulonis et *inclinatio etiam hostium.* Adde et quod dicit infra: ‘ Non prius conversum regem ad offerendos obsides, quam ipse dux bello delectus,’ &c.

Ob recentem gloriam] Non recens gloria, quod insignia triumphi adeptus esset in Germania sub Claudio principe; sed *recens gloria*, quod bello Parthico dux delectus esset, et quod tum adegisset Vologesen ad dandos obsides nobilissimos Arsacidarum.

Quam et gloriam comprobavere ipsi principes obsidesque Parthorum, cum prætulerunt Tribunum a Corbulone missum.

quo componeret diversos,[v] sic evulgari jussit:[w] 'Ob res, a Quadrato et Corbulone prospere gestas, laurum fascibus Imperatoriis[x] addi.' Quæ, in alios Consules egressa, conjunxi.

ciliaret, sic publicari res gestas *jussit:* Ob res feliciter administratas a Quadrato et Corbulone, lauream fascibus principis apponi. *Quæ* licet *sub aliis consulibus confecta* sint, tamen *simul* hic *memoravi.*

NOTÆ

[v] *Quo componeret diversos*] Sic fere Alexander apud Curt. lib. VII. dissentientes milites conciliat: 'Castris inde motis, lectica ferebatur, quam pro se quisque eques pedesque subire certabant. Equites cum quibus rex prælia inire solitus erat, sui muneris id esse censebant. Pedites contra, cum nuntios commilitones ipsi gestare assuevissent, eripi sibi proprium officium, tum potissimum, cum rex gestandus esset, querebantur. Rex in tanto utriusque partis certamine, et sibi difficilem, et præteritis gravem electionem futuram ratus, invicem subire eos jussit.'

[w] *Sic evulgari jussit*] Puto, diurnis actis sic publicatum in vulgus: vel edicto ipsius principis, vel edicto consulum, Nerone sic jubente.

[x] *Fascibus imperatoriis*] De fascibus imperatorum sive principum, (nec enim alios hic intelliges,) docebo juvenes: fors fuit, et quosdam senes. Olim non nisi magistratus populi Romani, aut qui cum imperio in provinciis erant, fascibus usi.

Quid ergo princeps in urbe, si nullum gereret ordinarium magistratum? Nihilo secus fasces duodecim illi. Origo rei ab Augusto; cujus honori senatus decrevit, anno Urbis 735., uti consulari potestate semper esset, fascibusque duodecim uteretur.

Dio lib. LIV. 'Augustus vero consularem potestatem accepit in perpetuum; ita ut duodecim fascibus semper et ubique uteretur, et in medio consulum, imperatoria sella consideret.'

Eumque morem tenuerunt principes secuti; ita ut laurum tamen fascibus non adderent, nisi in victoria; uti hic factum. At statim per adulationem irrupit, ut omnium principum fasces, et semper laureati essent: eaque nota maxime distinctus a vulgo princeps.

Herodianus de Gordiano lib. VII. 'Deducebat eum omnis imperatoria pompa, præeuntibus militibus, et prætorianis cohortibus; fascesque lauro exornati erant; hoc nempe signum est, quo fasces imperatorii discernuntur a fascibus privatorum.'

Capitolinus in Maximinis: 'Inde Carthaginem venit cum pompa regali, et protectoribus et fascibus laureatis.' Quando id cœperit, ignoro: paulatim quidem non solum laureati admissi fasces, sed et aurati. Claudianus Panegyrico in sexto consulatum Honorii: 'agnoscunt rostra curules Auditas quondam proavis: desuetaque cingit Regius auratis fora fascibus Ulpia lictor.' *Lipsius.*

Fascibus imperatoriis] Nempe *fascibus* lictorum, qui imperatorem præibant. Forte et *fascibus* utriusque imperatoris Corbulonis et Quadrati *laurus* apposita ob victoriam, seu felicem eventum. Sed non de his præcise hic agi putem, sed de *fascibus* ipsius principis, qui victoriam suis auspiciis partam sibi uni vindicabat.

Sic cum Pompeius olim occurrit

NOTÆ

Lucullo decedenti e provincia, lictores Pompeii, viridem laurum Luculli lictoribus, arescente in via eorum lauro, suppeditarunt; ita ut fasces utriusque imperatoris laurum haberent, teste Plutarcho. Sed hoc prisca et libera Republica, at nunc aliter; et tum forte *laurea* illa fascium eximia principi fuit.

Sic infra lib. xv. Corbulo: 'orditurque magnifica de auspiciis imperatoriis, rebusque a se gestis.' At ibi *auspicia principis* intelligit, quæ *ductui* suo opponit, seu rebus a se gestis. Ita et hic per *fasces imperatorios* haud dubie fasces principis designat.

Ut res clarius elucidetur, quædam de lictoribus, fascibus, securibus, et cetera pompa magistratuum, ac principum, hic addenda sunt.

Lictores habuit Romulus, et haud dubie alii Reges. Illi e servis publicis, aut ex ima plebe delecti, primus Gracchus libertis suis usus in id ministerium; quod lege lata prohibuere mox Triumviri, Antonius, Lepidus et Octavianus.

Attamen ex ima plebe, aut etiam ex libertinis delecti, quod innuit Tacitus lib. xiii. 27. 'Quippe late fusum id corpus *(libertorum* seu *libertinorum)*. Hinc plerumque tribus, decurias, ministeria magistratibus et sacerdotibus, cohortes etiam in urbe conscriptas.' Cohortes vigilum intelligit, seu ipsas etiam, quæ præfecto urbis obediebant. Et e servis publicis, non e propriis seu privatis sumi debuerunt lictores, aliique ministri publici.

Lictores habuerunt *jus togæ*, ideoque et liberi et cives. Tamen paulatim e suis libertis aut servis eos sumebant, quod prohibuere Triumviri postea.

Lictores *submovebant*, *animadvertebant*, *præibant*. Hi animadvertebant, *voce*, *manu*, ac *virga*: locum faciebant magistratui, cum strepitu et imperio: pulsabant *virga* obvios; qua tamen abstinebant in matronas.

Abstinebant a matronis, ob honorem, et ne sic vehementius exterrerentur, submoverenturque uterum ferentes fœminæ; et quia non par metus a sequiori sexu, neque par reverentia exigebatur. Festus: 'Matronæ a magistratibus non movebantur, ne pulsari contrectarive viderentur, neve gravidæ concuterentur.'

Submovebant præcipue infames, ut *lenones*, *meretrices*. Seneca pater Controvers. 2. lib. ix. 'Majestatem læsam dixissem, si tibi exeunti lictor e conspectu non summovisset meretricem.'

Lictor *animadvertebat*, et simul etiam *animadverti jubebat* eadem voce et actione: id est, exhiberi honorem solitum venienti magistratui jubebat: v. g. *Assurgere*, *caput aperire*, et *ex equo*, aut *curru descendere*, *gladium ponere*, *semita cedere*, *&c.*

Seneca Epistola 70. 'Si consulem videro aut prætorem, omnia quibus honor haberi solet, faciam: equo desiliam, caput aperiam, semita cedam.'

Apud Dionem lib. xxxvi. Pompeius descendere sibi equo Tigranem regem jussit per lictorem.

Sic et Apuleius lib. iii. Florid. 'Si quem conspicantur ex principalibus viris, bene consultum, bene cognitum, quanquam oppido festinant, tamen honoris ejus gratia, cohibent cursum, relevant gradum, retardant equum, et illico in pedes desiliunt: fruticem quem verberando equo gestant, in lævam manum transferunt: itaque expedita manu, adeunt, ac salutant.'

Ferrum ponere jubebant. Sic Tigranes rex olim gladium suum tradidit lictoribus Pompeii, teste Plutar-

NOTÆ

cho. Et apud Dionem, Tiridates sub Nerone, jussus acinacem ponere, ‘ eum clavis cum vagina affixit.’

Lictores magistratui præibant, *singuli in lineam*. Sic autem incessere ad majorem pompam, utque longius turbam submoverent; etiam quia vici Urbis olim angusti et enormes ; et ut sic magis ille comitatus seu incessus consularis distingueretur ab alio consule et comitatu aliorum procerum, qui confertus incedebat, et quibus multi ante ambulones præivere, non in lineam, nec eo ordine.

Sic capies, quis *primus*, quis *proximus* lictor fuerit: *primus* is fuit, qui anteibat, et quasi ducebat agmen. *Proximus*, qui claudebat, et proximus erat magistratui incedenti.

Unde Valerius Max. lib. I. ‘ Maxima diligentia majores hunc morem retinuerunt, ne quis se inter consulem et proximum lictorem, quamvis officii causa una progrederetur, interponeret.’

Primus lictor arcebat, submovebatque turbam, quia primus incurrebat. *Proximus*, seu *summus*, mandata accipiebat a magistratu, quæ et aliis denuntiabat.

Lictores gestabant *fasces*. *Fasces* autem erant *bacilli* teretes loro colligati in modum fascis, ex ulmo, aut forte betulla ; Gallice, *bouleau*.

Plin. lib. XVI. 18. ‘ Gaudet frigidis (*locis*) sorbus, et magis etiam betulla. Gallica hæc arbor mirabili candore, atque tenuitate, terribilis magistratuum virgis.’ Frustra id intelligit Lipsius de sola Gallia : an magistratus Rom. aliter in Gallia aliter in Italia ? et *fasces* incogniti prorsus magistratibus Gallicis.

Auctores Græci Latinique confundere videntur virgas lictorum cum fascibus, aut vice versa. Sed puto, sic distinguendum, ut *virgæ* in plurali, sint quandoque idem cum fascibus, ut hoc loco Plinii. Nam fasces veræ virgæ in re, et in id primum factæ, destinatæque ad plectendos cives turbidos reosque. At virga singulariter sumta, distinguitur a fascibus, et idem est cum bacillo. Cicero hasce *virgas* bacillos vocat, quia leves illi et modici, et tantum destinati ad lenem submotionem plebis liberæ. Dicit bacillos, quia plures, nempe pro numero lictorum duodecim qui præibant consuli.

Fasces mansere in urbe ; at *secures* semel amotæ ex urbe a Publicola, ne sic delibare libertatem populi Rom. videretur. Itaque *secures* in usu tantum extra urbem, et in bello.

Attamen prælatæ secures Dictatori, etiam in urbe, quoties sine provocatione creatus esset.

Fasces præferebant erectos, aut in humeris. Forte erectos, dum ad breve iter progrederentur, dein inclinatos humeris, si quando procul irent.

Fasces submittebant majori dignitati, seu magistratui majori ; quod cœpit forte a Valerio Public. Livius : ‘ Gratum id multitudini spectaculum fuit, submissa sibi esse imperii insignia, confessionemque factam, populi, quam consulis, majestatem vimque majorem esse :’ eos inclinabant in terram et ante pedes deprimebant.

Minor magistratus extra urbem deponebat *secures*, sive terra sive mari occurreret majori magistratui. Dionys. lib. VIII. ubi de M. Coriolano : ‘ Præcepit ministris deponere secures, et fasces submittere. Id enim pro more faciunt Romani, cum minores majoribus occurrunt magistratibus.’

Mari itidem occurrentes, *signum prætoriæ navis* deponebant ; tum lictores ad speciem imperii soliti stare

NOTÆ

in prora navis. Appianus lib. v. Civil. ubi Antonii et Domitii Ænobarbi prætoriæ naves casu sibi occurrunt: 'Prætoriæ naves sibi invicem adnavigabant, et lictorum, qui primus Antonio præibat, stans in prora, ut mos est, cum occurrunt inferioribus et viris minoribus, jussit auferre signum prætorium, illi vero abstulerunt, ut jussi erant.'

Lictores præter fasces, *virgas* manu gerebant, ad submovendum, et ad januam pulsandam, sive magistratuum, quibus præibant, sive alienam, ad significandum adventum illorum. Livius lib. vi. 'Ut lictor Sulpitii, cum is de foro se domum reciperet, forem, ut mos est, virga percuteret; cum ad id moris ejus insueta expavisset minor Fabia, risui sororí fuit.'

Plin. l. vii. 'Cn. Pompeius, confecto Mithridatico bello, intraturus Posidonii, sapientiæ professione clari, domum, fores percuti de more a lictore vetuit.'

Diserte *fasces* a *virgis* distinguit Appianus i. Civil. 'Ῥάβδους καὶ ξύλα τὰ ἐν χεροὶ τῶν ὑπηρέτων ἁρπάσαντες: *Virgas et fasces, qui in manibus ministrorum, abripientes.* Cicero vocat *bacillos* l. ii. ad Atticum: 'Propius accedere, ut suadet, quomodo sine lictoribus possum, quos populus dedit? qui mihi incolumi adimi non possunt: quos ego paulisper modo cum bacillis in turbam conjeci, ad Oppium accedens, ne quis impetus militum fieret.'

Et certe distincti *bacilli* a *fascibus*, qui in modum fasciculi et hastæ altius efferebantur in decus et pompam; cum *bacilli*, seu *virgæ*, manu gestarentur. Et notat Cicero, se consulto lictores suos immiscuisse turbæ se prosequentium, solummodo cum *bacillis*, ne quis tumultus fieret, aut impetus militum, si solita pompa incessisset, sublatis in altum fascibus lictorum.

Sic cum honore, non tamen cum tota pompa incessit Cicero. Quod ille timuit, evenisse mox videtur Cæcinæ consuli sub Vitellio, teste Tac. Hist. l. iii. 'Sed ubi Cæcina prætexta et lictoribus insignis, demota turba, consul incessit, exarsere victores.'

Exardebant ira victores in illum ob pompam illam consularem; non quia victus præcise sic incederet, sed quia perfidus et proditor eam pompam præferret: nam proditores etiam proditione fruentibus infensi atque invisi.

Seneca l. i. de tranquill. vitæ: 'Placet vim præceptorum sequi, et in mediam ire Rempub. placet honores fascesque, non purpura aut virgis adductum, capessere, sed ut amicis propinqnisque, et omnibus civibus paratior utiliorque sim.'

Cicero in Rullum: 'Nam primum cum ceteris in coloniis duumviri appellentur, hi se prætores appellari volebant. Deinde anteibant lictores, non cum bacillis, sed ut hic prætoribus anteeunt, cum fascibus duobus.'

Etiam in coloniis et municipiis lictores præibant Duumviris, Ædilibus, Quinquennalibus, Sexviris. Apuleius l. ii. Miles. 'Nam et lixas et virgas et habitum prorsus magistratui convenientem in te video. Annonam curamus, ait: et Ædilem gerimus.'

Capuæ fasces sumti Trimalcioni apud Petron. 'Et quod præcipue miratus sum, in postibus triclinii fasces erant cum securibus fixi: quorum unam partem (forte imam) quasi embolum navis æneum finiebat, in quo erat scriptum C. Pompeio Trimalcioni Sexviro.'

De numero lictorum, qui apparebant cuique magistratui, sic habe.

NOTÆ

Plutarchus et Appianus tradunt Dictatori fuisse viginti quatuor lictores, quibus repugnat Epitome Livii l. LXXXIX. 'Sylla dictator factus, quod nemo quidem unquam fecerat, cum fascibus viginti quatuor processit.'

Probabilius est, processisse dictatorem eodem apparatu, quo Reges olim: at illi tantum habuerunt duodecim lictores; et ipse dictator non habuit imperium, nisi *Regum*, aut mox *consulum*. At ipsi consules, in quibus tamen summum Reipublicæ imperium, habuerunt tantum duodecim lictores, sua vice, et suo loco: nempe primus consul primo mense, et sic ordine alterno.

Sicque præibant consulibus tantum duodecim lictores, ut et Regibus olim; itaque similis pompa et dictatori fuit verisimiliter.

Sed Sylla dictator habuit viginti quatuor lictores. Certe quod nemo alius fecerat, nempe ut magis metuendam potestatem exhiberet.

Et exemplum lictorum desumserant olim Reges Romani ab Etruscis, quorum Reges habuere tantum duodecim lictores, ut erant duodecim Etruriæ populi: hi singuli creato Regi singulos lictores dabant.

Itaque regibus, consulibus, dictatori fuerunt tantum duodecim lictores, si Syllam excipias, qui ut præter jus omne, dictaturam perpetuam invasit, ita et viginti quatuor lictores sibi apparere jussit præter morem. Imperator, seu princeps habuit, ut puto, tantum duodecim lictores, qui dictatore major.

Magistro equitum sex lictores. Dio l. XLII. de M. Antonio, qui magister equitum Cæsaris: 'At Antonius, si vestitum ejus spectares, imaginem popularis status præferebat: prætexta enim utebatur; item si lictores, non enim plures quam sex habebat. At si gladium spectares, quo cingebatur, et multitudinem militum, qui eum comitabantur, revera ostendebat regnum et imperium unius.'

Consuli duodecim, Prætori sex lictores aderant; at Tribunis et Ædilibus *viatores*.

Tribuni habuere viatores, qui præirent. Attamen quoties aliquis civium auxilium tribunorum imploraret, petebat a tribunis *lictorem*, qui se contra vim tueretur. Nisi confundant auctores *lictorem* cum *viatore*, et sic fere vocarentur communi nomine servi publici.

Quæstor neque lictores neque viatores habuit, nisi forte cum præesset castris, absente consule. Gell. l. XIII. 12.

Proconsulibus duodecim lictores erant in sua provincia, extra urbem, et cum exercitu proficiscentibus ad bellum. Et si triumphales forent, aut victores redirent, cum *laureatis fascibus* incedebant; quod patet exemplo Pompeii triumphalis, ad bellum Mithridaticum proficiscentis, et Luculli provincia post victoriam decedentis.

Proprætoribus vero fuerunt tantum *sex lictores*; nisi forte consulares essent, et bellum in provincia armata administrarent.

Legatis proconsulum in provinciis *lictores*. Spartianus in Severo legato proconsulis Africæ: 'In ea legatione, cum eum quidam Leptitanus, præcedentibus fascibus, ipse plebeius amplexus esset.'

Etiam senatoribus, qui cum libera legatione in provincias mittebantur, concessi quandoque lictores, puto, sine fascibus, ut cum majori honore lustrarent provincias, et majori auctoritate negotia seu privata seu publica peragerent. Reprehendit Cice-

10. Eodem anno, Cæsar 'effigiem Cn. Domitio patri, Consularia[1] insignia Asconio Labeoni,' quo tutore usus erat, petivit a Senatu:[y] sibique 'statuas argento vel auro[z] soli-

Eodem anno Cæsar postulavit a Patribus imaginem Cn. Domitio parenti, *et* ornamenta Consularia Asconio Labeoni, *quem tutorem habuerat; et vetuit sibi erigi* imagines ex argento vel auro solido conflatas, easque et *offerentibus* ipse

1 Ita Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *et consularia.*

NOTÆ

ro, l. III. de legibus, legationes illas rei privatæ causa obtentas.

Instituit tamen Alexander Severus, ut legatis anteirent milites, non lictores: 'Apparitores denique nullos esse passus est tribunis aut ducibus, et nisi milites anteire noluit, jussitque ut ante Tribunum quatuor milites ambularent, ante ducem sex, ante legatum decem.'

Magistris vicorum Romæ, *bini lictores*, per certos dies, ex instituto Augusti: testis Dio.

Vestalibus unus lictor in publico. Instituerunt Triumviri, Augustus, Antonius, Lepidus. Dio LVI. Falsus Plutarchus, qui id tribuit Numæ.

Seneca pater Controv. 'Sacerdos prostituta: procedente hac lictor submoveri videbitur; huic prætor via cedet: summum imperium consules cedent tibi.'

Ubi reponit Lipsius, *lictor submovere jubebitur*, frustra. Nam hic est sensus loci: Procedente virgine Vestæ, submoveri videbitur lictor prætoris vel consulis, nempe per honorem, ob religionem et sanctitatem Vestalis via procedentis. Sicque lictor virginis submovebat lictores magistratuum, qui reverentia in sacram virginem via cedebant. Dein id decus etiam transtulere ad principes fœminas, ad Liviam Augustam, ad Agrippinam matrem Neronis, et puto, ad alias Augustas.

Concessus etiam Flamini *lictor*. Nam *Flaminius* lictor, et *Curiatus*, Festo nominati; nempe cum rem divinam faceret.

[y] *Petivit a Senatu*] Sic enim decuit. Plin. l. XXXIV. 5. Effigies, &c. 'nescio an primo honore tali a populo, antea enim a senatu erat,' &c. Et c. 6. 'L. Piso prodidit M. Æmilio, C. Popilio II. consulibus a censoribus P. Cornelio Scipione, M. Popilio statuas circa forum, eorum qui magistratum gesserunt, sublatas omnes, præter eas quæ populi aut senatus sententia statutæ essent. Eam vero quam apud ædem Telluris statuisset sibi Sp. Cassius, qui regnum affectaverat, etiam conflatam a censoribus.'

Et C. Cæsar jus illud in se transtulerat a senatu, Sueton. Cal. 34. 'Vetuitque posthac viventium cuiquam usquam statuam aut imaginem, nisi consulto se et auctore, poni.'

[z] *Statuas argento vel auro*] Claudius talia respuerat. At Domitianus aliter, teste Sueton. 13. 'Statuas sibi in Capitolio, non nisi aureas et argenteas poni permisit, ac ponderis certi.'

Teste Plin. XXXIII. 4. 'Primus hominum Leontinus Gorgias in templo Delphico sibi ex auro solido statuam posuit.'

Sed Græci tales sui effigies Diis dicabant, et sic pretium statuarum

das,' adversus offerentes prohibuit. Et, quanquam censuissent Patres, ' ut principium anni inciperet mense Decemb.' quo ortus erat Nero, veterem religionem Kalendarum Januariarum[a] inchoando anno retinuit. Neque recepti sunt inter reos[2] Carinas Celer, Senator, servo accusante,[b] aut Julius Densus, Equester, cui favor in Britannicum crimini dabatur.

11. Claudio Nerone, L. Antistio Coss. cum in acta Principum[1 c] jurarent Magistratus, ' in sua acta[d] collegam Antis-

obstitit. Et licet statuisset senatus, ut initium anni sumeretur a mense Decembri, *quo natus erat princeps, servavit priscum ritum Kalendarum Januariarum incipiendo anno. Neque recepti inter reos sunt Carinas Celer senator, servo deferente, aut Julius Densus eques Romanus, cui amor in Britannicum in crimen vertebatur.*

Claudio Nerone, L. Antistio Coss. cum magistratus se jurejurando obstringerent

2 Ita Mss. Flor. Guelf. et Puteolanus. In Ms. Reg. et editione principe, *inter eos*. Unde Lipsius emendaverat, *in reos*.

1 Sic Lipsius et recentiores. Sic quoque Ms. Bodl. prima manu. Altera emendatum, *Principis:* ut in plerisque Mss. et editionibus veteribus. *Brotier.*

NOTÆ

minus culpandum, immo laudabile visum est. Et forte eo exemplo has in Capitolio statuas dicabat Domitianus Jovi custodi et servatori suo, et se in sinu Dei sacrabat.

Quippe bello Vitelliano, discrimini exemtus est numine Jovis, in Capitolio, ut putavit ipse, et mox votis donariisque inscripta ac incisa discrimina appendit ostentavitque in templo.

[a] *Religionem Kalendarum Januariarum*] Consuetudo incipiendi annum a Kalendis Januariis, vel religio, vel instar religionis fuit; utpote quam vetustas et mos majorum consecravisset.

[b] *Servo accusante*] Idque ex vetere Repub. ac libertate, et ex institutis majorum, qui talia licere servis adversus dominos noluerunt. Alias audacia servilis adversus cives ipsosque patronos asseri videretur.

[c] *Acta Principum*] Non ut vulgo editum, *principis*. Jurabant enim in acta, non unius qui imperitabat, sed et priorum. Dicam multa ad l. XVI. *Lipsius.*

In acta Principis jurarent magistratus] Juratum *in verba*, juratum *in acta* reperias, eodem duplici tendente via, ad imperium scilicet constituendum. In verba vel nomen imperatoris milites jurejurando adacti sunt, quo illius partes sequerentur, cui se religione jurisjurandi addicerent: qua de re memorabile est ex Hist. l. I. ' Projectis Galbæ imaginibus, in S. P. Q. Romani verba jurasse milites.'

In acta jurare, fuit se principis placita servaturos obligare. Id mortuo principi tributum honoris causa legas, si maneret illius sacrosancta recordatio: negatum vero fuit illi, cujus acta rescindi vellent.

Sic namque Dio l. LIX. scribit: ' M. Aquilius Julianus, P. Nonius

tium[e] jurare' prohibuit:[f] magnis Patrum laudibus, ut juvenilis animus, levium quoque rerum gloria sublatus, majores

in acta imperatorum, vetuit Cæsar collegam Antistium jurare in sua acta; *eumque* ideo *magnifice extollebat senatus, ut juvenis imperator, modicarum etiam rerum*

NOTÆ

Asprenas Coss. in acta Tiberii non juravere: quare irrita habita sunt, neque ea ullus imperator recenset, cum in sua acta juratur.

'Verum de Augusto Caioque reliqua pro more facta, juratumque ab omnibus,' &c. Dixerat ipse Tiberius, 'exempli causa cavendum, ne se senatus in cujusquam acta obligaret, qui aliquo casu mutari posset:' testis Sueton.

Nihilominus invaluit, ut in novi principis acta juraretur. Sic supra l. II. juratum in acta Tiberii apud Dionem, juratum in acta Caligulæ; hoc loco juratum in acta Neronis. *Vertranius.*

[d] *In sua acta*] Igitur in acta Neronis alii patres magistratusque juravere; at collegam consulem in eadem acta jurare vetuit, nempe ob dignitatem consulatus, potestatemque qua fere Cæsari æquabatur; et reipsa, si consul juret in acta alterius consulis, seu collegæ, sine potestate erit, et quasi sibi ligat ipse manus.

[e] *In sua acta collegam Antistium jurare prohibuit*] Puto, id per modestiam et reverentiam in collegam; nempe quia Antistius consul, et fere paris auctoritatis in Repub. ac ne auctoritas illa infringeretur, et tota veluti transiret ad eum, cujus acta omnia rata et sacrosancta statim haberentur. Idcirco prohibuit collegam jurare in sua acta; sed, nihilominus, ceteri patres et consulares in acta principis et superiorum imperatorum jurarunt.

Id enim quotannis observatum, ut Kal. Jan. in acta principum adigerentur patres præeuntibus consulibus, universim; ita ut unum et idem esset sacramentum totius senatus, quod simul omnes pronuntiarent; postea tamen pro libidine imperitantis principis, etiam singuli jurabant seorsim et sigillatim, ad majorem cautionem.

[f] *Jurare prohibuit*] Quia nempe sic clementiam principis Nero, et principatum, egrederetur, qui non destruit libertatem civium patrumque. Et vim inferre videretur collegæ consuli, qui sic non haberet libertatem neque auctoritatem ullam referendi apud patres, aut edicendi ad populum, neque obsistendi dictis factisque collegæ, ut qui jam ea se quoquomodo approbaturum jurasset.

Quid jam ille consul in Repub. qui nihil dicere, facere, aut imperare potest, nisi approbante, vel potius imperante collega?

Tum dici potuit, quod olim de consulatu Cæsaris et Bibuli. Nam omisso spretoque Bibulo, fastos notabant talium derisores, *Julio et Cæsare consulibus.* Suet.

Jurare prohibuit] Quod summæ modestiæ fuit in principe; quia nempe Antistius collega ipsius, quia consul, et sic summum in Repub. imperium, et fere par principi habere videbatur.

Et quomodo consul, et qui summus in Repub. magistratus, si in acta potentioris jurare cogitur? Hac sapientia, hac modestia adæquabat Trajanum Nero, aut etiam superabat, si perseverasset.

continuaret. Secutaque lenitas in Plautium Lateranum,[g] quem, ob adulterium Messallinæ ordine remotum, reddidit Senatui, 'clementiam suam' obstringens[h] crebris orationibus, quas Seneca, testificando, quam honesta præciperet, vel[2] jactandi ingenii,[i] voce Principis vulgabat.

12. Ceterum infracta paulatim potentia matris, delapso Nerone in amorem libertæ,[j] cui vocabulum *Acte*[k] fuit: simul

decore erectus, ampliores adjungeret. Secutaque est clementia ipsius *in Plautium Lateranum, quem ob stuprum Messallinæ curia pulsum, restituit ordini,* clementiam suam *devinciens multis orationibus, quas Seneca ore Cæsaris publicabat,* vel *demonstrando, quam egregia præcepta daret* illi, *vel ostentandæ facundiæ* gratia.

Porro deminuta sensim est auctoritas Agrippinæ, prolapso principe in cupidinem libertæ, cui nomen fuit Acte: *simul ascitis consciis amoris istius Othone et Claudio*

2 In editionibus veteribus et in omnibus ferme Mss. *causa jactandi ingenii.* Abest tamen *causa* a Ms. Vatic. quem vidit Lipsius, et Ms. Flor. *Vel* merito addidit Rhenanus. *Brotier.*

NOTÆ

[g] *Plautium Lateranum*] Is adulter Messallinæ. Sic Narcissus l. XI. 30. 'Is veniam in præteritum petens, quod ei cis Vectium, cis Plautium dissimulavisset.' Et c. 36. 'Plautio Laterano mors remittitur: huic ob patrui egregium meritum,' &c.

Haud dubie tum curia et urbe exactus Plautius, nunc redditur civitati et senatui: dicit tamen Tacitus, *ordine remotum* tantum: nec qui senatu motus, simul et urbe pelli censebatur; sed ex offensione principis, et quia amicitia et comitatu prohibitus erat, exilium intelligere debuit.

[h] *Obstringens*] Se clementer acturum sæpe promittebat, talibusque promissis se in posterum obstringebat princeps; et quasi ad perseverandum seipse adigere sic videbatur.

[i] *Vel jactandi ingenii*] Contaminarant impuræ manus, *causa jactandi.* At vox ea eleganter abest in Vatic. *Lipsius.*

[j] *In amorem libertæ*] Non dicit, cujus liberta fuerit Acte, an esset aulica et Cæsarum liberta, an Agrippinæ: nec potest id colligi præcise ex verbis Taciti; attamen verisimilius est, eam degisse in aula, cujuscumque patroni aut patronæ fuerit.

Interpres Gall. vertit, quasi liberta esset ipsius Neronis; quod non liquet. Et cur tot artibus aut donis arreperet Nero mulieri, quæ sibi, aut Cæsaribus, quorum hæres ipse erat, ante servisset?

[k] *Cui vocabulum Acte*] Ex Asia oriunda mulier: cujus genus Nero (ut splendorem ei astrueret) ad Attalum regem referebat Xiphilinus. *Lipsius.*

Acte] Sic Dio l. LXI. 'Interea graviter ferebat Agrippina, quod non amplius in palatio dominaretur, præsertim propter Actem. Fuerat autem Acte emta ex Asia, cujus amore Nero ita captus erat, ut eam retulerit in familiam Attali regis, et Octavia uxore longe magis dilexerit. His de causis aliisque irata Agrippina, primo admonere Neronem conatur; et eos, qui cum ipso versabantur, partim verberibus castigat, partim procul amovet.'

assumtis in conscientiam Othone et Claudio Senecione, adolescentulis decoris: quorum Otho familiari Consulari, Senecio liberto Cæsaris[l] patre genitus, ignara matre, dein frustra obnitente,[1] penitus irrepserat[2m] per luxum et ambigua secreta:[n] ne severioribus[3] quidem[o] Principis amicis adver-

Senecione, juvenibus forma præcellentibus, quorum Otho stirpe consulari, Senecio natus ex patre qui libertus Cæsaris erat, *inscia Agrippina, et mox frustra repugnante, se penitus insinuaverant* Neroni, *per luxum et incerta* quædam *arcana; ne gravioribus quidem Cæsaris amicis resistentibus, fœmina libidines principis exsati-*

1 Ita Rhenanus bene: ex Bud. *obmittente.* Prius legebatur *obtinente.* Oberlin.—2 *Irrepserant* Gronovius, Ryckius, et Brotierus cum Homero. At in multis Mss. et editionibus veteribus, *irrepserat;* quod ortum videtur ex pessima interpungendi ratione. In Ms. Jes. *irrepsere.* Merito Lipsius emendavit, *irrepserant;* frustraque Cl. Ernestus revocavit, *irrepserat.* Brotier.—3 Ita Ms. Bodl. et Puteolanus ac recentiores. Vulgo in Mss. et editione principe, *ne senioribus.* Idem.

NOTÆ

[l] *Liberto Cæsaris*] Intelligunt Claudii, quia filius illius *Claudius Senecio* vocabatur, sicque ferebat nomen patroni. Sic *Felix* dictus *Antonius* ex nomine patronæ suæ, nempe Antoniæ Drusi: cujus libertus fuerat. Sed ii liberti aulici, seu Cæsariani, dicebantur liberti Cæsaris absolute, et semper manebant liberti Cæsaris, seu principis, quisquis imperium haberet.

Quare parum interest scire, an hic fuerit libertus Claudii, an alius; nam potuit etiam fuisse Tiberii et Caii Cæsaris, et satis exhibuit sortem hominis Tacitus, cum dixit fuisse libertum Cæsaris. Nihil ultra requiri debet: fuit enim libertus Cæsaris, quicumque is esset qui rerum potiretur.

Ministri illi Augustæ domus fuerunt velut individui Cæsarum ex munere, officio, et ex sorte ac conditione sua; ita ut opes illorum post mortem exciperet Cæsar, tanquam patronus.

[m] *Penitus irrepserat*] Animum principis sibi prorsus devinxerat.

[n] *Ambigua secreta*] *Secreta* nempe hujus amoris in libertam, quæ *ambigua,* quia nondum compertum, quo tenderent amores illi: nondum satis agnoscebatur, an amaret Nero, an alii juvenes illi decori, qui *assumti in conscientiam* cupidinis; quod postea compertum est.

Per ambigua secreta] Ambigua, quia initio vix sciri potuit, an ex consuetudine et amicitia mutua juvenum cum principe illud commercium secretum enatum esset, an vero sublateret aliquis amor mulierculæ, in cujus conscientiam assumti essent juvenes, et essent velut internuntii. Initio dubium, an ipse Nero amaret Acten, an Serenus.

Ambiguum, quia non constabat quæ illa essent secreta, aut quo tenderent, et ut vulgo dicimus, hæc confidentia magni tum mysterii locum habuit in aula.

Ambigua secreta] Quia dubitari potuit ob magnitudinem talium, an proderentur, an vero silentio premerentur: dubitari potuit et de iis, quibus credebantur illa arcana, simul et de illis ad quos transmittebantur; sicque *ambigua* arcana erant confidenti principi. Sic Interpres Hispanus subtiliter magis, quam solide.

santibus, muliercula, nulla cujusquam[p] injuria, cupidines Principis explente; quando uxore ab Octavia, nobili quidem et probitatis spectatæ,[q] fato quodam, an quia prævalent illicita, abhorrebat: metuebaturque, ne in stupra fœminarum illustrium prorumperet,[r] si illa libidine prohiberetur.

13. Sed Agrippina 'libertam æmulam, nurum ancillam,'[s]

ante, nullo cujusquam dedecore; cum aversaretur conjugem Octaviam, illustrem sane, et virtutis conspicuæ, sive *forte quadam, sive quia vetitæ cupiditates præpollent; et timebatur, ne erumperet in adulteria mulierum splendidarum, si illo amore arceretur.*

Verum Agrippina more muliebri indignari, præponi ipsi libertam rivalem, nu-

NOTÆ

Erant *ambigua*, non Neroni, non iis qui recipiebant in se talia arcana, sed Agrippinæ et aulicis, qui juvenes assumtos in familiaritatem principis, et conscientiam secretorum, at mentem illorum nondum clare perspiciebant.

[o] *Ne severioribus quidem*] Libri scripti, *senioribus*. Lipsius.

Ne severioribus quidem principis amicis] Intelligit præcipue Burrhum et Senecam, ut et infra 18. 'Nec defuerunt qui arguerent viros gravitatem asseverantes,' &c.

[p] *Muliercula, nulla cujusquam*] Et quia libertinæ fere victimæ libidinum, et quia nulli viro hæc addicta erat, cui fieret injuria. *Forma vacua* fuit, ut dicit Quintilianus Declam.

Nulla cujusquam injuria] Sine cujusquam insignis fœminæ stupro, nullius civium probro aut contumelia. Sic Valer. l. IX. De Curionibus: 'Patris gravissimum supercilium et filii sexcenties sestertium æris alieni aspexit contractum famosa injuria nobilium juvenum.' Cui respondet ὕβρις et ὑβρίζειν apud Græcos, quod Latinis est *illudere*.

[q] *Nobili quidem et probitatis spectatæ*] Nobilitas ac pudicitia simul maxima sunt incitamenta cupidinis amorisque; et talis uxor, quæ secum imperium in dotem attulerat, amore summo et honore digna fuit; sed non sufficiunt hæc sæpe retinendæ cupidini juvenum. Nero vel malo fato, vel pravitate naturæ et aulæ, vel quia illicita magis placent, a tali conjuge et conjugio abhorrebat, seque pellici permisit.

[r] *Ne in stupra fœminarum illustrium prorumperet*] Ideoque non adversabantur severiores amici principis. Inter Apophtheg. l. VII. 'Crates Thebanus Cynicus filium Pasiclem, simul ut excesserat ex ephebis, perduxit ad ancillæ domicilium, dicens; Hoc tibi est patrium conjugium. Nam mœchi tragici præmia referunt, exilia et cædes; comici amatores ex luxu ac temulentia lucrifaciunt insaniam.'

Sensit quasi tragicam esse rem adulterium, quod hujus fere atrox sit exitus: et uti scortis rem esse comicam. Id enim non punitur supplicio capitis, sed tamen qui depereunt in meretricem, in comœdiis inducuntur, insanis similes. At cum ancilla tua rem habere nihil est periculi. *Erasmus.* Id Ethnico more dictum puta.

[s] *Nurum ancillam*] Et hæ sunt injuriæ in uxorem, quas evulgabat Agrip-

aliaque, eundem in modum, muliebriter fremere. Neque pœnitentiam filii aut satietatem opperiri:[t] quantoque fœdiora exprobrabat, acrius accendere, donec, vi amoris subactus, exueret obsequium in matrem, Senecæque permitteret.[1][u] Ex cujus familiaribus Annæus Serenus,[v] simula-

rum famulam, *aliaque similia queri. Neque expectare mutationem filii, aut fastidium* ex copia mulieris; *et quo turpiora objectabat* filio, eo *vehementius inflammabat, donec* tandem *violentia cupidinis incitus, omitteret reverentiam in parentem, Senecæque se traderet. Ex cujus amicis Annæus Serenus, prætextu cupidinis erga*

1 *Seque Senecæ permitteret.* Sic Ryckius et Brotierus cum Homero. In Mss. Reg. Farnes. et editione principe, *seque neci permitteret.* In Ms. Vatic. *seque permitteret:* supra additum *neci.* In Ms. Flor. *seque nece.* In Mss. Harl.

NOTÆ

pina. Hæ etiam injuriæ in matrem, sed summa injuria in Agrippinam haud dubie fuit, quod non imperaret, ut ante Agrippinæ seniori exprobraverat Tiberius.

Nec abs re forte talia querebatur Agrippina; nam certe parum abfuit quin Nero Acten uxorem duceret. Sueton. 'Acten libertam paulum abfuit quin justo matrimonio sibi conjungeret: submissis consularibus viris, qui regio genere ortam pejerarent.'

[t] *Satietatem opperiri*] Sunt quædam res, quibus *intra animum medendum est;* ut dicebat Tiberius: 'Nos pudor, pauperes necessitas, divites satias in melius mutet.' l. III. 54.

[u] *Senecæque permitteret*] Hærere me jubent libri. Nam Farnes. *seque neci permitteret.* Vatic. *seque permitteret:* addito superius, *neci.* E quibus *seque Senecæ*, occurrebat: nisi aliud latet. Tamen de Seneca fuisse, verba subsita statim dicunt. *Lips.*

Senecæque permitteret] Sic lego; in re ancipiti et dubiæ interpretationis, artifici brevitate defungitur Tacitus, ne in alterutram partem pronior appareat. Seneca, et si jam ab initiis imperii Neronis unum cum Burrho certamen habuisset adversus crudelitatem et superbiam Agrippinæ, semper tamen in filio aluerat debitam matri pietatem.

Et quoties ab illa se ille insolentius asperiusque tractatum doleret, quamvis instigantibus haud dubie statim assentatoribus, non permiserat eum matri diu irasci, nedum frænum mordere, sed gravibus et honestis monitis exulceratam mentem sanaverat.

Nunc per ipsius matris impotentiam, eo res erat redacta, et sic commota ferocia sævi adolescentis, ut necessario silendum esset de matre, aut expectandum, ut ipse cum illa quateretur foras, qui solus, aut cum altero, illa in aula verum dicebat, et sic in posterum et ad hæc mitiganda, et omnibus bonis, totique Reipub. fieret inutilis.

Ergo *permisit*, hoc est tacuit, desiit obniti, et hac parte veri molles auriculas radere, nec retinuit palam responsantem, et quæ adhuc clam fecerat, oculis ingerentem. Quod nec laudare voluit Tacitus, et accusantur frustra, quæ cogunt tempora. Ideo sic transmittit.

Nam quod sequitur de Annæo Sereno, non accipiendum, quasi faverit

tione amoris adversus eandem libertam, primas adolescentis cupidines velaverat, præbueratque nomen, ut, quæ Princeps furtim mulierculæ tribuebat, *ille* palam largiretur. Tum Agrippina, versis artibus, per blandimenta juvenem aggredi, ‘ suum potius cubiculum[w] ac sinum’[x] offerre, ‘ contegen-

hanc ipsam libertam, occultaverat primos amores principis, et nomen suum *accommodaverat, ut, quæ Cæsar clam fœminæ largiebatur, ille aperte tribueret. Tum Agrippina, mutatis consiliis, per blanditias principi arrepere* cœpit, suumque potius gynæcæum ac gremium *exhibere* ipsi occultandis *iis*, quæ primi anni, et

Bodl. Jes. et Puteolanus, *Senecæque permitteret;* quod Gronovio placet. Merito emendatum, *seque Senecæ*, quod Lipsio, Ryckio, et recentioribus placuit.

NOTÆ

amori Neronis Seneca, contra matris voluntatem, suæ gratiæ causa.

Sed cum judicaret, hunc ei ludum dandum, majoris mali evitandi ergo, eo ipso, quod comparaverat personam, cujus nomine liberalitates Neronis velarentur, fovebat reverentiam matris et filium retinebat, ut cum aliqua verecundia indulgeret ætati. Sed salubre consilium austeritas Agrippinæ et æmulatio vana irritum reddidit.

Senecæque permitteret] Forte *seque Senecæ permitteret;* et τὸ *seque*, propter similitudinem sequentis vocis *Senecæ*, elapsum exscribenti. Vel forte *Senecæque se permitteret;* forte etiam referri possit ad τὸ *obsequium*, quæ vox præcedit. Sic Plutar. in Artax. de Dario filio: ἐπέδωκεν οὖν ἑαυτὸν τῷ Τιριβάζῳ.

[v] *Annæus Serenus*] Qui præfectus vigilum Neronis. Plinius. lib. XXII. ‘ Fungi familias nuper interemere et tota convivia ; Annæum Serenum, Præfectum Neronis vigilum, et tribunos et centuriones. Quæ voluptas tanta ancipitis cibi ?’

De hoc amico suo capiendus Seneca, epist. LXIII. ‘ Hæc tibi scribo, is qui Annæum Serenum carissimum mihi tam immodice flevi, ut, quod minime velim, inter exempla sim eorum, quos dolor vicit.’ Et inscripsit eidem libros suos, *De tranquillitate*, monumentum amoris. *Lips.*

[w] *Suum potius cubiculum*] Agrippinæ moribus haud alienum fuerit, incestum cum filio Nerone jam tum secreta mente agitasse ; at his verbis, *cubiculum ac sinum*, eandem vim inesse, ut filium ad id scelus aperte invitet, mihi certe non fit verisimile.

Nam initio libri sequentis, hoc ipsum Cornelius, tanquam novum et immane facinus, ex historia Cluvii tradit, atque execratur : quod tamen non facit hic Tacitus. Censeo itaque, Agrippinam, indulgentem jam et intemperanter demissam, simulavisse, libidinibus filii se non quidem adversari, sed imperatori minime decorum esse, hujusmodi mulierculas palam habere : et ideo ad id cubicula latebrasque proprias offerebat. *Pichena.* Non offerebat sinum præcise, ut tegeret amores filii, sed ut illis faveret, aut certe non satageret, vel etiam puellas quæreret, exemplo olim Liviæ.

[x] *Ac sinum*] Interpres Hispanus vertit : *su regazo*, et in margine habet : *El secreto de su comunicacion, y medio, fiando de su pecho sus secretos.*

dis, quæ prima ætas, et summa fortuna[2] expeterent.' Quin et fatebatur 'intempestivam severitatem,' et suarum opum, quæ haud procul imperatoriis aberant, copias tradebat: ut nimia nuper coërcendo filio; ita rursum intemperanter demissa. Quæ mutatio neque Neronem fefellit, et proximi amicorum[y] metuebant, orabantque, 'cavere[3] insidias mulieris, semper atrocis, tum et falsæ.' Forte illis diebus Cæsar, inspecto ornatu, quo Principum conjuges[z] ac parentes effulserant, deligit vestem et gemmas, misitque donum

principalis fortuna postularent. *Quin et* ultro *agnoscebat* se intempestiva asperitate usam fuisse, *et facultatem* ei *permittebat utendi, fruendi suis divitiis, quæ paulo inferiores opibus principis erant:* et sic, *ut immodica nuper cohibendo filio, ita rursus immodice submissa* videbatur. *Quæ mutatio neque principem latuit, et intimi familiarium timebant, rogabantque,* ut, suspectaret artes fœminæ, semper violentæ, tum et subdolæ ac dissimulantis. *Forte hoc ipso tempore Nero, conspecto cultu, quo uxores imperitantium ac matres enituerant, seponit stolam*

Brotier.—2 Male Beroaldus, *summa forma.* Idem.—3 Ita Mss. Flor. Guelf. et editio princeps. Puteolanus, *caveri.* Pichena et Rhenanus mallent, *caveret.*

NOTÆ

[y] *Proximi amicorum*] Rectores juventæ principis metuebant ipsi, nec potuit illa causa dissociari; et ab ipsis amicis, incepisset Agrippina furens. Sic infra 14. 'Audiretur hinc Germanici filia, inde debilis rursus Burrhus, et exul Seneca trunca scilicet manu, et professoria lingua generis humani regimen expostulantes.' Amicos etiam alios intelligit, præter rectores.

[z] *Quo principum conjuges*] Claudianus de nuptiis Honorii: 'Jam munera nuptæ Præparat, et pulchros Mariæ, sed luce minores Eligit ornatus; quicquid venerabilis olim Livia, Divorumque nurus gessere superbæ.' *Aurelius.*

Ornatu quo principum conjuges] Erant hi *cultus dotales* fœminarum principum, vestes nempe, monilia, gemmæ, &c. De hoc reginarum ornatu Suet. Cal. 39. 'In Gallia quoque, cum damnatarum sororum ornamenta, et supellectilem, et servos atque etiam libertos, immensis pretiis vendidisset,' &c.

'Cui instrumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit: modo avaritiæ singulos increpans, et quod non puderet eos locupletiores esse quam se: modo pœnitentiam simulans, quod principalium rerum privatis copiam faceret.'

Idem fecit M. Antoninus Philosophus, sed in causa dissimili. Sic Capitolinus in ejus vita: 'Cum ad hoc bellum' (nempe adversus Marcomannos) 'omne ærarium exhaussisset suum, neque enim in animum induceret, ut extra ordinem provincialibus aliquid imperaret; in foro Divi Trajani auctionem instrumentorum imperialium fecit, vendiditque aurea pocula et crystallina, et myrrhina: vasa etiam regia, et vestem uxoriam sericam et auratam, gemmasque etiam, quas multas in repo-

matri, nulla parsimonia,[4] cum præcipua, et cupita aliis,[a] prior deferret. Sed Agrippina, 'non his instrui cultus suos,[b] sed ceteris arceri,' proclamat, 'et dividere filium, quæ cuncta ex ipsa haberet.'[c] Nec defuere, qui in deterius referrent.[d]

et pretiosos lapillos, misitque munus Agrippinæ, nulla parcitate, cum magnifica quæque *et aliis* fœminis *optatissima prior* ipse *offerret* matri. *Verum Agrippina clamitat,* non his locupletari suos ornatus, immo sic omnibus aliis rebus prohiberi, et partiri Neronem *cum ipsa* opes, quas omnes ipsius beneficio obtineret. *Et extitere* nonnulli *qui* rem *in pejus* Agrippinæ *renuntiarent.*

At infinitivo jam usus est Tacitus Annal. VI. 2. XI. 1 et 32. *Brotier.*—4 *Parcimonia* Ryckius, Brotierus, et Homerus.

NOTÆ

sitorio sanctiore Hadriani repererat: et per duos menses hæc venditio celebrata est.' O principem, cui totus orbis gaza, thesaurus, immo templum esse debuit.

[a] *Præcipua, et cupita aliis*] Τὸ *aliis*, indefinite dictum videtur; attamen potius de fœminis intelligam: nempe, quæ aliæ fœminæ maxime cuperent, quæ dona illustres matronæ maximo studio ambirent, velut ornamenta maximi pretii; vel intellige de uxoribus ipsis aut sororibus priorum Cæsarum præcise: quæ *dona*, quos *cultus* maxime cuperent ipsæ reginæ, aut reginarum filiæ, splendidissimæque fœminæ.

[b] *Non his instrui cultus suos*] Est qui sic explicet, *non ea esse sua ornamenta, sed alia a quibus arceretur.* Illam enim arceri a rerum cognitione, imperio, dominatione, &c. Sed parum ad rem.

Sensus est, his donis Neronis non tam instrui cultus suos, quam sic cetero aulæ instrumento et supellectili ipsam arceri; cum tamen omnes aulæ opes ipsius essent, cum eas ipsa possedisset, et *cuncta ex ipsa haberet* Nero.

Cum sic ipsi daretur sua portio, seu certa quædam pars opum regiarum; sic simul ceteris opibus arceri videbatur, cum tamen omnia ipsius essent, quæ omnia dederat. Sicque non tam instruebatur aut exornabatur his donis Agrippina, quam in ordinem et ad privatas opes cogebatur. Jam non regnat, cui non parent omnia.

[c] *Quæ cuncta ex ipsa haberet*] Plus dederat Agrippina, quam ut repetere posset, nec tali tantoque beneficio ignoscere Nero potuit; in talibus pro gratia odium redditur: nemo regum privato cuipiam debere imperium fatetur ultro.

Teste Dione l. LXI. Neroni eam gratiam sic exprobrat Agrippina: 'Ego te imperatorem feci: tanquam posset ei principatum arbitratu suo adimere. Nesciebat fœmina summum imperium, postquam a privato alicui delatum est, statim deficere eum qui detulit, qui dedit; et ad eum, qui accepit, contra ipsum qui dedit, transferri.'

Quæ cuncta ex ipsa] Quæ ipsa *cuncta* Neroni dederat, cum nempe ipsi dedit imperium.

[d] *Nec defuere, qui in deterius referrent*] Nonnulli sic vertunt: *Quidam in malam partem accipiebant:* sed non solum illi in pejus accipiebant, sed

14. Et Nero infensus iis, quibus superbia[1] muliebris innitebatur, demovet Pallantem cura rerum,[e] quis a Claudio impositus, velut arbitrum[2] Regni agebat:[3] ferebaturque, degrediente[4] eo, magna prosequentium multitudine,[f] non

Et Cæsar iratus illis, quibus arrogantia fœminæ fulciebatur, deturbat Pallantem administratione rerum, quibus a Claudio præfectus, se velut imperii dominum ferebat. Vulgabaturque, Neronem, *illo abeunte, magna comitantium turba, non illepide dix-*

1 Mss. Harl. Jes. et Guelf. *ferocia muliebris;* ac sic sæpe Tacitus, cum de Agrippina loquitur. *Brotier.*—2 Ita Mss. Vatic. 1863 et 1864. et editio princeps, Lipsius, ac recentiores. In Ms. Vatic. 1958. Flor. Reg. Guelf. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *arbitrium.*—3 In Mss. Harl. et Jes. pro *agebat*, scriptum *gerebat.* Sed margini Ms. Harl. additum, *agebat.*—4 Sic Mss. Vatic. 1863 et 1864. et Flor. Non ita bene alii, *digrediente.* Brotier.

NOTÆ

etiam in deterius, quam ipsa Agrippina dixisset, principi renuntiabant.

Forte referebant, quasi ipsa repeteret Imperium quod olim dedisset; quasi non contenta esset omni ornatu aulæ, sed ipsam dominationem rursus invadere vellet; quasi minaretur se vindicaturam, et alia ejusmodi, quæ semper in pejus narrant adulatores aulici.

[e] *Demovet Pallantem cura rerum*] A rationibus Claudii fuit, ex Sueton. c. 28. et lapide, in quo sculptum: PALLANS. CÆS. N. SER. ADIVTOR. A. RATIONIBVS. *Lipsius.*

[f] *Magna prosequentium multitudine*] Hic mirari subit, quod homo perculsus, excuriatus, et gratia principis summaque fortuna evolutus, tanta hominum seu clientum frequentia stirparetur. Et præcipue, si compares cum infortunio Agrippinæ pariter perculsæ; de qua sic Tac. 'Ne cœtu salutantium frequentaretur, separat domum,' &c. 'Statim relictum Agrippinæ limen. Nemo solari, nemo adire, præter paucas fœminas, amore an odio incertum.'

Nam quis misero, aut pereunti comes esse velit? quis ultro *pericula sua misceat cum sorte damnati?* Puto, stipatur Pallas hac frequentia hominum, vel forte qui parum amittere poterant, vel qui eandem cum illo fortunam habuere; et summa ratio talis honoris fuit illud pactum singulare, quo nullam rationem edere cogebatur Reipub. a se gestæ.

Et sic multi negotiis impliciti, huic pacto affines erant, et penes illum adhuc erat subscribere multis codicillis, libellis, ac schedulis, ad ærarium seu fiscum pertinentibus. Multas res adhuc retrahere vel obliterare potuit pro summo suo arbitrio Pallas: hinc illum assectatur multitudo frequens hominum, quorum nempe rationes eædem erant cum rationibus Pallantis.

Et tum, puto, maxime oculis circumlustrabat talium amicorum præsentiam, quinam adessent vel abessent in hac grandi occasione, et longe acrius quam in rebus prosperis exigebat honorem et amicos. Nam ea quasi summa malæ fortunæ appendix fuit, eritque, tum deseri ab omnibus omnino mortalibus.

Et certe *dum fuit felix*, non perinde facile oculos suos consociabat, ut neque vocem; nisi forte prævalidos aliquos ad talem casum sibi seponeret

absurde dixisse: 'Ire Pallantem, ut ejuraret.'[g] Sane pepigerat Pallas,[h] 'ne cujus[5] facti in præteritum interrogaretur,[i]

isse: Ire Pallantem, ut abdicaret principatum. *Et quidem pactus erat Pallas,* ne cujusquam antea gestæ rei postularetur, et eædem essent rationes illius, quæ

—5 Sic ed. pr. Rhenanus, ceteri. Intermedii Puteol. Beroald. Alc. *cujusque. Interrogaretur* est rationem reddere cogeretur, ut reus fieret, ut XIV, 46. Cic. pro Domo 29. Mox *ad terrorem* etiam ed. pr. non *in:* item *posthac.* Ernesti.—

NOTÆ

aulica prudentia; et, ut inquit Tac. Hist. I. 72. 'Effugio in futurum; quia pessimus quisque, diffidentia præsentium mutationem pavens, adversus publicum odium privatam gratiam præparat, unde nulla innocentiæ cura, sed vices impunitatis.'

[g] *Ire Pallantem, ut ejuraret*] Scilicet, rempublicam, quam in manu habebat, et in potestate. Quod sit autem acumen istorum verborum, multi dubitant. Et existimo respexisse Neronem ad formulam *ejurandi bonam copiam,* de qua Cicero in familiaribus epistolis ad Pætum: 'Tu autem quod mihi bonam copiam ejures, nihil est.' Vocant jurisconsulti, *cedere bonis.*

Pallas ergo exibat ejuraturus *bonam copiam,* et ingentem prosequentium multitudinem, immensamque auctoritatem malæ fortunæ, invidisque et malevolis, quasi iniquis creditoribus, relicturus. *Aurelius.* Bonam mentem ejurat.

Ut ejuraret] Magistratus honore exeuntes, jurabant pro more solenni, se nihil egisse in magistratu, quod Reipublicæ perniciosum esset.

Pallas pepigerat ante ritum se fore ἀνυπεύθυνον, ut facilius tutiusque juraret, quam omnes alii magistratus populi Rom. securus omnium actorum in futurum, et etiam scelerum; ut quasi princeps ageret, *paresque cum Republica* et principatu *rationes haberet.*

Quare talem dictatorem sic abeuntem magistratu, et stipatum ea turba anteambulonum aut prosequentium, sic ejurantem facile et fere domini seu Cæsaris ad instar, non insulse irridet Nero.

Ut ejuraret] Quod proprie dictatoris fuit, qui summam potestatem habuit, nec rerum gestarum rationem reddere tenebatur, nec in præteritum facti ullius argui potuit; cujus certe rationes eædem erant cum Republica, quæ cuncta pactus erat Pallas.

[h] *Pepigerat Pallas*] Quidam sumunt, quasi jam olim id pepigisset cum Claudio principe, a quo curæ rerum impositus erat. Alii quasi pepigisset cum ipso Nerone, eo tempore, eoque die, quo ab illo rebus demotus et deturbatus est. Ita ut tunc veluti dictaturam, aut summam rerum seu principatum ejuraret Pallas.

Nam princeps aut dictator nullam rationem reddit rerum a se gestarum: habet easdem rationes cum Repub. Sumunt autem, quasi esset una hæc præcipua conditio ejurandi, et qua sublata supremum dominium non ejuravisset Pallas. Certe conditio hæc impetrata, sine qua tamen nihilominus ejurasset.

Sed forte facilius id initum pactum foret cum Claudio, quam cum Nerone, cujus *ingenium non infra servos* fuit. Sed non admodum refert.

Puto tamen, potius cum Nerone id pepigisse Pallantem, et Nero forte

paresque rationes[j] cum Republ. haberet.' Præceps post hæc Agrippina ruere ad terrorem et minas; neque Principis auribus abstinere, quo minus testaretur, 'adultum jam esse Britannicum, veram dignamque stirpem suscipiendo patris imperio, quod insitus et adoptivus per injurias matris exer-

Reipublicæ. *Exin Agrippina vesana et atrox, exterrere, minari, neque vel Cæsaris auribus parcere, quin* ipso coram *promeret*, jam adolevisse Britannicum, legitimam idoneamque sobolem capessendo patris imperio, quod subditivus et ascititius *Nero*, per injurias parentis, regeret. Non obsistere se, quin

NOTÆ

in eo saltem gratum se exhibuit erga ministrum suæ adoptionis et imperii, quod illius ope adeptus erat: et sic eodem die quo exiit, id pepigerit Pallas cum ipso Nerone, qui arrogantem hominem rebus depulsum vehementer cupiebat: forte et incitabant proximi prævalidique amici, qui depressam Agrippinæ potentiam voluere.

Pepigerat Pallas] Capiunt, quasi eo ipso tempore, quo digrediebatur, id pepigisset Pallas; quod non satis liquet. Neque forte tempestiva illa momenta, aut satis *mollia fandi tempora*, non id tempus dandi accipiendique conditiones a dominante, cum quis rebus, gratia, aulaque amovetur.

Forte potius jam primum id pepigerat, metuens impendentium, cum facilitate Claudii præpolleret, aut cum in flagrantissima gratia esset etiam sub Nerone, cui dederat imperium, et favore Agrippinæ, quam provexerat nuptiis principis, subnixus; nihil tamen affirmo.

[i] *Interrogaretur*] Id est, accusari non posset aut examinari, ratio nulla repeteretur de quacunque re quam gessisset. Sic infra XIV. 46. 'Damnatus iisdem consulibus Tarquitius Priscus repetundarum, Bithynis interrogantibus,' &c.

Et l. XVI. ubi de Barea Sorano et filia ejus accusata, 'quod pecuniam Magis dilargita esset,' &c. c. 31. Tum 'interrogante accusatore, an cultus dotales, an detractum cervici monile venundedisset, quo pecuniam faciendis magicis sacris contraheret.'

[j] *Paresque rationes*] Id est (uti juris consulti loquuntur) ut *pariator* esset, sive ἀλοίπαστος: nec reliqua ulla haberet. Sic *parem rationem facere* Seneca dixit, epist. l. II. et l. VI. De benef. c. 40. item Jurisc. l. ult. De doli except. l. XX. De manum. testam. *Lipsius.*

Paresque rationes haberet] Vetere Repub. omnes cives rerum a se gestarum rationem reddere tenebantur, et petebant a senatu, ut ea rata haberentur, seu ut acta eorum examinata confirmarentur.

Primus Cæsar dictator id obtinuit, ut ea rata essent quæ gessisset, nulla reddita ratione, quia victor; dein Augustus et secuti principes etiam jussere, ut in acta sua juraretur singulis annis. Ita ut *pares cum Repub. rationes* haberent.

Quod et communicavere amicis et ministris; quod nunc Claudius etiam libertis concessit. Pepigeratque Pallas non cum Repub. quæ nulla tum fuit, sed cum principe, ut neque princeps ipse rationem exigere ab eo posset, ita ut sic haberet easdem rationes cum Repub. seu cum ipso principe, qui nempe omnia Reipub. munia in se traxerat.

Sciebat Pallas illud arcanum domi-

ceret.[k] Non abnuere se, quin cuncta infelicis domus[l] mala[m]

omnia infortunatæ domus mala in lucem proferrentur, suum præsertim ma-

NOTÆ

nationis 1. 6. 'Neve Tiberius vim principatus resolveret, cuncta ad senatum vocando; eam conditionem esse imperandi, ut non aliter ratio constet, quam si uni reddatur.'

Et pepigerat Pallas, ut ne uni quidem principi rationem redderet, sed tantum uni sibi: tantæ superbiæ sævus ille procurator fuit, ut se Reipub. Cæsari principique adæquaret; immo et supra Rempub. supra dominantes esset.

[k] *Per injurias matris exerceret*] Nonnulli intelligunt, quasi Nero adoptitius imperium haberet, regeretque per malas artes, et flagitia matris Agrippinæ: quod falsum.

Verus sensus est, Neronem exercere imperium, male se gerendo erga matrem, ipsi injurias inferendo. Quia nempe ingratus fuit imperii sibi dati, et hoc idem imperium per ingratitudinem exercebat. Imperio seu beneficio utebatur in injurias, seu potestatem datam in eam ipsam matrem, quæ dederat, exercebat.

Per injurias matris] Quidam vertunt, *per crimina matris.* Certe per scelera Agrippinæ paraverat imperium, sed illud exercebat per ingratitudinem et per injurias in matrem. Hoc vult Tacitus.

Injuria præcipua fuit, quod contemneret, quod cum matre non communicaret principatum, quem ex ipsa habuerat; quod per summam ingratitudinem eam rebus, opibus, et potentiæ societate dejiceret, sicque affligeret, subverteret matrem, ac velut in exilium et exitium ageret.

Per injurias matris] Cujus *imperii* vim, seu potius impotentiam, exerceret, præcipue sæviendo in matrem ipsam, quæ evexerat. Summa *injuria* videbatur, auferre matri potentiam et opes, quas ipsa dederat. Sic Tiberius olim matri hujus Agrippinæ: 'si non dominaris,' inquit, 'filiola, injuriam te accipere existimas.' Suet. Tib. 53.

[l] *Infelicis domus*] Intelligit domum Claudii et suam, quæ una et eadem fuit; nam et in infortuniis seu calamitatibus domus, numerat suas nuptias; at nuptiis fit familia seu domus communis.

Per τὸ *infelicis*, forte non solum infortunatam et calamitosam domum intelligit Agrippina, sed et incestam, facinorosam, et scelestam; in qua nempe incestæ nuptiæ, veneficia, et alia non minora flagitia, regnandi, et ipsius Neronis causa perpetrata erant.

Ipsi enim talia exprobrat; nec abnuit aut anxia est Agrippina, hæc omnia flagitia evulgari; dummodo scelus Neronis et ejus injuriæ in matrem retegantur, atque in vulgus erumpant.

Alii intelligunt mala domus Claudii et Britannici, quæ vere *infelix*, et quæ malis abundavit, præsertim a nuptiis illis incestis Agrippinæ.

Sed certe *domus* communis, utriusque conjugis, et filiorum utriusque partis. Sed *mala* illa *infelicis domus* præsertim respiciunt Claudium et Britannicum; crimina vero patrata, Agrippinam et Neronem.

[m] *Mala*] Intellige facinora, flagitia, et scelera, in quibus sunt incestæ nuptiæ, veneficium, seu verius, parricidium, quo principem occiderat Agrippina. Omnia scelera, *mala* sunt, et maxima domus infelicis *mala*, et vere *mala* hæc sunt; nec alia certe *mala* sunt, si bene intelligantur. Sed

patefierent, suæ in primis nuptiæ, suum veneficium. Id solum Diis et sibi provisum, quod viveret privignus.[n] Ituram cum illo in castra. Audiretur hinc Germanici filia, inde vilis[6] rursus Burrus[7] [o] et exul Seneca; trunca scilicet manu,[p] et professoria lingua,[q] generis humani regimen ex-

trimonium, et veneni scelus. Id unum numinibus et sibi prospectum, quod mariti filius spiraret *adhuc et* superstes esset. Profecturam cum illo in castra *prætoriana*. Ut hinc audiretur Germanico genita Agrippina, inde *mancus ac* debilis Burrhus, et patriis sedibus extorris Seneca; nimirum *ille* mulcata manu, et *iste*, venali voce, summum omnium mortalium imperium exposcen-

6 *Inde debilis rursus Burrus.* Sic Gronovius, Ryckius et Brotierus. In Mss. Flor. Reg. Bodl. et editione principe, *indebilis rursus.* In Ms. Agr. et Puteolanus, *inde vilis. Vilis* quoque margini Ms. Bodl. additum. In Mss. Harl. et Jes. *inde Mancinus rursus.* Ernestus, quem secutus est Cl. Lallemand, omisit *inde*, ratus ejus vice fungi *rursus.* Probabilissimum tamen ex Mss. scriptura, et Taciti usu, olim scriptum fuisse, *inde debilis Burrus;* vel, *inde vilis Burrus. Rursus* irrepsisse videtur, cum corrupta fuit scriptura, aliique legerent *indebilis*, alii *Mancinus*, alii *bilbil*, ut in Ms. Vatic. Crediderim autem veram lectionem esse, *inde debilis Burrus:* idque suadent quæ sequuntur, *trunca scilicet manu. Debilitati* enim dicebantur, qui hoc corporis vitio laborabant. Unde in Digest. l. XLIX. Tit. 16. Leg. 4. ex Arrio Menandro, n. 12. 'Eum, qui filium debilitavit, dilectu, *id est*, delectu, per bellum indicto, ut inhabilis militiæ sit, præceptum divi Trajani deportavit.' *Brotier.*—7 *Burrhus* legit Gronovius.

NOTÆ

malo genio hominis, agnoscuntur tantum *mala* facinora, tum cum perpetrata sunt. Tac. de Nerone post cædem matris: 'perfecto demum scelere, magnitudo ejus intellecta est.' l. XIV. 10.

[n] *Privignus*] Filius mariti sui, Claudii nempe.

[o] *Inde vilis rursus Burrus*] Vatic. *bibil.* Suspicari possis, num *debilis* legendum sit; debilitas enim loco probri, quia et sacris olim arcebantur, et decreto Augusti, etiam Senatu. Sequitur autem de hoc ipso Burrho, *trunca scilicet manu.* Suspectum æque τὸ *rursus*, quod hic nulli rei. *Lipsius.*

Inde debilis rursus Burrus] Scribo: *Audiretur hinc Germanici filia: debilis rursus Burrhus et exul Seneca.* Nam cum inveniretur *devilis*, ut solet has inter se literas permutare manus vetusta, adjecit aliquis τὸ *in*, ut esset quod τῷ *hinc* responderet.

Sed particula *rursus* ejus vice fungitur, et est idem quod inde, vel vicissim. *Gronovius.*

Puto fuisse, *hinc rursus Burrhus:* particula idem significans geminari potuit.

Inde debilis rursus Burrus] Forte ex *rursus* factum est *rufus*, quæ vox glossema et interpretatio vocis *Burrhus.* Non mihi displicet illa repetitio, *inde debilis rursus:* forte *hinc debilis Burrhus.*

[p] *Trunca scilicet manu*] Agricola annotavit, *tunicata manu;* a se an a libris? Et sane videtur mollitiam Burrho objectare et tunicas manicatas. *Lipsius.* Quod afferunt de *tunicata manu*, meræ ineptiæ. Supra, 'Burrhus militaribus curis et severitate morum,' omnino respicit Bur-

postulantes.' Simul intendere manus,[r] aggerere probra,

tes. *Simul intentare* Neroni *manus* Agrippina, *contumelias ingerere, invocare*

NOTÆ

rhum, et ' professoria lingua' Senecam. Nec necesse est ut totam manum præcisam habuerit: sufficit digito uno aut altero captum fuisse: idque incommodum accepisse, dum in acie sternit hostem, ut verisimile est.

Ergo id insigne virtutis non magis arcuit eum præfectura prætorii, quam claudicatio ex vulnere Sp. Carvilium dehonestavit, quem mater, quoties gradum faceret, jubebat meminisse bellicæ gloriæ; aut herniæ, quam in equo dies noctesque persedendo, nactus erat, M. Servilium pœnituit. *Gronovius.*

Trunca scilicet manu] Quod vulnus tamen ipsi gloriæ fuit. Nam egregius bello, et hoc ipsum decus in causa fuit, cur prætoriano militi præficeretur: quid enim magis decorum? Sanguis sic profusus victoriam et gloriam ipsam vincit.

Flor. de Augusto saucio IV. 12. ' Cunctanti ad ascensum militi scutum de manu rapuit: et in via primus, tunc agmine secuto, cum Illyricus multitudine pontem succidisset, saucius manibus, ac cruribus, speciosior, et sanguine, et ipso periculo augustior, terga hostium percecidit.' Sic Annibal, sic Sertorius, sic Civilis et alii fortissimi viri, etiam faciei dehonestamento gloriabantur, cum oculum ex vulnere in prælio aut bello amisissent.

[q] *Professoria lingua*] Sic eloquentiam Senecæ per contemtum vocat Agrippina; sic deprimit verbis amœnissimum ingenium viri, quem ex omnibus mortalibus selegerat, qui viam filio ad imperium præpararet sterneretque, et qui etiam rerum potiente Nerone, veluti columen imperii esset.

Arguit irata insectaturque, quasi sophistam, rhetorem, aut ludi magistrum profiteretur Seneca. Sic et Burrhum τραυματίαν vocat vesana fœmina per contumeliam, qui armorum et belli fama conspicuus, et cujus vulnera in gloriam verterant. Sic eloquentiam spernit Senecæ, quæ tamen Reipub. et ætatis suæ maximum decus et ornamentum fuit, et qua certe nihil utilius, nihil honestius aut majus fuit, vel esse potuit toto orbe Romano.

Et præsertim in viro optimo et sanctissimo, quo temperante orbem, felix princeps, felix ipsa mater principis, felix Senatus, felix respublica fuit, et quo perculso, cetera imperii subversa et perdita sunt.

Professoria lingua] Idem est ac venalis; quod vitium procul abfuit a Seneca, qui senator, prætor, puto et consul, qui felicitati salutique Reip. ac decori Cæsaris, eloquentiam suam sacraverat, voverat, dicaverat.

[r] *Intendere manus*] Id vertunt, quasi Agrippina intendisset manus in Neronem, veluti parata ad pulsandum, aut quasi id comminaretur, et vellet. Sed Agrippina intendit manus tantum per ferociam et iram, non in Neronem, quasi verbera intentaret, aut id cuperet, cogitaretve.

Sic tantum Tacitus violentiam ejus arguit, iramque, et sævitiam demonstrat, nihil ultra. Neque sic intentat verbera in filium, aut etiam manus, quasi illi vim facere vellet. Sed tantum insitæ violentiæ indulget præceps fœmina.

Tantum minatur se ulturam, aut tale ingrati animi crimen non impune fore indefinite, undecumque veniret ultio.

Intendere manus] Vertunt, *manus in cœlum erigere*, non ad rem præcise.

'consecratum Claudium,[s] infernos Silanorum manes' invocare,[t] et 'tot irrita facinora.'

dicatum cœlo Claudium, Tartareos Silanorum manes, totque *alia* vana et infructuosa crimina.

NOTÆ

Nam vel erigit palmas in Neronem, si coram aderat, vel in ipsos consultores fautoresque Neronis, vel ita intendit palmas, ut ferociæ suæ, et violentiæ sic magis indulgeat.

Ipsa aggerit probra eodem modo et pari sensu, quo intendit manus: at non aggerit probra in cœlum: ita neque palmas ad sidera tollit præcise, nec enim cœlo attendit minaturve Agrippina, sed filio fautoribusque flagitii.

Intendere manus] Vertit interpres Hispanus, quasi *manus ad cœlum tenderet Agrippina*, et quasi aggereret probra in Burrhum et Senecam. Sed præcise tantum tendebat manus in altum, minando, non ad cœlum, quasi vindictam sic precaretur. Intendebat ipsa manus minasque indefinite in Neronem, simul et magistros illos dominationis, in quos pari modo aggerebat probra.

Quod intenderet minas manusque in Neronem præcipue, patet ex his, quæ supra: 'adultum jam esse Britannicum,' &c. 'quod insitus et adoptivus,' &c. Et ex his quæ sequuntur; 'consecratum Claudium.' Cur id? quia nempe hæreditatem Claudii scelere invasisset Nero, cujus vel auribus non abstinebat atrox fœmina.

Intendere manus] Capiunt, quasi intenderet manus in Neronem. Forte tamen potius in ministros dominationis, ut fit, Burrhum nempe et Senecam, de quibus hic hos potius lacessebat fœmina licet impotens et dominandi avida, quam ipsum principem.

In alios omnes potius advertere oculos manusque licuit aut decuit; dominantes ipsi et nomina dominantium semper cum reverentia observantur; at contra sæpe magistri, seu ministri dominationis exhorrentur.

[s] *Consecratum Claudium*] Est qui sic explicet: *obtestatur Claudium, quasi Deum vindicem ereptæ imperio sobolis, seque a filio despectam et male habitam.* Queritur potius irata Agrippina, et exprobrat filio multa, in quibus *Claudium consecratum*, seu occisum scelere suo, ac veneficio, et id scelus Neronis causa perpetratum.

Dein exprobrat illi *infernos Silanorum Manes*, quos etiam causa Neronis occiderat, et quasi testes advocat pravitatis et ingratitudinis filii sui.

An eos etiam vindices appellet Agrippina? hoc non habes præcise ex Tacito, qui dicit, Agrippinam *aggerere probra, &c.* Sic præcise tantum exprobrat has mortes Neroni, nempe *Claudii* et *Silanorum;* exprobrat illi tot scelera sua, ut inania et infructuosa, ob ejus ingratitudinem, et *Manes invocat.*

Vertunt, quasi non solum illi exprobraret eas cædes ejus causa patratas, sed etiam, quasi in Neronem invocaret *consecratum Claudium*, et Manes Silanorum, ut talia facinora in ipsum vindicarent.

Consecratum Claudium] Sic, quia omnia crimina ipsa deplorat incassum perpetrata. Jam invocat quos Manes fecit ipsa et Deos, et in primis Claudium, quem boleto et veneficio consecraverat pessima fœmina.

Sic et invocat infernos Manes Silanorum, quos etiam frustra necaverat; cum sic sibi periret fructus paratæ ingrato filio dominationis.

[t] *Manes invocare*] Vertunt, quasi

15. Turbatus his Nero, et propinquo die,[u] quo quartum decimum[v] ætatis annum Britannicus explebat, volutare secum, modo matris violentiam, modo ipsius indolem; levi[1] quidem experimento[w] nuper cognitam, quo tamen[2] favorem

Commotus his Cæsar, et proximo die, quo Britannicus quatuordecim annos ætatis attingebat, pensitare secum, modo impotentiam ac ferociam Agrippinæ, interdum ipsius juvenis *ingenium, levi quidem documento nuper probatum, quo tamen gra-*

1 *Ut quidem experimento*, Gronovius et Brotier. Mallet Freinshemius, *levi quidem;* cui assentitur Dureau. In Ms. Harl. altera manu emendatum *et* pro *ut*, et sic Ryckii Codex. Freinshemio suffragantur quæ sequuntur, *quo tamen*. Brotier.—2 Reg. et meus: *quo tum favorem*. Ryckius.—3 Cod. meus:

NOTÆ

eorum opem imploraret, attamen obtestari Deos et Manes invocare potius videtur, veluti testes diræ ingratitudinis Neronis: et ultores in Neronem Deos implorat potius, quam in auxilium suum invocat eos quos per summum scelus interfecit. Immo eos vindices criminis sui potius Agrippina metuere debuit. Non tam vult opem ipsa quam vindictam: minatur, exprobrat, ultores Deos vocat, Manes, crimina, omnia movet fœmina: 'Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.'

[u] *Et propinquo die*] Intelligunt de crastina die, quod falsum putem. Per *propinquum diem* intelligit Tacitus *tempus proximum;* quod liquet exemplis apud ipsum Tacitum. Infra l. xv. 'Tiridates locum diemque colloquio poscit, tempus propinquum:' ubi *tempus propinquum*, id est, paucos quosdam dies, qui tamen non octo aut decem excederent.

Propinquo die] Intellige, non crastinum, aut proxime sequentem diem, sed propinquum diem, nempe intra eundem hunc annum aut mensem, quo in violentiam et contumelias erupit Agrippina.

Forte de tempore intelligendum, nempe cum prope instaret tempus, 'quo quartum decimum ætatis annum Britannicus explebat.' Cum immineret illud tempus, seu illa ætas, qua virilem togam filius ille Claudii induere ex more debuit, et accedere ad Rempub.

Alii intelligunt de crastina die; ita ut tunc Nero volutaret secum matris violentiam et indolem Britannici; non quod forte crastina ipsa die ille expleret quartum decimum ætatis annum, sed tamen paulum abesset ab ea ætate.

[v] *Quartum decimum*] De ea ætate dissentiunt interpretes. Nos quarto decimo ætatis anno expleto, dari togam virilem de more, sustinuimus; ita ut tardiores non ultra cœptum sextum decimum annum morarentur.

[w] *Levi quidem experimento*] Sæpe legitur *ut quidem*, &c. At ego, *levi quidem experimento:* nihil certius, ex re ipsa, et ex doctissimorum interpretum consensu.

Levi] *Leve* id experimentum fuit, et ipsa re, et æstimatione Taciti, quippe qui affirmat, Britannicum hunc *periculis commendatum, retinuisse famam* bonæ indolis, sine experimento. Supra lib. xii. 26. *Freinshemius.*

late quæsivisset.[x] Festis Saturno diebus,[y] inter alia æqualium ludicra,[z] Regnum[3] lusu sortientium,[a] evenerat ea sors

tiam in vulgus plurimam sibi *paravisset. Festis Saturnalium diebus, inter alia oblectamenta coætaneorum, sortientium ludo principatum, obtigerat ea sors Neroni.*

ludicra, Romæ regnum ludo sortientium. Flor. *ludicra R. regnum l. s.* Reg. *lu-*

NOTÆ

[x] *Favorem late quæsivisset*] Nempe ea res in vulgus emanavit, ut quid eximium; quia in acta principum avide inquiritur, et fama crescit eundo. Et eo major favor Britannici, quo magis imperitans Nero per scelus odio fuit.

Eo latius sparsa fama, quod innocentia, nobilitate, et periculis magis commendatus est Britannicus. Fama etiam mox ex pernicie immerita, et ex crimine Neronis.

[y] *Festis Saturno diebus*] Saturnalia sic dicta a Saturno, *quod eo die feriæ ejus*, testis Varro.

Celebrata fuerunt Saturnalia ante Romam conditam, in Italia, et in Græcia. Saturnalibus crebra convivia agitabant, mittebantque invicem munera, quæ Saturnalia dicebantur; tum etiam cereos, quod Saturnum luminibus accensis colerent: quasi significarent, Saturno principe, se velut ad lucem et bonas artes translatos esse. Servos suos conviviis opiparis excipiebant, et ipsi domini ministrabant.

Primum Saturnalia celebrata ad XIV. Kal. Jan. atque uno die absolvebantur. Postquam C. Cæsar in anni emendatione, huic mensi duos dies addidit, celebrata sunt ad XVI. Kal. Jan.

Hinc factum, ut cum vulgus ignoraret certum Saturnaliorum diem, nonnullique a tempore Cæsaris incerto die, et alii veteri more celebrarent, plures dies *Saturnalia* nominarentur, et Augustus in legibus judiciariis triduo eas ferias servari jussit.

[z] *Inter alia æqualium ludicra*] Interpretes ad illustrationem loci afferunt, quæ Pollux scribit l. IX. 'Regnum,' inquit, 'est, cum postquam sortem traxere, rex imperat, quid agendum sit; minister vero seu servus, cui nempe ea sors evenit, ubique inservit ac laborat.'

Magis facit Arriani locus l. I. Dissertationum Epicteti: 'Saturnalium diebus rex eligitur; lubet enim ludere hunc lusum. Is imperat: tu bibe, tu misce, tu expelle, tu abi, tu veni. Pareo, ne mea causa solvatur ludus.'

Et maxime Luciani in Saturnalibus. 'Vides,' (inquit, apud Græcum Saturnus magnificans suum regnum,) 'quantum bonum sit, regem inter omnes eligi, si viceris talo. Cum neque quisquam tibi ridiculum aliquid imperet, et tu imperare aliis possis: huic, ut turpe aliquid de seipso vociferetur, illi, ut saltet nudus, utque sublata in humeros tibicina ter domum circumeat.' *Lipsius.*

[a] *Regnum lusu sortientium*] Eo ritu, quo regna conviviorum, id est, talo. Ex Luciani supra verbis. Florentinus etiam codex: *ludicra R. regnum:* quod valet, *Romanum.* Lipsius.

Regnum lusu sortientium] Julius Pollux, Onomast. nono, lusum quendam describit qui Βασιλίνδα dicatur, cum ducta sorte, aliquis fit rex, et is quidpiam difficile ministro, cui ea sors pariter obtigerit, imperat. De

Neroni. Igitur ceteris diversa, nec ruborem allatura:[4] ubi

Itaque alia aliis, nec pudorem factura præcepit; *at postquam imperavit Britan-*

dicra Ro. regnum. Idem.—4 In Ms. Reg. et editione principe, *oblatura;* quod

NOTÆ

hoc intellexisse Tacitum, dubio procul existimo; sicut et Trogum in primo. *Alciatus.*

Antiquum ergo est, quod quotannis nunc quoque fit mense Januario a nostris; creatur enim rex, qui aliquid imperet, in formam regiæ dominationis, collusoribus. *Ferrettus.*

Nescio quid sibi velit Florent. codex qui addit *ludicra R. regnum, &c.* Pichena. Forte intelligit *ludicra Romana;* vel potius nihil ad rem.

Regnum lusu] Puto, hunc lusum aliquatenus differre ab eo lusu, de quo Sueton. Ner. 35. 'Privignum Rufinum Crispinum, Poppæa natum, impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus et imperia ludere, mergendum mari, dum piscaretur, servis ipsius mandavit.'

Et de quo Plutarchus in Catone; 'cujus ludus erat judicia et accusationes.' Spartianus in Severo: 'Nullum inter pueros ludum, nisi ad judices exercuit.' Trebell. in Gall. 'Neque aliter Rempub. regeret, quam cum pueri fingunt potestates.'

Seneca in Sap. non cad. injuriam c. 12. 'Non ideo quicquam inter illos puerosque interesse quis dixerit, quod illis talorum, nucumque, et æris minimi avaritia est, his auri argentique et urbium: quod illi inter ipsos magistratus gerunt, et prætextam fascesque ac tribunal imitantur, hi eadem in campo foroque et curia ludunt.'

Inter ludum Saturnalium, de quo hic, et istos lusus, id discrimen forte fuit, quod in illo nostro, unum tantum regem sortirentur, qui ceteris imperaret, et semel his diebus homines adulti sortiebantur; at in istis aliis, pueri *talis* sortiebantur sibi quisque magistratum aliquem; dein pro suo modulo, tribunal struebant, ludicraque alia exercebant; et sic quoties ludere liberet, toto anni tempore.

Regnum lusu] Non mirum, quod ea sors inter ludicra evenisset Neroni, quod forte adulatione *collusorum factum,* nec sine consilio juvenum. Magis mirum, quod regia sorte dejectus Britannicus, tale carmen, velut in penu ac promtu, haberet, quo decus sibi, sed simul et exitium, maturavit.

Regnum lusu] Apud Veteres: *Rex vini, arbiter bibendi, dictator convivii, magister cœnæ* dicebatur; sortiebantur talis, et cui Venus obtigisset, is rex fiebat.

Cicero de Divin. 1. 'Quatuor tali jacti casu venereum efficiunt.' Et Sueton. Aug. 'Talis jactis, ut quisque canem, aut senionem miserat, in singulos talos denarios in medium conferebat, quos tollebat universos, qui Venerem jecerat.' *Aurelius.*

Sed hoc loco non intelligendus Tacitus de rege, aut regno convivii, sed de regno ludi.

Regnum lusu sortientium] In Manuscriptis, *R. regnum,* quod interpretantur *Romanum regnum:* sed res in se falsa est. Nam tale regnum nihil ad rem Rom. pertinuit, et nunquam ea vox R. seu Rom. præscribitur, sed postponitur.

Potius *regnum Rom.* dicerent. Forte illud R. ex P. factum, et forte intelligendum *Penatium regnum:* vel forte F. ut intelligatur *familiæ reg-*

Britannico jussit, 'exsurgeret, progressusque in medium, cantum aliquem inciperet,' irrisum[b] ex eo sperans pueri, sobrios[c] quoque convictus, nedum temulentos, ignorantis;

nico, ut assurgeret, prodiensque in medium, cantilenam aliquam ordiretur, *exinde ludibrio futurum putans juvenem, qui non modo ignorabat vinolentas, sed*

laudat Cl. Ernestus. At melius vulgo Mss. Puteolanus et optimæ editiones,

NOTÆ

num; aut forte P. nempe *puerorum regnum.*

Regnum] Moris erat in conviviis, ut aliquis eligeretur *talis*, vel astragalis sorte missis, et vocabatur ille *Symposiarcha*, vel *rex*, seu *magister convivii.* Varroni *Modimperator* dicitur: vel etiam sola Corollæ impositione creabatur, qui convivis mensæ leges diceret, et cetera pro libito præscriberet.

[b] *Irrisum*] Sperans irrisum iri puerum, qui nondum assueverat, vel quidem sobriis conviviis: tantum abest, ut sustinendi temulenti convivii frontem haberet. Ex eo sperabat Nero *irrisum*, seu irrisionem pueri, qui nondum asseverare frontem sciebat adversus impudentiam aut temulentiam luxus Neroniani.

Irrisum] Hic mos canendi a Græcis ortus, quibus in convivio data per ordinem cithara, quam pulsarent, addita voce et carminibus, vel in laudem Deorum, vel heroum: quod qui ignoraret pro insulso habitus.

Et id etiam obtinuit apud Romanos imitatu. Cicero in Bruto: 'Utinam extarent illa carmina, quæ, multis sæclis ante suam ætatem, in epulis essent cantitata a singulis convivis de clarorum virorum laudibus, in Originibus scriptum reliquit:' Cato nempe.

[c] *Sobrios*] Athen. l. x. 'Quidam Heben vinum Diis fundere fortassis ideo fabulati sunt, quod convivia ἡβητήρια nuncupant. Ptolemæus Agesarchi filius, l. III. Hist. Ptolemæi Philopatoris Clinem quandam memorat potum ministrasse Ptolemæo regi, cognomine Philadelpho, eique statuas Alexandriæ positas fuisse multis locis, amictas simplici tunica, guttum in manibus tenentes.'

Ideo forte *Hebe* ministrabat vinum, ut ex ipsa juventa sobrietatem discerent et a teneris. Nymphæ forte adhibitæ conviviis, ut lympham miscerent crateri, scyphosque temperarent pro suo genio, forte et ut pudor subiret ebrietatis, coram sexu pudente et abstinente. Forte tamen sic Reges, ut Jovis delicias æmularentur.

Sobrios quoque convictus] Est qui legere velit, *pueri sobrios conviviorum cantus ignorantis, nedum temulentos.* Possit forte sic intelligi, non tamen legi.

Certum est, Neronem præcepisse Britannico, ut caneret, sperantem inde irrisui fore omnibus qui astarent, quod esset puer, ignorans quosque conviviorum, etiam sobriorum cantus, nedum temulentos.

Sed præcise Tacitus hic tradit, Britannicum ignorasse, *sobrios quoque convictus, nedum temulentos.* Id est, vixdum solere Britannicum adesse conviviis etiam hominum sobriorum et prudentum: quia nempe pro more veteri, pueri ejus ætatis nobiles ad fulcra lecti tantum assidebant, *propria et parciore mensa.*

Tantum abest, ut sciret puer asseverare frontem, et audaciam, ne dicam, impudentiam in temulentis conviviis, et ibi sustinere partes suas,

ille[5] constanter exorsus est carmen,[d] quo, ' evolutum eum sede patria[e] rebusque[6] summis' significabatur. Unde orta

etiam sobrias epulas; ille constanti animo vultuque incœpit cantum, quo deturbatum eum solio paterno, summaque fortuna *demonstrabatur. Hinc nata miseri-*

allatura. Ignoratur unde Lipsius acceperit, *illatura.* Brotier.—5 Amicus malebat: *Ille non contanter,* pro cunctanter. Sed vulgata quæ et Mss. haud solicitanda. *Constanter* enim est animo imperterrito, ut *constantia,* XIV. 33. *Ryckius.*—6 A Mss. Harl. Bodl. Jes. abest *que.* Frustra tentat Cl. Ernestus,

NOTÆ

nempe lasciviam sermonum, cantilenas, et istiusmodi multa procaciæ juvenilis, quæ celebrare solent exoleti nebulones, quales tum erant Otho, Senecio, et alii Neronis congerrones in aula assidui.

Itaque generalior est, ut puto, propositio Taciti præcise, quam ut ad solos cantus restringatur; quamvis id præcipue intendatur hoc loco: quippe cantare jubebat eum rex ludi.

Sobrios quoque] Pueri, qui vix sobriis et seriis epulis se satis decore expediret, tantum abesse, ut lascivis et petulantibus comissationibus nebulonum, sibi mente, vultu, voce, constaret.

[d] *Exorsus est carmen*] Vetus illud ex Ennio tritum: ' O Pater, o Patria, o Priami domus, Septum altisono cardine templum,' &c. *Lipsius.*

Carmen] Athen. ' Griphorum perscrutatio aliena non est a philosophia: itaque sapientiæ in his specimen veteres statuerunt, inter convivandum eos proponentes, non ut qui memoria nostra, se invicem interrogant, ecquis Venereus concubitus sit dulcissimus?' &c.

' Longe honestius hæc poscere, ut ei qui primus versum Iambicum recitarit, vicissim pronuntiet alter parem ex Poëta quodam, qui eandem sententiam expresserit: præterea imperare convivarum singulis, ut Iambicum eloquantur versum: tum etiam unumquemque tantum carminum proferre, quantum mandatum fuerit,' &c.

Exorsus est carmen] Qui id intelligunt, quasi tantum carmen pueriliter recitasset Britannicus, falluntur; ut patet ex Sueton. Ner. 33. ' Britannicum non minus æmulatione vocis, quæ illi jucundior suppetebat, quam metu, ne quandoque apud hominum gratiam paterna memoria prævaleret, veneno aggressus est.'

Et id agebatur a Nerone, nempe ut caneret Britannicus. Tacitus ibid. ' Progressusque in medium, cantum aliquem inciperet, irrisum ex eo sperans.' At certe non irrisus fuisset, si tantum recitasset carmen, nec famam late quæsivisset Britannicus: quod certe accidit, sed contra quam Nero volebat.

Exorsus est carmen] An illud cantaverit, an tantum alta voce recitaverit, seu declamaverit puerili more Britannicus, incertum: quicquid sit, favorem late quæsivit, et Neronem tali re in summam invidiam adduxit.

Carmen aliquando sumitur pro cantu ipso; et potius puto, ipsum cantavisse. Nam illud ipsi a rege imperatum, nec late quæsivisset famam inter aulicos, nisi mandatum regium scite, eleganter et festive canendo executioni mandasset; et certe ille voce præcellebat, unde invidia Neronis, et odium.

[e] *Sede patria*] Regno, seu solio paterno deturbatum.

miseratio manifestior,[f] quia dissimulationem nox et lascivia exemerat.[7] Nero, intellecta invidia,[g] odium intendit: urgentibusque[h] Agrippinæ minis, quia nullum crimen,[i] neque jubere[8] cædem fratris palam audebat, occulta[9] molitur: 'pararique[10] venenum' jubet, ministro Pollione Julio,[j] Prætoriæ cohortis Tribuno, cujus cura attinebatur damnata veneficii nomine Locusta,[k] multa scelerum fama. Nam, ut proximus[l] quisque Britannico neque fas neque fidem

cordia apertior, quia simulandi necessitatem abstulerat nox et petulantia usurpari tum solita. *Nero, cognita invidia* in se, *odium suum auxit. Instantibusque Agrippinæ minis, quia nulla culpa* juvenis, *neque aperte audebat* ipse *imperare necem fratris, clam struit insidias, et* venenum parari *jubet, opera Pollionis Julii Tribuni prætoriæ cohortis, cujus custodiæ mandata erat* mulier *convicta veneficii, vocabulo Locusta, plurima* talium *criminum fama* celebris. *Quippe pridem prospectum erat, ut proximi omnes Britannici, neque jus neque fidem aut pudorem*

rebusque suis. Brotier.—7 Cod. meus: *exemerant.* Ryckius.—8 Forte *jubere* redundat, ut Acidalio et Ernesto placuit. Mox enim sequitur, *jubet.* Brotier.—9 Mallet Heinsius, *occultam.* Eleganter. Sæpe in Mss. concurrentibus literis *m*, una omittitur. Diversitate tamen delectatur Tacitus. *Idem.*—10 Sic Ernestus e Ms. Flor. A veteribus editionibus et Mss. Harl. Bodl. Jes.

NOTÆ

[f] *Miseratio manifestior*] Animi affectus vultu nutuque premuntur, aut promuntur; ex quibus quid sentias, conjicere argute introspicientibus liceat; at tum obscuritas noctis et lascivia dissimulandi necessitatem ademerant.

Sic supra ubi de Germanici morte: 'Juvit credulitatem nox, et promtior inter tenebras affirmatio.'

[g] *Invidia*] Conflata Neroni ex eo carmine, quod cantaverat Britannicus scite ad rem, et ad crimen Neronis.

[h] *Urgentibusque*] Reputabat animo non segnem Britannici indolem, et levi nuper experimento cognitam; dein et quæ mox successerant, impotentis Agrippinæ minas.

[i] *Quia nullum crimen*] Quia nullum crimen Britannici fuit, ob quod deberet aut posset, jure vel in speciem, interfici; hinc insidias et occulta molitur Nero, quibus illum e medio tolleret. Alii sic capiunt; ut *nullum crimen auderet Nero:* sed inepte.

[j] *Pollione Julio*] Puto, eum esse, qui postea Præf. prætorio sub Othone. Vide Plutarchum in Othone. *Lipsius.*

[k] *Locusta*] Cujus veneficiis etiam ante usi erant adversus Claudium patrem Britannici.

[l] *Nam, ut proximus*] Sic dicit, quia jam venenum parabatur Britannico, ut innuat facilitatem id infundendi illi, seu propinandi; et quia ferme sic major difficultas in parando aut coquendo veneno, quam dando.

Nam *olim provisum erat*, ut pessimi homines ipsi apponerentur. Et reipsa, *primum venenum ab ipsis educatoribus accepit.*

Nam, ut proximus] Illud *nam*, vide qui cohæreat; neque certe satis quadrare videtur, nisi sic capias: *parari*

pensi haberet, olim provisum erat.[m] Primum venenum ab ipsis educatoribus accepit, transmisitque, exsoluta alvo, parum validum, sive temperamentum inerat, ne statim sæviret. Sed Nero, lenti sceleris impatiens, minitari Tribuno, jubere 'supplicium veneficæ, quod, dum rumorem respiciunt, dum parant defensiones,[n] securitatem[11] morarentur.' Promittentibus dein 'tam præcipitem necem, quam si ferro urgeretur,'[12] cubiculum Cæsaris juxta, decoquitur virus, cognitis antea venenis[o] rapidum.

curæ haberent. Primum virus ab ipsis rectoribus illi affusum, quod transmeavit exsoluto ventre, seu quia *parum vehemens, seu quod ita temperatum esset, ne confestim necaret. At Nero tardi facinoris intolerans, minas intentare tribuno, imperare* mortem Locustæ; quod dum respectant famam, dum excusationes provident, incolumitatem principis differrent. *Exin pollicentibus* mortem perinde violentam, ac si stricto gladio perimeretur *juvenis, prope cubiculum principis* Neronis *paratur virus, exploratis antea venenis, præceps* ut cum maxime.

abest *que*.—11 Male in Mss. Reg. Bodl. Jes. et editione principe, *securitate*. Securitatem enim Principis morabantur et impediebant. *Brotier*.—12 Cod. meus: *necaretur*. Sed vulgata nititur Flor. et Reg. *Ryckius*.

NOTÆ

venenum jubet ipsemet Nero se coram, et *cubiculum Cæsaris juxta decoquitur virus*. Nam quia olim provisum erat, *ut proximus quisque Britannico*, omni sceleri paratus esset, *primum venenum ab ipsis educatoribus accepit:* quod parum validum, temperamento vel pueri vel veneni. *Sed Nero, lenti sceleris impatiens, minitari, &c.*

Quod tamen primum venenum a Locusta etiam decoctum et præparatum fuerat, sed minus violentum; forte ut ministri et ipsamet venefica invidiam publicam declinarent. Itaque aliud virus longe magis rapidum parari jubet Nero se coram; et, Suetonio teste, *in cubiculo* suo.

Alii sic invertunt; *parari venenum jubet, ministro Pollione Julio, &c. primum venenum ab ipsis educatoribus accepit, &c. Nam, ut proximus quisque Britannico neque fas neque fidem pensi haberet, olim provisum erat.*

Sed sic aliqua vis infertur sensui. Nam cur ibi statim *primum venenum?* Prior explicatio magis menti Taciti et ordini verborum congruere videtur; attamen res in medio sit.

[m] *Olim provisum erat*] Scilicet ipsius Agrippinæ artibus: l. XII. 'Simul qui centurionum tribunorumque sortem Britannici miserabantur, remoti fictis causis, et alii per speciem honoris; etiam libertorum, si quis incorrupta fide, depellitur.' *Pichena.*

Olim provisum erat] Nempe ab ipsamet Agrippina, cujus scelus nunc in ipsius caput recidit, supremo auxilio sibi erepto cum necatus est Britannicus.

[n] *Dum parant defensiones*] Sueton. Ner. 33. 'Excusantique minus datum ad occultandam facinoris invidiam: Sane, inquit, legem Juliam timeo; coëgitque, se coram in cubiculo, quam posset velocissimum ac præsentaneum coquere.'

[o] *Cognitis antea venenis*] In pluri-

16. Mos habebatur, Principum liberos cum ceteris[p] idem ætatis nobilibus sedentes vesci,[q] in aspectu propin-

Consuetudo erat, liberos imperitantium cum aliis ejusdem ætatis illustribus pueris

NOTÆ

bus vasis plura venena præparari, seu etiam in eadem olla decoqui potuit multiplicis speciei virus, quod nempe esset aliud alio rapidius, prout igne urgeretur.

Itaque decoctis, seu pluribus venenis, seu multiplicis temperamenti veneno, ejusmodi venena experti sunt artifices in hædo, dein et in porcello, et *cognitis* illis *venenis*, rapidum et maxime præceps delegerunt, quo Britannicum necarent ipso instanti.

Cognitis antea venenis] Vertunt, quasi coxerint antea, expertique fuerint multa venena, et ex his expertis venenis, rapidissimum delegerint.

Sed forte potuit unum et idem virus excoqui, sed eo quod delectum est cognito prius, prout coquebatur aut miscebatur, quam vim aut rapiditatem haberet. Nec desierunt pestis illius artifices vehementius incoquere, aut violentiora pharmaca affundere invicem, quousque ferri violentiam sævitiamque adæquaret.

Cognitis antea venenis rapidum] Quia, ut habet Suetonius, virus illud antea experti erant in corporibus animalium; igitur recoquitur virus, exploratis antea, et præcognitis, ac prius expertis venenis, violentissimum et maxime præsentaneum.

Puto, prout decoquebantur præparabanturque venena, tum et ea explorabant; et sic, cognitis ante violentia et rapiditate, quod fuit maxime violentum rapidumque seligunt: quod forte pro gradu caloris et concoctionis, aut facultate medicaminis adhibiti, distinguebant, veluti plures veneni species.

Sic Quintil. Declam. 246. 'Sæpe in scelere, virtutis est nosse modum.' Et Dec. 350. 'Venenorum plura genera, plura nomina sunt, diversi etiam affectus: aliud ex radicibus herbarum contrahitur, aliud ex animalibus mortiferis reservatur: sunt quæ calore nimio vitalia exurant.'

Cognitis antea venenis] Patet ex Sueton. Ner. 33. fuisse unum et idem venenum, sed magis magisque recoctum, ut rapidius esset: 'Coëgitque se coram in cubiculo quam posset velocissimum ac præsentaneum coquere: deinde in hædo expertus, postquam is quinque horas protraxit: iterum ac sæpius recoctum porcello objecit. Quo statim exanimato, inferri in triclinium, darique cœnanti secum Britannico imperavit.'

[p] *Cum ceteris*] In quibus Titus, qui mox imperavit, qui et hausit partem veneni. Sueton. in Tito.

[q] *Sedentes vesci*] Sueton. super eodem ritu Claudii c. 32. 'Adhibebat omni cœnæ liberos suos cum pueris puellisque nobilibus, qui more veteri, ad fulcra lectorum sedentes vescerentur.' Idem in Augusto c. 64. de nepotibus ejus: 'Neque cœnavit una, nisi in imo lecto assiderent.' Ubi scripserim, *nisi ut imo*.

Ex quibus vides, pueros sedisse ad fulcra pedesque parentum. Sedisse, dico. Spernebant enim etiam tunc accubitum a pueris, a servis: quasi luxuriæ ritum illi ætati ordinive non decorum.

De servis Plautus Sticho: 'Potius in subselliis Cynice accipiemur, quam in lecto.' Idem Persa: 'Non postulo equidem med in lecto accum-

quorum, propria et parciore mensa. Illic epulante Britannico, quia cibos potusque ejus delectus ex ministris[1] gustu explorabat,[r] ne omitteretur institutum, aut utriusque morte proderetur scelus, talis dolus repertus est.[s] Innoxia adhuc ac præcalida[t] et libata gustu potio traditur Britannico:

sedentes comedere, in oculis parentum, peculiari et frugaliori mensa. Illic vescente Britannico, quia cibos et potionem ejus unus e ministris prælibabat, ne prætermitteretur ea *consuetudo, aut amborum exitio crimen patefieret, talis fraus excogitata est. Offertur Britannico potus intemeratus adhuc, et admodum calidus, et*

1 Hæc suspecta habet Ernestus. Minime tamen indigna sunt brevitate Corneliana. *Brotier.*

NOTÆ

bere, scis tu med esse imi subsellii virum.'

Donatus in vita Terentii: 'Jussus ante Cæcilio recitare, ad cœnantem cum venisset, quod erat contemtiore vestitu, subsellio juxta lectulum residens legisse dicitur: post paucos vero versus, invitatus ut accumberet, cœnasse una.'

Senecam sic accipio de Tranquillit. II. 15. 'Non accipiet sapiens contumeliam, si in convivio regis recumbere infra mensam, vescique cum servis, ignominiosa officia sortitis, jubebitur.'

Qua contumelia a Caio Pomponius Secundus affectus, qui cibum cum eo cepit, *παρὰ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ καθήμενος, ad pedes ejus sedens*, ait Dio; scilicet, quasi Vejovis illius servus. Nec alio Plutarchus respexit, cum in convivio suo reliquos quidem accumbentes facit, at Æsopum qui servus, sedentem in subsellio, apud Solonem. *Lipsius.*

[r] *Delectus ex ministris gustu explorabat*] Hic minister in antiquis inscriptionibus dicitur, PRÆGVSTATOR, ut in hac apud me inscriptione: TI. CLAVDIVS. TI. AVG. LIB. ARRIO. CLAVDIANO. SCRIB. LIBEL. TI. CLAVDIVS. FLAMMA. CLAVSVS. TI. AVG. PRÆGVSTATOR. FRATRI. PIISS. ET. FIDELISSIMO. FEC. *Ursinus.*

[s] *Talis dolus repertus est*] An doli et sceleris particeps fuerit ille prægustator, incertum præcise ex verbis Taciti. Et videtur contrarium innuere his verbis: 'Ne omitteretur institutum, aut utriusque morte proderetur scelus,' &c. Sed si perpendas alia ista, 'Ut proximus quisque Britannico neque fas neque fidem pensi haberet, olim provisum erat,' nempe ab Agrippina ipsa; si observes etiam, *primum venenum ab ipsis educatoribus* accepisse; hinc inferri possit, corruptum eum qui prælibaret, et doli non expertem fuisse; deinde si satis cavisset prægustator ille, ut debuit, non permisisset sic temere affundi *frigidam*, nisi forte ipsemet inscius doli affuderit. Igitur in medio res sit: nam si fuit ex ministris aulæ Neronianæ, facile decipi vel etiam corrumpi potuit, si forte non fuit specialis minister Britannici.

[t] *Innoxia adhuc ac præcalida*] Retuli ad calidæ potionem in Electis, et velim ei capiti addi Arriani locum I. 13. 'Cum calidam potionem postulante te, puer non obtemperaverit, vel etiam obediens calidiorem obtulerit, vel neque puer domi inventus sit,

NOTÆ

neque irasci, neque rumpi, tum placitum Diis aut acceptum est.'

Qui simillimus illi Senecæ, quem adduxi e lib. de Ira. Ceterum ex hac potione gustasse etiam Titus credebatur, 'Britannicum juxta cubans,' ait Sueton. Titi c. 11.

Miror cur *cubans* scripserit: nam ille vero *sedit*, ut hic in Tacito, cum Britannico scilicet 'simul, ac paribus disciplinis, et apud eosdem magistros institutus;' ut ipse Suetonius ibi scripsit. Nec probabile in pari ætate Titum supra dominum honore affectum. Sed exciderit hoc Suetonio, pro vulgato more scribenti. *Lipsius.*

Seneca de Ira, I. 12. 'Irascuntur boni viri pro suorum injuriis; sed idem facient, si calida non bene præbeatur,' &c.

Præcalida] Calida bibebatur, etiam pura et solitaria, nec ullo alio liquore permixta; sed præcipue in deliciis calida fuit vino mixta.

Apuleius l. II. 'Fotis mea jam domina cubitum reddita, arripit poculum, ac desuper aliqua calida injecta porrigit ut bibam.'

Idem Plautus: 'Quos semper videas libentes esse in thermopolio.' Martial. 'Jam defecisset portantes calda ministros, Si non potares Sextiliane, merum.'

Tamen aqua duplex statim initio mensæ ponebatur, *calida* nempe et *frigida*. Lucianus: 'Mensa vero lecto prope astabat habens poculum et aquam paratam, et frigidam et calidam:' sic et Tacitus hic: 'Præcalida, &c. potio traditur Britannico: dein postquam fervore aspernabatur, frigida in aqua affunditur venenum.' Ubi per *potionem* intelligi debet aqua *calida* vino permixta, quæ nimis calida fuit; et ideo eam recusat remittitque Britannicus ministro, qui haud dubie conscius doli fuit, non tamen forte prægustator.

Itaque calidam renuente Britannico, vel novam potionem aquæ frigidæ, in qua virus tum affundunt, vel prius affusum erat, ipsi exhibent.

Vel aqua frigida, sed venenata, temperant primam illam potionem, quæ nimis fervescebat, et quam non prælibavit delectus ille minister, ut qui jam prælibasset ipsum eundem calicem, quem rursus et statim obtulere Britannico, quasi parum liquoris additum esset, nec referret.

Vel forte *delectus* ille prælibator non prælibabat potionem, quoties biberet juvenis princeps, et pueri nobiles qui cum eo accumbebant iisdem epulis; sed simul et semel forte ante convivium, dum disponerentur calda, vinum, pocula, et reliquus epularum apparatus, ex vase potionem universam initio prælibabat, unde haurirent ministri, et omnibus convivis exhiberent.

Ferunt ex eadem potione, bibisse Titum, qui simul cum Britannico tum accumbebat. Si hoc verum sit, tota amphora seu crater aquæ frigidæ, initio mensæ poni solitæ, sic infectus totus veneno fuisset: et tali, tamque rapido veneno perire subito, rapique una debuerunt omnes qui bibissent.

Forte soli Britannico et Tito temperata est potio fervescens illa aqua frigida, quæ noxia erat; et parum hausit Titus, forte admonitus territusque casu Britannici, ut et alii omnes; vel casu et meliori fato.

Et ad aliquod spatium interruptæ epulæ, dum metus occupat animos utriusque convivii, dum aufertur Britannicus jam cadaver et funus, adeo violentum, sævum, et rapidum venenum fuit.

NOTÆ

Attamen sedatis, seu compositis paulum animis, postea repetitæ et continuatæ epulæ: dum hæc fiunt, spatium fuit aquæ nimis calidæ defervescendi, sicque non opus frigida fuit: sic spatium fuit ministris consciis, tollendi pestilentem aquam, et innoxiam aliam convivis pueris subministrandi, quo nemo alius necaretur; sed Suetonius, qui id tradit de Britannico, id magis transcribit quam affirmat.

Præcalida, &c. potio] Nonnulli intelligunt *decoctam*, quam excogitavit Nero, de qua Sueton. Ner. 48. Nero sitiens, 'aquam ex subjecta lacuna potaturus, manu hausit. Et hæc est, inquit, Neronis decocta.'

De qua sic etiam Plin. l. XXXI. 'Neronis principis inventum est decoquere aquam, vitroque demissam in nives refrigerare: ita voluptas frigoris contingit sine vitiis nivis. Omnem utique decoctam utiliorem esse convenit, item calefactam magis refrigerari subtilissimo invento.'

Sic et Plutarchus in Quæst. VI. 4. 'Omnis aqua calefacta fit postea frigidior, ut illa quæ regibus datur. Ubi enim ad bullitum usque calefacta est, cingitur illa nivibus vas ambientibus, et sic frigidior fit.'

Sed puto, hic neque de frigida agitur, neque de decocta Neronis. Sed *calida* aqua haud dubie pueris illis nobilibus ministrabatur pro more; alioqui tum in scelere moliendo præter institutum solenne egissent: quod tamen diligenter cavebant.

Et revera, primo *præcalida* exhibita Britannico, id est, nimis calida; et quia calidiorem sensit, reddidit calicem prægustatori, in quem frigida tum permixta, seu potius virus affusum est.

At *decocta Neronis* fuit non modo frigida, sed ultra, et præter naturam aquæ, propter coctionem et nives ambientes; nec mirum, si tali potioni suetus, aquam ex lacuna abhorreret Nero.

Libata gustu] Ab ipso nempe ministro, qui gustu explorare talia solebat.

Libata gustu potio] Igitur duo ministri circa illam aquam calidam; non enim qui ex officio potionem gustu explorabat, sic calidam dedisset Britannico, ut illam statim respueret aversareturque.

Forte, quia iste doli non erat particeps, immo ipse sic deceptus est, ut institutum prælibandi non omitteretur; et ne simul extingueretur ipse cum Britannico, ne scelus sic aperte proderetur. Non forte quod facile corrumpi non posset, ut et alii famuli Britannici; sed melius fuit sic ipsum decipi; nam sic institutum servabatur, et melius tegebatur crimen.

Igitur fuit alius minister, qui exhiberet illam aquam præcalidam exploratori, et cum is tantum summis labris forte prælibaret, moris causa, non mirum, si calidiorem aquam juveni exhibuerit. Non enim perinde, sic leviter delibando, *præcalidam* potionem sensit.

Et cum inferior ille minister tantillum frigidæ superinfudisset, tum potionem secunda vice non libavit explorator, aut forte tantum in summa delibabat, sed eam, ut mixta ac temperata fuerat, offert Britannico inexpertam et illibatam.

Igitur dolus totus ex parte primi ministri, qui decoquebat illam aquam, et qui eam prægustatori offerebat usque adeo calidam, et qui frigidam ad manum habuit veneno mixtam, quam statim calidæ affunderet, quasi tantum eam refrigeraturus esset.

At si doli particeps fuit explorator, facile fuit addere aquam prægus-

dein, postquam fervore aspernabatur, frigida in aqua[u] affunditur[2] venenum, quod ita cunctos ejus artus pervasit, ut vox pariter et spiritus[3] raperentur.[v] Trepidatur[4] a circumsedentibus,[5][w] diffugiunt imprudentes.[x] At, quibus altior[y] intel-

gustu exploratus: dein ubi præ calore sprevit potionem, tum *virus infunditur cum frigida aqua, quod ita perrupit omnes illius corporis partes, ut vox simul et vita illius abriperentur. Trepidavere circumstantes, dilabuntur minus sapientes. At*

2 Ita Ms. Flor. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *infunditur.*— 3 Ita Ms. Reg. Vulgo in libris scriptis et editis, *et spiritus ejus raperentur.* At certe nunquam Tacitus scripsit, *potusque ejus...ejus artus...et spiritus ejus.* In Ms. Jes. *raperetur.* Brotier.—4 Rhenanus, *trepidatum.*—5 In Ms. Jes. *circumstantibus.*

NOTÆ

tatæ potioni sine suspicione, aut periculo delibantis; et forte ex composito cum eo ea res agebatur.

[u] *Frigida in aqua*] Ita factum et Alexandro Magno, eadem causa et cautione. Curtius, l. x. 'Philippus itaque et Iollas potum regis prægustare soliti, in aqua frigida venenum habentes, eam prægustatæ potioni regis supermiserunt.' Iisdem fere verbis Justinus l. XII. *Pichena.*

Est error hac in re, opinor, Æliani in Var. Histor. l. v. qui diserte vult venenum ei in cibo datum, non potu. 'Quamplurimi,' inquit, 'principes bibendo, venenum hausere, ut Alexander, et comedendo, ut Claudius Imperator Rom. et Britannicus filius ipsius.' Atqui de potu et Tacitus et Suetonius affirmant. *Lipsius.*

Ælianus recte dicit de Alexandro, venenum hausisse inter scyphos, cum se largius invitaret, et etiam de Claudio et Britannico sumsisse noxium medicamen inter epulas, et cum vescerentur. Quod vult vox Æliani, ἐσθίοντες.

Frigida in aqua] Frigidæ aquæ affunditur venenum, dein illa frigida affunditur potioni, quæ præcalida et jam prælibata gustu erat, et quæ sic datur puero, quasi jam prælibata esset, nec indigeret amplius prælibari.

Vel ipsa aqua frigida veneno temerata sic directe traditur Britannico; verba Taciti id innuere videntur: sed prior sensus vero propior est.

[v] *Raperentur*] Anno 3. Olympiadis 208. Romæ conditæ 808. Christi 55. Vide notas l. XII. c. 67. *Tillemonius.*

[w] *Trepidatur a circumsedentibus*] Est qui legat, *circumstantibus;* quia illi, qui circumsedebant Britannicum erant pueri, trepidationis tantæ nondum capaces. Sic certe intelligendum, ut a *circumstantibus* trepidatum sit; non tamen legendum.

Nam neque intelligendi sunt ii qui circumsedebant Neronem, aut mensæ cum illo accumbebant toris; nam statim *repetita convivii lætitia;* neque etiam pueri qui circa Britannicum eadem mensa sedebant; sed intelligendi illi qui circumstabant Britannicum, ministri nempe, quorum alii *diffugiunt, imprudentes* nempe; alii, quorum *altior intellectus,* defixi resistunt.

Igitur intelligendum hic a *circumstantibus* trepidatum esse, et tamen legendum *circumsedentibus.* Vertunt tamen fere de sedentibus circa Britannicum; ex quibus alii, territi tam

lectus, resistunt defixi, et Neronem intuentes.[z] Ille, ut erat reclinis,[a] et nescio similis, ' solitum ita,' ait, ' per co-

quibus mens profundior erat, *ii restant attoniti et immoti, Neronemque conspiciebant. Ille ut erat toro recumbens, et ignaro propior*, sic eum consuevisse, *ait*, ob

NOTÆ

præcipiti morte, diffugiunt, alii manent.

Attamen in prima sententia persto. Nam de circumsedentibus dicit Tacitus, alios fuisse imprudentes, aliis autem altiorem intellectum. At neutrum dici potest de pueris circumsedentibus Britannicum. Nisi forte id ambigue intelligat et indistincte, tam de circumsedentibus mensam Neronis, quam de aliis circumstantibus pueros, seu liberti illi seu ministri essent.

A circumsedentibus] Non ii sunt qui Neronem circumstabant, quia iidem qui trepidaverant, diffugiunt; at nulla necessitas trepidandi aut fugiendi fuit iis qui circumstabant Neronem, ut qui procul a suspicione abessent. Sed potius ii sunt qui circumstabant mensam Britannici, et forte ipsius ministri, licet insontes, fugiunt, nempe ne suspectarentur; sontes vero, forte metu, ne rei subderentur: ' Juxta periculoso, ficta seu vera promerent,' ut inquit Tacitus I. 6. de Sallustio, cujus ministerio necatus Posthumus; sic fugiunt, spelunca Tiberio obtuto, etiam insontes.

[x] *Diffugiunt imprudentes*] Utrimque forte imprudentia fuit, et diffugere, et etiam intueri dominantem eo casu, quasi introscrutarentur quod occultum maxime voluit.

Diffugiunt imprudentes] *Imprudentes*, quia nempe vel seipsi produnt, quasi rei essent, vel fuga sua accusare imperitantes videntur; quasi fugiant, ne sceleris eorum participes existimentur, fugiunt ipsam suspicionem; forte ne inter reos ipsi innocentes computentur, simulque involvantur.

Sed quo et ad quem confugiant adversus potentiam principis, si ulcisci crimen aut fugam volet? Sed id primo motu imprudenter factum; et pauci ita prudentes, ut nihil vidisse videantur, in re tam inopinata, utque se satis componant, aut vultum, aut animum, seu utrumque.

[y] *Quibus altior*] Altior intellectus in eo, quod immoti et defixi starent, non fugerent, ut alii. Sed, ut puto, non *altior intellectus*, in eo quod Neronem intuerentur.

Quis enim imperitantium scrutari faciem suam velit tali casu, sive nocens sive etiam absit a culpa? Et reprehenditur hoc loco Tacitus etiam ab aliis.

[z] *Neronem intuentes*] Ibi, ut puto, fuerit major imprudentia. Cur enim defixi principem intueri audent? An ut introscrutentur dolum et scelus? Qui aspicias dominantem eo casu, quin simul suspectes, aut saltem suspicionis tuæ opinionem in animo ejus defixam relinquas? nisi forte, ut inscium Neronem, et quasi vindicem necis istius intuerentur: quasi vero!

[a] *Reclinis*] Nempe toro convivali, pro more accumbendi veterum.

Reclinis] De epulis et more accumbendi veterum, aliqua hic addere forte operæ pretium sit.

In cœnaculo collocabatur mensa rotunda, humilis: quæ inferioris sortis hominum *tripes*, et e *simplici ligno*; opulentiorum *citrea* fuit, aut *acerna*, aut intecta *argentea lamina*.

Hanc pes eburnus fabrifactus sustinebat in modum *pardi* aut *leonis*. Horat. de tenui mensa: ' Modo sit mensa tripes, et concha salis puri.'

mitialem morbum,[b] quo primum[6] ab infantia afflictaretur

morbum comitialem, quo primis ab annis conflictaretur Britannicus, et re-

6 Mallet Freinshemius *plurimum.* Alii tentant *prima.* Nihil mutaverim. Sic ferme adhuc Itali, *infin da fanciullo.* Suspecta Mureto vox

NOTÆ

De lautiore Juvenalis: ' putere videntur Unguenta atque rosæ, latos nisi sustinet orbes Grande ebur, et magno sublimis pondus hiatu.'

Circa mensam tres lecti dispositi erant, unde *triclinii* nomen, vel duo. Posterior ætas vocavit *sigma.* Martialis: ' Aspice lunata scriptum testudine sigma.' Lamprid. ' De croco sigma stravit,' &c.

Hi lecti strati aulæis purpureis, aut alia veste stragula, pro copiis et opibus patrisfamilias.

Hora cœnæ *nona* fuit, quæ nobis *tertia* post meridiem. Martial. ' Imperat exstructos frangere nona toros.'

Tum vestes illi mutabant, induebantque *cœnatoria,* in hunc usum destinata, soleas exuebant, ne lectos inquinarent, quibus jacentes accumbebant, surgentesque a cœna, eas reposcebant: quod et hodie apud Persas in more est, qui et sedent tapetibus, sed alio modo et situ.

Terni, aut quaterni quolibet lecto accumbebant; si plures, id sordidum reputabatur. Cicero in Pisonem: ' Nihil apud hunc lautum, elegans, &c. Græci quini stipati in lectis, sæpe plures:' sicque non plures ad summum in qualibet mensa, seu triclinio quam duodecim.

Accumbebant autem in toro, reclinata supera parte corporis, sinistro cubito innixi, et infera parte in longum porrecta ac jacente, capite leviter erecto, dorso a pulvillis modice suffulto. Unde intelliges, cur ibi *reclinis* dicatur Nero.

Primus decumbebat ad caput lecti, cujus pedes porrigebantur pone dorsum secundi; secundus vero occiput obvertebat ad umbilicum primi, pulvillo interjecto; pedes ejus jacebant ad tergum tertii, et sic deinceps tertius et quartus, si tot essent.

Summus dicebatur, qui ad caput lecti decumbebat, *imus* qui ad pedes, et qui inter istos, *medius.* Plautus: ' Da puer ab summo.' Et Horatius: ' Secutis omnibus imis.' *Medius* digniorem locum obtinuit. Virgilius: ' aulæis jam se regina superbis Aurea composuit sponda, mediamque locavit.'

Sallustius l. VIII. Hist. ' Igitur discubuere Sertorius interior in medio, super eum Tuscus Fabius Hispaniensis senator ex proscriptis, in summo Antonius.' Ibi Sertorius, utpote dignior, medio loco accubuit.

Itaque si tres convivæ in uno lecto, *medius* dignissimus fuit, et proximus honore *summus* qui ad caput lecti: si quatuor, *proximus a summo;* si duo in lecto, *summus* dignissimus.

Cœnam partiebantur in tres missus. Primus missus, *antecœna,* gustatio sive gustus dicebatur; et plerumque incipiebant *ab ovis:* Cicero Epist. ad Pætum: ' Integram famem ad ovum affero;' vel à *lactucis.*

Secundus missus, proprie *cœna* fuit. Præcipuum illud ferculum, et quod caput, seu summa cœnæ fuit. Martialis: ' mullus tibi quatuor emtus Librarum, cœnæ pompa caputque fuit.'

Tertius missus fuit, in quo bellaria,

Britannicus, et redituros paulatim visus[7] sensusque.' At Agrippinæ[c] is pavor, ea consternatio mentis, quamvis vultu premeretur, emicuit, ut, perinde ignaram fuisse ac sororem Britannici Octaviam,[8] constiterit: quippe sibi supremum auxilium ereptum, et parricidii exemplum intelligebat.[d]

meaturum paulatim visum *aliosque* sensus. *Verum Agrippinæ is metus, ea trepidatio animi, quamvis fronte tegeretur, enituit; ut compertum sit, æque insciam fuisse facinoris, ac Octaviam sororem Britannici. Nam* sic *cognoscebat ultimum sibi subsidium ademtum* esse, *et* hinc *maternæ cædis documentum* agnoscebat. *Oc-*

Britannicus. Nec immerito. *Brotier.*—7 Cod. meus: *sensus visusque:* unde amicus: *sensus nisusque.* Ryckius.—8 Omnino displicet *Octaviam.* Certe omisissem, si vel unus liber favisset. Hæc omnia, *ejus...Britannicus...Octaviam,* sunt librariorum additamenta. Octaviam redundare patet ex sequentibus, *Octavia quoque.* In Ms. Reg. et editione principe, *Britannici sororem Octaviam,* omissa particula *ac.* Mss. Harl. Jes. *atque Octaviam sor. Brit.* Ms. Bodl. et Puteolanus, *ac Octaviam.* Male, cum *ac* veteres Scriptores ante vocalem non posuerint. *Brotier.* Gronovius et Ryckius habent *Octa-*

NOTÆ

quæ *mensa pomorum,* seu *secundæ mensæ* appellabantur.

In convivio Diis semper libabant. Sic Regina apud Virgilium: 'Dixit et in mensa laticum libavit honorem.' Mos certe fuit, ut ex patera vini aliquid diffunderent in mensam, vel in terram, vel in mare, si casus daret.

[b] *Per comitialem morbum*] Id summæ impudentiæ in Nerone, et quod crimen convinceret, id ausum affirmare coram tot ministris, totque aulicis utriusque sexus, qui puerum cognoscerent a teneris, nulli morbo tali obnoxium.

Per comitialem morbum] De quo sic Corn. Celsus III. 24. 'Inter notissimos morbos, est etiam is, qui comitialis, vel major nominatur: homo subito concidit, ex ore spumæ moventur: deinde interposito tempore ad se redit, et per se ipsum consurgit. Sonticum morbum dicunt.'

Sic dictus *comitialis,* quod olim comitia dissolveret. Huic morbo obnoxii fuere magni viri Hercules, Cæsar, Mahometes, et alii ingenio animoque prævalidi.

[c] *At Agrippinæ*] Sunt qui hic reprehendant Tacitum, quasi statim avertat oculos, mentemque lectoris a crimine Neronis, ut nobis circumstantium hominum vultus faciemque aut mentem adumbret: nempe arguitur, quasi non satis defixerit animum nostrum in æstimanda ponderandaque atrocitate facinoris, sed statim alio convertat, abducatque animum legentium.

[d] *Parricidii exemplum intelligebat*] An easdem artes a Nerone relatas in Britannico necando, quas ipsamet in Claudio adhibuerat? Potius crediderim timuisse Agrippinam, ne, ut Britannicum Nero sustulerat, eodem exemplo matrem tolleret. *Pichena.*

Prius ne cogitandum quidem, adeo frigidum est. Scylla Ovidio l. VIII. 'Cives odere merentem; finitimi exemplum metuunt.' Seneca Troad. 'Suique victor operis exemplum horruit; Didicitque Achilles et Dea natos mori.' *Gronovius.*

Parricidii exemplum] In se ipsam

Octavia[9] quoque, quamvis rudibus annis, dolorem, caritatem, omnis affectus abscondere[e] didicerat.[f] Ita post breve silentium,[g] repetita convivii lætitia.

17. Nox eadem[h] necem Britannici et rogum conjunxit,

tavia pariter, licet rudi ætate adhuc, tamen jam *sciebat tristitiam, amorem, et cunctos animi motus cohibere,* ne erumperent. *Sic post aliquod silentium instaurata epularum lætitia.*

Eadem nox connexuit mortem pyramque Britannici, præparato ante necem *exeviam sororem Britannici.*—9 Frustra emendat Lipsius, *Octaviæ.* Brotier.

NOTÆ

dederat parricidii exemplum Agrippina, occidendo principem Claudium; quod exemplum tum nondum vidit ipsa, sed occiso Britannico a Nerone, tandem aperti sunt oculi illius, et tum in se parricidii exemplum intellexit mater: quod et haud dubie Nero in se datum intellexerat, occiso Claudio principe ab ipsa Agrippina.

Parricidii exemplum] Posset dici, Agrippinam dedisse exemplum parricidii Neroni, cum occidit ipsa Claudium; sed potius in se ipsam parricidii exemplum intellexit, visa Britannici nece, quam perpetrasset filius Nero.

Parricidii exemplum intelligebat] Explicat Interpres Hispanus, quasi ambigue id sumi possit de Agrippina, et etiam de Octavia: nam, inquit, Octavia in nece Britannici fratris, *parricidium,* seu patris Claudii cædem, *intelligebat.*

Sed certe non ita ambiguus Tacitus, neque habet duos sensus, si bene intelligatur. Et hoc loco sumi debet de Agrippina tantum.

Nam supra: *Agrippinæ is pavor,* quæ sola intellectu satis alto fuit, ut *parricidii exemplum* tum in se ipsam interpretaretur; et dicit Tac. *intelligebat,* non autem *intelligebant:* quod debuit, si de utraque fœmina sumi voluisset.

Exponit hic Tacitus ingenium ipsius Agrippinæ, ut patet attendenti. Et mox statim agit de Octavia: *Octavia quoque, quamvis rudibus annis, &c.*

Et priori loco de Octavia dicit tantum, fuisse consternatam et *ignaram* cædis fraternæ, nihil amplius. Nec tam ambiguus Tacitus, ut sibi finxere interpretes hactenus, et delendi illi bini sensus, marginibus versionum appositi.

Parricidii exemplum] Quod ex parricidio fratris intelligere et suspectare Agrippina potuit; tanto magis, quod ipsi id prædixisset olim idem, qui filio principatum prædixerat; nempe, ut puto, Thrasylli filius.

[e] *Affectus abscondere*] Dici potuit, quod Dionys. 4. de Servio rege Rom. 'Intelligendi politica prudentissimus, &c. Et se accommodare omnibus fortunis eruditus, et qui omni ingenio modoque conformare se facile posset.'

[f] *Didicerat*] Quia prima ab infantia educata erat in domo regnatrice; quia aulæ artibus, a cunis ipsis, instituta erat; quarum artium præcipua illa virtus, si tamen virtus est, qua omnes affectus dissimulantur: qua natura tota velatur, vincitur, aut violatur.

[g] *Ita post breve silentium*] Tale Statii Thebaidos II. 262. 'In regem converti omnes formidine prima: Mox audisse negant.' *Gronovius.*

[h] *Nox eadem*] Miror ergo, quomo-

proviso ante[i] funebri paratu,[1] qui modicus[j] fuit. In campo tamen Martis[2] sepultus[k] est, adeo turbidis imbribus,[l] ut

quiarum apparatu, qui tenuis fuit. Attamen in campo Martio conditus est, pluviis

1 Sic Ms. Flor. editio princeps, Pichena et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *apparatu.*—2 Sic Mss. Flor. Harl. Jes. Pichena et recentiores. In Ms. Bodl. et editionibus veteribus, *Martio.*

NOTÆ

do vera quæ Græci tradiderunt, Britannici corpus gypso multo oblitum a Nerone fuisse, ne livor appareret e veneno: sed pluviam coortam eluisse gypsum, dum cadaver per forum effertur; omniumque oculis scelus subjecisse.

Hæc Zonaras, hæc Dio. Scite, sed parum vere: ut Taciti quidem narratio est. Nam hæc omnia operire nox potuit. *Lipsius.*

Et miles assidebat busto, qui plebem arceret. Nec nudatum corpus in foro, sed cum vestibus ipsis quibus obvolutum in aula fuerat, igni subjectum est. Reputa animo, quam acriter invehatur Tiberius in eos, qui nudaverant corpus Germanici in foro Antiocheno, supra.

Nox eadem] Id est, eadem nocte necatus Britannicus, crematusque, et Campo Martio conditus, seu in Augusti Mausoleum illatus. Sic et mox Agrippina mater Neronis l. XIV. 'Cremata est nocte eadem convivali lecto, et exequiis vilibus.'

[i] *Proviso ante*] Præparabant simul et venenum et funus. Forte rogus intra palatium ipsum structus est.

[j] *Qui modicus*] Cujus rationem ipse reddit infra, quia immatura et acerba funera subtrahebantur oculis civium, neque laudatione funebri aut magno apparatu cives detinebantur eo casu.

Hæc ratio in vulgus jacta, sed vera causa fuit, ut statim Nero subtraheret oculis populi Rom. causam luctus et mœstitiæ; et ne indicia veneni apparerent, dum corpus palam cremaretur; et ne pompa illa rumores sermonesque vulgi magis incitaret.

[k] *In Campo tamen Martis sepultus*] Non tamen ibi combustus: sed reliquiæ ejus in urna illatæ, ut opinor, monumento Augusti. *Lipsius.*

Campo tamen Martis] Campus Martis duplex fuit, unus late sumtus, inter Tiberim fluvium, Capitolium et Quirinalem montes, collemque Hortulorum; sicque tenebat majores partes Septimæ et Nonæ regionum Romæ antiquæ ad occidentem et septentrionem.

Hodie pars est magna *Romæ modernæ* ad occidentem et septentrionem, et inter montes *Campidoglio, Monte Cavallo, et Pincio,* fluviumque *Tevere.*

Alter vero *Campus Martis,* de quo hic loqui videtur Tacitus, fuit aliquando extra mœnia urbis, postea vero Nonæ regionis, in parte occidentali urbis Romæ. Hodie partes regionum *Campo Marzo, Sant Eustachio, Ponte,* et *Parione* in Roma moderna versus medium et occidentem. Fuit quoque *Campus Minor,* pars Campi Martii proprie dicti, ad occidentem et ad Tiberim fluvium.

Hodie pars regionis *Ponte* ad fluvium *Tevere,* et prope pontem *Sant Angelo.* Ex Roma antiq. Nardini l. VI. c. 5. &c. et planis seu imaginibus Romæ modernæ, a Gregorio de *Rossi* et Joanne Falda editis, &c. *Tillemonius.*

vulgus iram Deum portendi[m] crediderit adversus facinus, cui plerique etiam hominum ignoscebant, antiquas fratrum discordias[n] et insociabile Regnum æstimantes.[3] Tradunt plerique[o] eorum temporum[p] scriptores, ‘ crebris ante exitium

usque *adeo ingruentibus, ut plebs existimaverit* hinc *iram numinum demonstrari adversus* tale *crimen, cui* tamen *plerique etiam mortalium parcebant,* reputantes animis *veteres fratrum dissensiones, et societatis insciam impatientemque dominationem existimantes. Scribunt plerique ejus ævi auctores, multis* crebris*que* ante

3 Ita Ms. Vatic. 1958. et Puteolanus, atque Ernestus. In Mss. Vatic. 1863. Agr. Guelf. Jes. et editione principe, *extimantes.* In Mss. Vatic. 1864. Flor. Reg. et Rhenanus, *existimantes. Existimantes* edidi Rhenanum secutus. Beroaldus dedit *æstimantes.* Pichena ex Flor. *extimantes:* quomodo pariter a manu prima in meo; a secunda vero, *æstimantes.* Sed cum *extimo* vox sit minus Latina, uti ad etymologiam respicienti patet; (*æstimo* enim est ab *æs* et τιμῶ, ab *æstimo* vero *existimo:*) et *æstimare,* Taciti temporibus, pro *existimare,* nondum, ut puto, dixerint, *existimantes* edere satius duxi. Quod deinceps reperi in Ms. Reg. *Ryckius.* Gronovius quoque habet *existimantes.*—

NOTÆ

[l] *Imbribus*] Testibus Dione et Zonara, gypso oblitum erat corpus Britannici. Sed iis fidem abrogat Lipsius. Ut ut sit de facto, contendo, id ita fieri potuisse.

Nam licet noctu, tamen haud dubie ad cereos et faces elatus est juvenis, et multo illo imbre potuit gypsum e facie abstergi, et sic veneni livor apparere, et clare videri præsertim hominibus id suspectantibus, præmonitisque, et ad id impense attendentibus ; et cum Romæ funera noctu deducerentur, sic nunquam potuisset deprehendi livor in cadavere. ‘ Morientibus oculos operire rursusque in rogo patefacere’ moris fuit. Plin.

Sufficiebat certe ministros ipsos id deprehendisse aut suspectasse, ut sic memoriæ proderetur. Forte illi auctores secuti ex parte Suetonium, qui *postero die* raptim elatum fuisse Britannicum affirmat.

Si *de die,* sic ingruente pluvia abstergi gypsum et animadverti livor in facie et corpore facile potuisset. Puto tamen, gypsum illud fictum a Græcis esse, cum de eo sileant auctores Rom.

[m] *Iram Deum portendi*] Et id ex ingenio vulgi ; sic Tac. l. IV. Hist. 26. ubi de Rheno arescente per æstatem et vix navim patiente : ‘ Apud imperitos prodigii loco accipiebatur ipsa aquarum penuria, tanquam nos amnes quoque et vetera imperii munimenta desererent: quod in pace fors seu natura, tunc et fatum et ira Dei vocabatur.’

[n] *Antiquas fratrum discordias*] Forte præcipue attendebant ad discordiam fratrum Remique et Romuli, qui primi Rom. imperium condiderant ; forte et ad Romulum et Tatium Sabinorum regem. Nam Romulus utrumque regni socium interemit ; adeo res est insociabilis dominatio! ‘ Nec Pompeius ferre parem, Cæsarve priorem.’

Antiquas] Ad Græcorum historias seu fabulas forte respiciebant, sed præcipue ad primos Romæ Reges, Remum et Romulum.

[o] *Tradunt plerique*] Cum sic scribit Tacitus fidem aliquatenus derogat auctoribus, ut qui invidia temporum, et odio Neronis, talia scripserint, ve-

diebus, illusum isse[4] [q] pueritiæ Britannici Neronem:' ut jam non præmatura, neque sæva mors videri queat, quamvis inter sacra mensæ, ne tempore quidem ad complexum sorori[5] dato, ante oculos inimici[r] properata sit, in illum supremum Claudiorum sanguinem, stupro prius quam veneno pollutum. Festinationem exequiarum edicto[s] Cæsar de-

mortem diebus, stupro violatum pollutumque a Nerone Britannicum: ita *ut jam non immaturum, neque acerbum exitium credi possit, licet* perpetratum sit *inter sacra epularum, ne facultate quidem concessa Octaviæ ad amplexum, et in aspectu infesti* Neronis *festinatum sit, adversus illam ultimam Claudiorum sobolem, libidine prius, quam veneficio temeratam. Properatum funus edicto excusavit prin-*

4 In Mss. et editionibus veteribus, *illusum esse;* vitio librariorum, qui id elegantiæ non caperent. Male emendaverat Rhenanus, *illusisse.* Brotier.— 5 In Ms. Reg. et editione principe, *sororum.* Britannico duæ erant sorores Octavia et Antonia. Sed hic de Octavia agitur, cujus erat morientem fratrem amplecti. *Idem.*

NOTÆ

ritati minus intenti, quam decuit historiæ scriptores. Ita ut etiam a sententia communi, forte et a vero deerrent.

[p] *Eorum temporum*] Subindicat Tacitus sic, rem non esse admodum certam, cum dicit *eorum temporum scriptores,* qui pleni odio in Neronem. Et sibi proposuit Tacitus, cum ab opinione communi dissentirent nonnulli auctores, talia sub illorum nominibus tradere, tanquam minus certa, et de quibus ipse subdubitat, ut penes auctores illos sit rei veritas fidesque.

[q] *Illusum isse*] Vulgo *illusisse;* et prisci aliquot, *illusum esse.* Scribe *isse. Ludere* autem et *illudere,* in re veneris usurpant: sed hoc fere in fœda. Suetonius Tiberii c. 45. 'Fœminarum capitibus illudere.' *Lipsius.*

[r] *Ante oculos inimici*] Nonnulli periere, ne arbitrio inimicorum perirent, refert exemplum Velleius l. II. 'Q. Catulus et aliarum virtutum, et belli Cimbrici gloria, quæ illi cum Mario communis fuerat, celeberrimus, cum ad mortem conquireretur, conclusit se loco, nuper calce arenaque perpolito, illatoque igni, qui vim odoris excitaret, exitiali hausto spiritu simul incluso, suo mortem magis voto, quam arbitrio inimicorum obiit.'

Ante oculos inimici] Quod morte ipsa durius.

Ante oculos inimici] Igitur intelligendus de Senatu Tacitus in Agric. 45. 'Nero tamen subtraxit oculos, jussitque scelera, non spectavit: præcipua sub Domitiano miseriarum pars erat, videre et aspici: cum suspiria nostra subscriberentur: cum denotandis tot hominum palloribus sufficeret sævus ille vultus et rubor, quo se contra pudorem muniebat.'

[s] *Festinationem exequiarum edicto*] Mirum in tanta magistrorum dominationis sapientia, quod Nero parricidium velut aperte confiteatur, et publico edicto ad populum evulget facinus, ut postea scripta epistola ad patres, etiam parricidium, seu necem matris confessus est. Usque adeo urget conscientia scelerum, ut premi vel cohiberi toto purpuræ splendore, aut toto arcano consilioque dominantium, nequeat.

fendit,[t] a majoribus institutum referens, ‘ subtrahere oculis acerba funera,[u] neque laudationibus, aut pompa detinere.[v]

ceps, memorans, id placitum antiquis, auferre e conspectu immaturas exequias, neque eas orationibus, aut longo paratu funebri differre. Ceterum et

NOTÆ

[t] *Defendit*] Id est, purgavit, diluit, excusavit. Sic Tiberius apud Tac. III. 12. malis artibus innexus, quibus periit Germanicus, nimiis accusatorum studiis se succensere dicebat: ‘ Quo pertinuit,’ inquit, ‘ nudare corpus et contrectandum vulgi oculis permittere, differrique etiam per externos, tanquam veneno interceptus esset, si incerta adhuc ista et scrutanda sunt?’

[u] *Subtrahere oculis acerba funera*] Nota ritum. Acerba enim et immatura funera, quæ intra tirocinii diem, pompa funebri aut laudatione non dignata. Vide me ad Senecam, De brevitate vitæ, cap. ult. *Lipsius.*

Acerba funera] Id discrimen ponunt inter funera; quod exequiæ adultorum celebrarentur candelis et facibus, at puerorum acerba funera, cereis. Sic colligitur ex Seneca epist. 123. ‘ Isti mihi vero defunctorum loco sunt. Quantulum enim a funere absunt, et quidem acerbo, qui ad faces et cereos vivunt?’

Idem de Tranq. vitæ II. ‘ Toties in vicinia mea conclamatum est, toties præter limen immaturas exequias fax cereusque præcessit.’

Et cap. ult. Ad Paulinum: ‘ Quidam vero disponunt etiam illa, quæ ultra vitam sunt, moles magnas sepulcrorum, et operum publicorum dedicationes, et ad rogum munera, et ambitiosas exequias. At mehercule, istorum funera, tanquam nimium vixerint, ad faces et cereos deducenda sunt.’

Ibi scribi vult Lipsius, *tanquam minimum vixerint*, sed sententiæ forte sufficit, *nimium viserint;* nam ideo repuerascunt: et quasi denuo pueri illi, *ad cereos* efferendi, qui talia insane disponunt.

Sic sensit sapientior his Seneca, qui ipse et testamento fieri sibi prohibuit splendidas exequias, teste Tacito.

Igitur ad cereos et exiguo apparatu ducebantur funera immatura et acerba, quale fuit funus Britannici. Sueton. ‘ Quem postero die raptim inter maximos imbres translatitio funere extulit:’ translatitio, id est, vulgari, vili; at vero matura funera longo et immenso ordine facium ac funalium celebrata, et longe majori apparatu pompaque senes elati.

Acerba funera] *Acerbas* mortes vocant, intempestiva et præmatura fata, et præcipue, quæ contingerent ante virilem ætatem, seu ante quartum et decimum annum completum, quæ non subtrahebant oculis, quicquid dicat Nero. Nisi forte intelligat, non efferri juniores istos ea pompa, qua natu majores. ‘ Hominem priusquam genito dente’ non cremabant. Plin.

Igitur subtrahebant oculis eo sensu, quod non eos efferrent ingenti pompa, neque pro Rostris palam laudarent. Neque erat, cur eos statim subtraherent oculis civium, nisi cum dolus aut scelus subesset: quod nunc contigit.

[v] *Neque laudationibus, aut pompa detinere*] In codice Budensi legitur additum, *preces effundere:* quam clausulam opinor sic emendandam, ut *præceps effundere* legamus, subaudiendo *funus e sandapila*, aut *loculo*, quod alioqui non sine cærimoniis deponi in rogum solebat. *Rhenanus.*

Potius ineptum glossema sit nuperi

Ceterum et sibi, amisso fratris auxilio, reliquas spes in Repub. sitas: et tanto magis fovendum Patribus Populoque Principem, qui unus superesset e familia, summum ad fastigium genita.'[w] Exin largitione potissimos amicorum[x] auxit.[y]

18. Nec defuere,[1] qui arguerent viros gravitatem asseverantes,[z] 'quod domos, villas,[2] [a] id temporis, quasi prædam[3]

sibi, ademto fratris subsidio, ceteras spes in Rep. positas, et tanto magis colendum senatui, populoque imperatorem, qui solus superstes esset e gente ad summam fortunam creata ac destinata. *Deinde præcipuos familiarium amplissimis donis exornavit.*

Nec defuere, qui accusarent viros severitatem præferentes, quod inter se partiti

1 Sic Mss. Flor. Reg. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *defuerunt*. Brotier. Dedi *defuere* ex Flor. ed. pr. *Domos, villas* pro *villasque* ex iisdem et Ms. Agr. Guelf. *prædam* ex iisdem et Ms. Reg. cum Ryckio et J. Gronovio pro *prædas*. *Asseverare* h. l. est præ se ferre. *Ernesti*. Gronovius et Ryckius habent *defuerunt*.—2 Sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Flor. Reg. Guelf. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *villasque*.—3 Ita Mss. Flor. Reg. Guelf. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *prædas*.

NOTÆ

alicujus semiscioli.

Neque laudationibus] Ita neque juniores fœminæ, licet nuptæ, sed tantum seniores, post obitum publice laudabantur; ut diximus supra.

[w] *Summum ad fastigium genita*] Fuit tum illud unum ex arcanis dominationis, quod postea eventilatum et irrisum. Nam post Neronem successit quisquis melior, aut fortior. Tum jus fuit in armis, aut fatis.

[x] *Largitione potissimos amicorum*] Sic de Alexandro, Curtius l. VI. cum Clitum occidisset: 'Ille non ignarus et principes amicorum et exercitum graviter offendi, gratiam liberalitate donisque recuperare tentabat; sed (ut opinor) liberis pretium servitutis ingratum est.'

[y] *Auxit*] Sic infra post compertam Pisonis conjurationem, post multos interemtos l. XV. 71. 'Quibus perpetratis Nero, et concione militum habita, bina nummum millia viritim manipularibus divisit, addiditque sine pretio frumentum, quo ante, ex modo annonæ, utebantur.' Bina numm. sunt 50. coronati, seu 150. lib.

[z] *Viros gravitatem asseverantes*] In Senecam et Burrhum criminatio spectat; quam diluit tamen leviter ipse Tacitus, Senecæ ubique volens et amicus: aliter quam ille Bithynus, qui inimicitias cum Seneca indictas exercet, et ex professo. *Lipsius.*

Gravitatem asseverantes] Respicit præcipue Burrhum et Senecam, et forte etiam alios Neronis amicos. Nam infra: 'veniam sperante, si largitionibus validissimum quemque obstrinxisset.' Et etiam matrem ipsam, cujus tamen 'ira nulla munificentia leniri' potuit.

[a] *Quod domos, villas*] Puto, Britannici opes, et quæ fuerant Claudii et gentis Claudiæ. Nam licet Britannicus Cæsar esset, et ex Cæsare ortus, habuit tamen haud dubie privatas opes, ut hæres Claudii et Messallinæ parentum, quibus fruebatur.

divisissent.' Alii necessitatem adhibitam credebant a Principe,[b] sceleris sibi conscio et veniam sperante, si largitionibus[c] validissimum quemque obstrinxisset. At matris ira nulla munificentia leniri; sed amplecti Octaviam: crebra cum amicis secreta habere: super ingenitam avaritiam, undique pecunias, quasi in subsidium,[d] corripere; Tribunos et

essent id ævi ædes, prædiaque, tanquam prædas. *Alii putabant impositam* ipsis *necessitatem a Cæsare, conscientia facinoris, et qui veniam hinc speraret, si potentissimum quemque liberalitate sua devinxisset. Sed Agrippinæ violentia nulla largitione placari; ruere in amplexus Octaviæ; multa cum familiaribus clam miscere consilia; præter innatam* sibi *pecuniæ cupiditatem, undique opes, velut in* sui

NOTÆ

Has autem opes, illo sublato, qui ultimus Claudiorum hæres, ut sic veluti scelus aboleret Nero, divisit inter amicos, quasi eo ipso non magis augeretur scelus.

Sic Agrippa Postumus Cæsar, licet adoptatus ab Augusto, repetebat tamen paterna bona, quæ occupaverat Augustus, ut forte nimia et immodica; ditissimus enim Agrippa pater, de quo Mæcenas dicebat Augusto, aut illum ascisendum in generum, aut necandum esse. Inter alia possidebat Chersonesum, Dione teste.

Quod domos, villas.] Villas nempe Britannici, seu Claudiorum gentis, cujus ille ultimus sanguis et hæres. Et certe mala ea gaudia, et funesta dona dominantis.

Intelligit Burrhum et Senecam, qui et mox velut altero parricidio, (nam patres et Reipub. et principis vocari potuerunt,) occidentur, invidia nimiæ potentiæ, et subitarum opum.

Dein et ipsa Octavia amota aula et translata in domum Burrhi, fatale etiam donum agnoscet: talia dona vere ἄδωρα.

[b] *Necessitatem adhibitam credebant a Principe*] Sic l. XIV. 14. 'Notos quoque equites Romanos operas arenæ promittere subegit donis ingentibus; nisi quod merces ab eo, qui jubere potest, vim necessitatis affert.'

Necessitatem adhibitam] Vis est et necessitas parendi, tum cum solicitat, cum rogat princeps, imperat.

Necessitatem adhibitam] Apud Tac. infra l. XIV. 52. sic Seneca ipse loquitur: 'Ubi est animus ille modicis contentus? tales hortos instruit, et per hæc suburbana incedit, et tantis agrorum spatiis, tam lato fœnore exuberat? una defensio occurrit, quod muneribus tuis obniti non debui,' &c.

[c] *Si largitionibus*] Nempe hæc duo usurpata, ut scelus obtegerent, impetrarentque veniam facinorum; interemtos magnis honoribus prosequebantur. 'Sit Divus, dum non sit vivus:' et proceres liberalitate donisque corrumpebant, quasi ut facerent commune, quod unius fuerat crimen. 'Quos scelus inquinat, æquat,' inquit Lucanus.

[d] *Quasi in subsidium*] Id explicant, in subsidium belli civilis quod agitabat Agrippina; hoc in re verum est. Sed sensus Taciti præcise est, corripuisse pecunias, quasi ad suam necessitatem, quasi ut se ipsa toleraret sustentaretque, et illam necessitatem suam falso obtendebat fœmina bello civili, quod animo destinabat: sicque necessitas tolerandi viduitatem tantum prætextus fuit.

Ne igitur explices hic, *quasi in subsidium* belli, *sed quasi in subsidium sui* congerebat pecunias. Certe *subsidium sui* fuit species et prætextus

Centuriones comiter excipere: nomina et virtutes nobilium,[e] qui etiam tum supererant,[f] in honore habere; quasi quæreret ducem et partes. Cognitum id Neroni, ‘ excubiasque militares,’ quæ, ut conjugi Imperatoris olim, tum et ut[4] matri[g]

tutelam contrahens ac corradens; erga tribunos, et centuriones comiter se gerere; colere atque observare vocabula et bonas artes procerum, qui tum temporis *superstites* erant, *quasi ducem et partes pararet. Id intellectum Cæsari, et* statim, limine ejus abscedere *jubet* custodias, *seu stationes,* militum, *qui excubabant* ipsi *tanquam uxori principis olim, et tum* temporis *ut matri* Cæsaris *retinebantur,* Ger-

4 *Imperatoris solitum, et matri,* Brotierus et Homerus. Bene Ryckius e Ms. Agr. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *solitum et ut matri.* Cl. Ernestus, alios Mss. codices secutus, edidit, *solitum, ut matri:* quod profecto durissimum est. *Brotier.* Beroaldus et Rhenanus: *Imperatoris solitum et ut matri s.* Quod Lipsius putat se verissime emendasse per, *olim tum.* Idque ita arrisit Pichenæ, ut contextui inseruerit: tamen si quærimus quomodo Tacitus scripserit, haud verisimilis hæc emendatio paret, quoniam omnes Mss. illi adversantur, eorumque scriptura non modo nihil ponit absurdi,

NOTÆ

quo utebatur Agrippina, cum re vera contraheret pecunias in subsidium belli civilis, quod parabat, aut parare putabatur. Sic alibi, ‘ cupido auri immensa obtentum habebat, quasi subsidium regno pararetur.’ Tac. Hist. II. 84.

[e] *Virtutes nobilium*] Per *nobiles* hic, puto, præcipue intelligit, qui ex familia Cæsarum superessent, etiam orti per fœminas. Id enim potissimum eo tempore spectabatur. Quasi ea sola familia *ad summum fastigium genita esset.*

Attamen et spectari poterant alii vetusta nobilitate insignes: quæ nobilitas sufficeret occupandæ Reip. cum matrimonio Agrippinæ aut juvandis cœptis ipsius.

[f] *Qui etiam tum supererant*] Respicit ad sævitiam priorum principum, et forte ipsius Neronis, qua civitatem et Rempub. exhausit, optimos et nobilissimos quosque interficiendo; quo tempore virtus, nobilitas, fama summum crimen fuit.

Forte et respicit ad suam ætatem, nempe post bella civilia Othonis, Vitellii, Flavianorum, et post hæc omnia sævitiam Domitiani, seu Calvi Neronis, de quo vere Tacitus ipse in Agric. 44. ‘ Festinatæ mortis grande solatium tulit, evasisse postremum illud tempus quo Domitianus, non jam per intervalla ac spiramenta temporum, sed continuo et velut uno ictu Rempub. exhausit. Non vidit Agricola obsessam curiam et clausum armis senatum, et eadem strage tot consularium cædes, tot nobilissimarum fœminarum exilia et fugas.’

Itaque *etiam tum,* nempe ævo Agrippinæ supererant nobiles, qui periere postea sub Nerone et per bella civilia, dein et postea consummata Reipub. clades sub Calvo Nerone.

Qui etiam tum supererant] Qui non perierant, aut proscriptionibus, aut bellis civilibus vel sævitia Tiberii, Caii, Messallinæ, et malitia priorum principum; qui adhuc *supererant,* quia nondum occisi, aut exhausti immanitate Neronis: nondum enim sævierat.

[g] *Ut matri*] Sueton. Ner. 34. ‘ Matrem dicta factaque sua exquirentem acerbius, et corrigentem, hactenus

servabantur, ‘ et Germanos,’ super eundem honorem,[h] cus-

manosque etiam, *præter hoc idem decus, satellites adjunctos* abire *jubet. Et ne*

sed locutionem etiam continet Tacito familiarem. Budensis enim Codex, Rhenano teste, item Reg. *Quæ, ut conjugi Imperatoris solitum, ut matri servabantur.* Flor. *Quæ ut conjugi Imperatoris solitum ti et ut matri servabantur.* Meus: *quæ, ut conjugi Imperatoris solitum, et matri servabantur;* quomodo Faërnus divinaverat. Quod cum dubio procul verum, Lipsianæ conjecturæ a me prælatum est. Similiter XIII. 16. ‘ solitum ita, ait, per comitialem morbum.’ *Ryckius.*

NOTÆ

primo gravabatur, ut invidia identidem oneraret, quasi cessurus imperio, Rhodumque abiturus: mox et honore omni et potestate privavit, abductaque militum et Germanorum statione, contubernio quoque ac palatio expulit.’

[h] *Germanos, super eundem honorem*] Duplex ergo custodia Agrippinæ, uti et principi ipsi, Prætoriani milites, Germanique. Sueton. cap. 34. ‘ Abductaque militum et Germanorum statione, contubernio quoque ac Palatio expulit.’

Jampridem vero Germanis habitus is honos; et ante eos Hispanis. Nam Julius Cæsar Hispanorum cohortem habuerat custodiæ suæ; Sueton. in Jul. cap. 86. et Calagurritanorum manum Augustus, Sueton. cap. 49. Sed ii dimissi: et in eorum vicem allecti Germani. Quos ipsos metu aliquo et suspicione ob Vari cladem (Sueton. cap. 48.) dimiserat; sed mox, ut opinor, recepit Augustus.

Habuit certe eos inter initia principatus Tiberius, ex Tacito lib. I. ‘ Robora Germanorum qui tum custodes Imperatori aderant:’ aliique ad Galbam usque, ‘ qui cohortem Germanorum olim a Cæsaribus ad custodiam corporis institutam, atque multis experimentis fidelissimam dissolvit.’

Sed et post eum iterum recepta, uti clarum ex historia inferiore. Immo et externi reges vitam suam commisere istis. De Herode quidem, (apud Joseph. lib. XVII.) Judææ rege, lego habuisse eum in satellitio Germanos.

Faveo tibi, pugnacissima et fidelissima gens, faveo hanc laudem, quæ tamen propria quodammodo *Batavorum:* uti enim hodie *Helvetii,* sic illi olim eximii visi ad hoc munus.

Itaque indiscriminatim modo *Batavi* ii custodes appellati, modo *Germani. Batavos,* Suet. Cal. cap. 43. nominat; Plutarchus in Othone, Dio apertissime lib. LV. Ex cujus verbis etiam disces, Equites peditesque in hac manu fuisse: sicut et in constitutione Hadriani, inter vexillationes Palatinas, *Batavos* equites seniores junioresque recensitos reperies.

Ad hos non dubie custodes illa Arriani spectant de oblongis gladiis, quorum et nunc Germanæ genti usus: lib. IV. Dissertationum: ‘ Ostende mihi gladios istos satellitum. Ecce, quam magni quamque acuti! Quid ergo faciunt isti magni gladii et acuti? occidunt.’

Reperio et Frisios in hoc numero, vicinos scilicet Batavis ingenio, situque. Lapis Interamnæ: HILARIVS. NERONIS. CÆSARIS. CORPORIS. CVSTOS. NATIONE. FRISO. *Lipsius.*

Germanos] Quos et *Batavos* vocat Sueton. in Caio, sic puto, quia fere idem Batavia cum inferiore Germa-

todes additos, 'degredi'[5] jubet. Ac, ne cœtu salutantium frequentaretur,[i] separat domum, matremque transfert in eam, quæ Antoniæ fuerat:[j] quotiens ipse illuc ventitaret,

turba venerantium celebraretur fœmina, *ædes dividit, et migrare jubet Agrippinam in eam* domum, *quam habuerat* olim *Antonia; ipse quoties eo veniret, stipatus agmine*

5 Gronovius cum Ryckio habet *digredi.*

NOTÆ

nia, unde desumti; aut certe pars nobilissima.

Germanos ac custodes] Erant Batavi illi et ex inferiori Germania, selecti tamen ex iis, qui jam tum imperio Rom. inserviebant socii, non vero ex iis qui aut essent dubiæ libertatis, aut externi.

Et sicut prætoriæ cohortes ex Latio, et ex meditullio imperii, ita et alii custodes Cæsaris, acciti ex limite et ex ultimis finibus orbis Rom. Batavi viros et arma, seu virtutem pro tributo pendebant: sic forte etiam, quia 'nullos mortalium armis, aut fide ante Germanos esse,' jam olim creditum fuit.

Super eundem honorem] Mallem *propter*, nempe propter eundem honorem, qui ipsi exhibebatur, *ut conjugi* et *matri* principis, additos Germanos. Nisi intelligat, præter *excubias militares*, præter eum honorem excubiarum Romanarum, *additos* ipsi etiam *custodes* Germanos.

Forte intelligit præter *eundem honorem*, id est, *eundem*, qui exhibebatur principi. Vel præter hunc *eundem honorem*, illi *ut conjugi imperatoris olim*, tum et illi *ut matri*, exhibitum, etiam præterea additos Germanos custodes.

[i] *Ne cœtu salutantium frequentaretur*] *Salutantium*, nempe principem, et simul aut statim matrem principis, utpote quæ in eadem domo habitaret: at ne illo prætextu, more solito salutaretur Agrippina, et ne frequentaretur officiis, quemadmodum et princeps, idcirco *separat domum* Nero, ut nempe sic pateret, eam gratia omni evolutam.

Et ut sic melius adverteretur, quinam ad illam commearent, qui illam inviserent postea, nempe ut sic Agrippina statim prorsus relinqueretur, ut comitatu, simul auctoritate, et favore omni destituta videretur palam.

Si dissimulatum cum illa foret, potuit suis artibus conciliare animos, insidias struere filio, et rursus invadere Rempublicam: nam ob memoriam amoremque Germanici patris sui præpollebat apud plebem et exercitus Agrippina.

Ne cœtu salutantium] Ne hi nempe, qui salutabant principem, simul etiam adirent Agrippinam inviserentque per honorem, eam a contubernio principali demovet, eamque in partem palatii remotiorem transfert, qua olim Antonia minor usa erat.

Salutantium] Nempe *salutantium* principem, qui et salutaturi erant Agrippinam necessario, si in eadem domo cum principe mansisset. Signum perculsæ Agrippinæ fuit ista mutatio domus. Ex gratia principis palam cadit, cui domo Cæsaris interdicitur, aut ea abigitur: non tamen interdictum ei amicitia palam, quia mater erat. Sed sic satis intelligebatur animus dominantis.

[j] *In eam, quæ Antoniæ fuerat*] Alibi diximus, fuisse in aliqua regione seu parte palatii domum illam Antoniæ

septus turba Centurionum,[k] et post breve osculum[l] digrediens.

19. Nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est, quam fama potentiæ, non sua vi nixa.[1] Statim relictum Agrippinæ limen. Nemo solari, nemo adire, præter paucas

centurionum erat; *et post brevem complexum abscedebat.*

Nihil in rebus humanis tam fluxum ac caducum est, quam opinio potentiæ, non vi propria fultæ. Confestim desertæ sunt *fores Agrippinæ: nemo solatium exhi-*

1 *Nixæ*, Gronovius, Ryckius, et Brotierus cum Homero. Mss. Vatic. Oxon. Reg. Guelf. et editiones veteres, *nixa*. Placet quoque Ernesto. Lipsio et recentioribus omnibus receptum, *nixæ*, quod *sua vi* defensum videtur. *Brot.*

NOTÆ

Drusi. Et Valerius Maximus docet, Antoniam illam consenuisse in cubiculo socrus Liviæ Augustæ, cujus filio Druso ipsa nupserat, quod verum est.

Nam quamvis nunc separet domum suam Nero, tamen ista domus Antoniæ, quæ nunc eadem Agrippinæ est, intra ambitum Palatinæ domus sita fuit. Sicque vere Valerius asserit, vixisse et consenuisse Antoniam in thalamo, et in sinu ipsius Augustæ Liviæ, ut quæ in eadem domo, in iisdem penatibus simul viveret.

[k] *Septus turba Centurionum*] Ad matrem debuit ire relicta mole fortunæ suæ, et sine ingenti et importuno illo apparatu fastigii principalis: sic boni principes amicos suos invisebant, relicto lictore et fascibus, prius quam fores pulsarent.

Sed diffidebat matri Nero, cavebatque ab illa tum sibi infesta et atroci; etsi parum comitatus in ejusdem ædes venisset, timuit ne insidiis ejus opprimeretur.

Statim enim illo occiso, potuisset facile ipsa rursus Rempub. et imperium invadere: gratia enim præpollebat apud milites, proceresque, quia filia Germanici Agrippina; cujus memoriam summo amore colebant populus Rom. optimatesque, et exercitus.

Et imperium ipsa in dotem afferens, maritum facile ipsa sibi pro suo nutu delegisset; nam florens adhuc et *habilis juventa* ipsi; adeo ut etiam placere, vel Neroni ipsi, dominationis causa cogitaverit.

[l] *Post breve osculum*] Quasi per officium, et ut decori publico satisfaceret, magis quam amore. Tam *breve* id osculum, ut nullo matrem alloquio, nulla comitate, aut sermone dignaretur. Statim abscedebat, quasi sic tantum δορυφόρημα regium, aut mera cærimonia esset.

Sic in vita Agricolæ cap. 40. a Domitiano factum, qui Calvus Nero; 'exceptusque brevi osculo, et nullo sermone, turbæ servientium immixtus est.'

Post breve osculum] Sic et Liviæ contigit, quæ dederat etiam imperium filio Tiberio. Sueton. Tib. 31. 'Toto quidem triennio, quo vivente matre abfuit, semel omnino eam, nec amplius quam uno die ac paucissimis vidit horis,' &c. Usque adeo impotentia libidoque dominandi cetera, et naturæ jura ipsa spernit violatque.

fœminas, amore an odio,[m] incertum.[2] Ex quibus erat Junia Silana,[n] quam matrimonio C. Silii a Messallina depulsam, supra retuli;[o] insignis genere, forma, lascivia,[3] et Agrippinæ diu percara: mox occultis inter eas offensionibus, quia Sextium Africanum,[p] nobilem juvenem, a nuptiis Silanæ deterruerat Agrippina, 'impudicam et vergentem annis' dictitans; non ut Africanum sibi seponeret, sed ne

bere, nemo invisere, præter aliquas mulieres, et dubium fuit, *an caritate, an per invidiam. Inter quas fuit Junia Silana, quam antea dixi conjugio C. Silii deturbatam* fuisse *a Messallina;* ipsa *illustris stirpe, pulchritudine, luxuria, et Agrippinæ diu amica; dein secretæ inter eas simultates* exercitæ, *quia Agrippina averterat Sextium Africanum, clarum adolescentem, a matrimonio Silanæ, asserens* eam prostratæ pudicitiæ, et jam ætate provectam *esse; non ut sibi servaret Afri-*

2 Sic bene Puteolanus. In Mss. Reg. Bodl. Bud. et editione principe, *incertas*. Idem. — 3 Sic Mss. Flor. Guelf. editiones veteres. Sic quoque emendatum in Ms. Harl. Rhenanus ut et Ms. Jes. *lasciva*. Brotier.

NOTÆ

[m] *Amore an odio*] Suet. Ner. 34. Potius *odio* putem; quis enim colere aut solari audeat, si solus amor jubet, quem princeps ejecit, profligavit? patet ex Sueton. Ner. 34. 'Neque in divexanda (matre) quicquam pensi habuit: submissis et qui Romæ morantem, litibus, et in secessu quiescentem per convicia et jocos, terra marique prætervehentes, inquietarent.'

[n] *Junia Silana*] Sic XI. 12. De Messallina: 'Nam in C. Silium juventutis Romanæ pulcherrimum ita exarserat, ut Juniam Silanam nobilem fœminam matrimonio ejus exturbaret, vacuoque adultero potiretur.'

Putant istam sororem fuisse Marci et Lucii Silanorum. At fuerit etiam altera soror, *Junia Calvina* nempe, cujus amor incustoditus in fratrem, prætextus fuit exitio L. Silani, qui gener destinatus Claudii, et qui sic Agrippinæ et Vitellii fallaciis perversus est. Tac. XII. 4. 'Serere crimina in Silanum, cui sane decora et procax soror Junia Calvina,' &c.

Putat Lipsius, hanc Juniam Silanam fuisse sororem Silanorum interfectorum; attamen repugnat, quod ista hæc *Agrippinæ diu percara* fuerit.

Quomodo cara Agrippinæ, quæ duos fratres illius interfecit, et sororem exilio ejecit? nisi forte caritatem et omnes affectus exuerat ipsa Silana, præ gratia imperitantis fœminæ, aut ante mortem fratrum eam coluisset. Certe fuit *insignis genere* et opibus hæc Silana, ut forma, lascivia et impudicitia.

[o] *Supra retuli*] Libro XI. Credo sororem esse Marci Luciique Silanorum. *Lipsius.*

[p] *Sextium Africanum*] Scribe, *Sex.* ut prænomen sit. Lib. XIV. 'Census per Gallias a Q. Volusio et Sex. Africano Trebellioque Maximo acti sunt, æmulis inter se per nobilitatem Volusio atque Africano.'

Nobilitatem hanc Africani repetendam arbitror a Julo Antonio Marcellæ marito, cui cognomen Africano. Ei filius L. Antonius lib. V. supra: et hic, ut opinor, nepos. *Lipsius.*

opibus[q] et[4] orbitate Silanæ maritus potiretur. Illa, spe ultionis[5] oblata, parat accusatores[r] ex clientibus[6] suis, Iturium[s] et Calvisium, non vetera et sæpius jam audita deferens,[7] ‘ quod Britannici mortem lugeret, aut Octaviæ injurias[t] evulgaret;’ sed, ‘ destinavisse eam, Rubellium Plau-

canum, sed ne conjux frueretur divitiis Silanæ, quæ sine liberis esset. *Illa, vindictæ occasione data, subornat delatores ex clientibus suis, Iturium et Calvisium; non* olim *abolita et sæpius repetita objectans* Agrippinæ, quod *nempe* fleret interitum Britannici, aut publicaret injurias Octaviæ: *sed* statuisse eam, ad nova

4 Tentat Cl. Ernestus, *ex orbitate*.—5 Vulgo in Mss. *speculationis causa oblata*. Irrepsit *causa* ob corruptam vocem *speculationis*. Puteolanus recte emendavit, *spe ultionis*. Male autem retinuit, *causa*. Brotier.—6 Codex meus *clientulis*; et supra *clientelis*: quod amicus a Tacito credebat, quoniam ei familiare, ut XIV. 61. Hist. II. 72. Sic *obsidium* pro *obside* in Ms. meo XV. 1. *Ryckius*.—7 Ms. Flor. *differens*.—8 *Conjugioque ejus potiri, ac rempub-*

NOTÆ

[q] *Sed ne opibus*] Ne opibus et orbitate Silanæ maritus potiretur, sed ut forte ipsa Agrippina tales opes morte Silanæ exciperet, vel amicitia et officiis, ut faciebant orborum captatores et hæredipetæ, vel tanquam affinis et hæres, vel forte illa per aliquod crimen aut saltem criminis prætextu subversa.

Et certe paulo post *Silana in exitium acta;* sed quid constitutum sit de illius opibus silet Tacitus. Et nondum forte in opes alienas inquirebat aut sæviebat Nero.

Sed ne opibus Silanæ] Vertit Interpres Gallicus, quasi eas opes Silanæ sibi destinaret Agrippina, quod præcise non inferas ex Tacito hic. Numerosa gens Silanorum fuit, qui hanc hæreditatem exciperent.

Et quamvis Silana mox alio hoc casu in exilium acta sit, non tamen eæ opes Agrippinæ, sed fisci aut ærarii erant. De quibus tamen quid factum sit silet Tacitus.

Ne opibus] Non ut ipsa haberet opes Silanæ, sed ne Africanus ipsis auctus, aut validior esset, quam Nero, (si id consilii dedit Agrippina) priusquam adoptaretur a Claudio, vel post adoptionem Neronis, et post adeptum imperium, ne res novas moliretur. Ingentes enim opes summæ nobilitati conjunxisset Africanus, si vera Antonii proles fuit, ut vult Lipsius.

[r] *Accusatores*] Innuere videtur Suetonius Ner. 34. ipsum Neronem tales delatores immisisse dolo et pravitate sua in matrem: ‘ Neque certe in divexanda quicquam pensi habuit: submissis et qui Romæ morantem litibus, et in secessu quiescentem per convitia et jocos, terra marique prætervehentes, inquietarent.’

[s] *Iturium*] Verius, *Titurium;* atque ita scribunt libri veteres, infra Annal. XIV. Simile mendum ad Q. Fratrem libro III. ‘ Ad Labienum et ad Ligurium literas dabo.’ Malim, *Titurium*, qui in Cæsaris legatis. *Lipsius.*

[t] *Octaviæ injurias*] Intellige Neronis injurias in Octaviam uxorem, a qua abhorrebat, vel fato, vel quia illicita magis placent. Has injurias sæpius evulgabat Agrippina, ut Neronem in invidiam adduceret, et sic metum ipsi faceret.

Populus quippe Rom. maxime dilexit Octaviam, ut quæ sola gentis

tum,[u] per maternam originem pari ac Nero gradu a D. Augusto,[v] ad res novas extollere; conjugioque ejus et jam imperio[w] Remp. rursus invadere.' Hæc Iturius et Cal-

consilia evehere Rubellium Plautum, qui per maternum genus Divum Augustum contingebat, eodem gradu quo Nero; *simul* et matrimonio ejus etiam

licam. Sic Brotierus cum Homero.—Sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Perperam in Ms. Reg. et editionibus veteribus, *conjugioque ejus etiam imperio rempublicam rursus invadere.* In Ms. Flor. *perio* pro *imperio.* Unde frustra tentabat Heinsius, *conjugioque ejus ceu imperii pretio rempublicam.* J. F. Gronovius, *conjugioque ejus clam petito.* Brotier. Ryckius pro *et jam* legit *etiam*, cum Gronovio.—*Etiam* habet Ms. Reg. Flor. *conjugioque ejus etiam perio;* suprascriptum, *potiri.* Unde Pichena, *conjugioque ejus etiam pacto.* Oxon. *conjugioque ejus etiam potiri ac rempub.* Meus: *conjugioque ejus etiam imperium et Rempub. r. i.* Nicolaus Heinsius legebat: *conjugioque ejus ceu Imperii pretio Rempub. r. i.* ut XIII. 43. 'Pretia scelerum.' XIII. 56. 'proditionis pretium.' XV. 12. 'duas in iis legiones pretium laboris peti:' et Propertii: 'Conjugii obscœni pretium Romana poposcit Mœnia.' *Ryckius.*

NOTÆ

Claudiæ et vere Cæsarea superesset. Lib. XIV. 59. 'Octaviamque, &c. et nomine patris, et studiis populi gravem.'

Præcipua injuria tum fuit, odisse talem uxorem, quæ casta, sancta, nobilis, et quæ imperium in dotem attulisset; et ipsi præferre pellicem libertinam; postea majores injuriæ fuere, prout crescet libido ac sævitia Neronis.

[u] *Rubellium Plautum*] Recte *Plautum.* Noster lib. XIV. 'Et omnium ore Rubellius Plautus celebratur, cui nobilitas per matrem ex Julia familia.' Iterum: 'Comperto Plautum et Syllam maxime timeri.' Lib. XVI. 'Interfectum esse Rubellium Plautum generum L. Veteris.' Græcisque constanter semper, Πλαῦτος. Ubi ergo frons, *Plancus*, aut *Blandus* substituentium?

At enim pater illi fuit Rubellius Blandus. Homo incircumspecte, an nescis plerosque filiorum cognomine a patribus diversos fuisse, hoc ævo? Taciti una aut altera pagina tibi testis. In Juvenali ergo corrige, Sat. VIII. 'Tecum est mihi sermo Rubelli Plaute, tumes alto Drusorum sanguine.' Suetonius, qui *A. Plancium* quendam juvenem nominat, non tibi imponet: alius est ab isto, ut dicam lib. XIV. ubi de morte hujus Plauti.

Quod ait Tacitus pari eum gradu a Divo Augusto fuisse ac Neronem: id clarum. Rubellius Blandus maritus Juliæ, Drusi filiæ, fuit; ex iis genitus hic Rubellius Plautus. *Lipsius.* Errat, cum de alio Plauto loqui Suetonium putat.

[v] *Pari ac Nero gradu a D. Augusto*] Ex Augusto et Scribonia nascitur Julia; ex Julia et M. Agrippa nascitur Agrippina; ex Agrippina et Germanico nascitur Julia, soror Germanici; ex Julia et Druso filio Tiberii nascitur Julia, mater Plauti istius, de quo hic Tacitus.

Ex Octavia, sorore Augusti, et M. Antonio, nascitur Antonia major; ex Antonia majore et Domitio nascitur Domitius, qui patrem Neronis procreavit Domitium; ex illo Domitio et Agrippina nostra hac nascitur Nero, exitio Cæsarum, imperii, et generis humani.

visius Atimeto, Domitiæ,[x] Neronis amitæ, liberto, aperiunt. Qui, lætus oblatis (quippe inter Agrippinam et Domitiam infensa æmulatio[y] exercebatur), Paridem histrionem, liber-

principatum rursus occupare. *Hæc Iturius et Calvisius patefaciunt Atimeto liberto Domitiæ amitæ principis. Qui gestiens occasione exhibita, (nam inter Agrippinam et Domitiam infesta exardebat invidia,) incitavit Paridem mimum, qui*

NOTÆ

[w] *Imperio*] Forte leg. *etiam imperium et Rempub. rursus invadere.* Vox *etiam* mihi suspecta. Lege: *Conjugioque ejus et imperio Rempub. rursus invadere.* Sicque intellige: conjugioque et imperio ejus, Rubellii nempe, Rempub. rursus occupare.

[x] *Atimeto, Domitiæ*] Ætas non abnuit, quin sit ille libertus, de quo hodie inscriptio in ædibus Cæsiorum: ATIMETVS. PAMPHILI. TI. CÆSARIS. AVG. L. L. ANTEROTIANVS: cum carmine Romano Græcoque, in mortem Homonœæ conjugis. E domo enim Pamphili Tiberiani liberti transire ad hanc Domitiam potuit.

De eodem fortasse Scribonii Largi locus est, sed vitiatus, cap. 119.: 'Cassii medici,' inquit, 'colice bona, multis nota propter effectus, vera hæc est: ut ab ejus servo Atimeto accepi, legato Tiberii Cæsaris.' Quomodo enim servus legatus Cæsaris sit? Scribam, *legato Tiberio Cæsari.* Hac mente, ut a Cassio moriente legatum relictus sit Tiberio. *Lipsius.*

Forte leg. *liberto Tiberii:* nam extincto Pamphilo patrono, ac liberto Tiberii, jure fisci et patronatus, transire debuit Atimetus ad Tib. Cæsarem, et idem jus Cæsaris fuit in Atimetum, quod ante habuerat in eum Pamphilus, dum viveret.

[y] *Inter Agrippinam et Domitiam infensa æmulatio*] Multæ causæ esse potuerunt hujus æmulationis inter fœminas, quia par nobilitas, pares opes, par forma, eadem lascivia et impudicitia; sicque ex natura fortunaque, etiam et vitiis, æmulæ erant.

Sed potissimum forte, quia uxor fuerat olim Domitia Crispi Passieni orbi et divitis, cui et postea nupsit Agrippina, quæ Domitiam, forte non sine astu et elogio, tali matrimonio deturbavit, ut Crispi orbitate et opibus ipsa frueretur; ut et revera hæres illius fuit Nero, haud dubie non sine blanditiis et artibus uxoris Agrippinæ.

De hoc Passieno, sic vetus interpres Juven. Sat. IV. 'Uxores habuit duas, primam Domitiam, deinde Agrippinam, illam amitam, hanc matrem Neronis Cæsaris: possidebat bis ∞ HS.'

Nec solum hæ æmulæ in viro, sed etiam in principe Nerone, et, ut inquit Tacitus XII. 64. 'Certamen acerrimum, amita potius, an mater apud Neronem prævaleret. Nam Lepida blandimentis et largitionibus juvenilem animum devinciebat, truci contra ac minaci Agrippina, quæ filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat.'

Certe nunc perculsa Agrippina, et ex aula imperioque ejecta, prævalebat Domitia, et veteres injurias acriter ulciscebatur. Nam eam initio perdere voluit Agrippina, principe Claudio, et discrimini exemta est, auctoritate Narcissi liberti.

Nam etiam tum Nero puer testimonio afflixit amitam, et matri potius favit, teste Suetonio. An Domitiam postea, ut et Agrippinam, interfecerit Nero, quæstio est; Suetonius af-

NOTÆ

firmat, et Dio; silet Tacitus: sed de his egimus supra l. XII. c. 64.

Domitiam] Una certe, et eadem est amita hæc Neronis, de qua Tac. lib. XII. et hoc lib. XIII. Nam utrobique *Domitia* est et *impudica*, infamis, ac *violenta:* utrobique *æmulatur* Agrippinam, et ipsi infensa est: utrobique habet prædia, et servos per Calabriam: utrobique pariter abblanditur Neroni, quem juvenem egentem in penatibus suis foverat, relegata matre; et, teste ipso Suetonio, lanuginem ipsius tractabat, abblandiendo juveni, longo post tempore, quam afflicta est testimonio Neronis, et periisse putatur a Lipsio: ergo utrobique eadem Domitia est, quæ testimonio Neronis affligitur l. XII. 64. et quæ vivit adhuc lib. XIII. cap. 19. 20. 21.

Et certe arbitror, nullatenus occisam esse Domitiam a Nerone, etiam si duæ sint, sive non; neque tempore aut loco lib. XII. Tac. neque infra. An certe rem sic leviter præteriisset Tacitus, qui describit prolixe necem Silani supra, veneficio Agrippinæ paratam?

Primo, non puto esse occisam eam l. XII.; neque postea, cum occisa esset Agrippina, cum eam purgari jussit Nero. An tam leviter id attigisset Tacitus, qui neque crimen Domitiæ, neque delatorem, neque damnationem aut judicium, neque genus mortis describit aut causam? non id solet Tacitus.

Paucis sane verbis historiam exequitur, sed tamen prægnantibus ac validis, et quæ sufficiant rebus. Nota, ut describit, Narcissum ad mortem, extrema necessitate, et aspera custodia adactum esse, licet repugnaret Nero. Haud dubie rem sic leviter attigit, quia infra dicere adhuc de fœminæ ejusdem rebus et ingenio debuit, quod et fecit hoc lib. XIII.

Neque etiam mox occisam puto Domitiam a Nerone; nam jam tum perculsa et ejecta imperio erat æmula ejus Agrippina; jam nutabat ejus fortuna et potentia, donec tandem occisa est a filio *mater optima.*

Certe vulgatum est, Domitiam fuisse occisam a Nerone, post cædem matris, quod Suetonius refert: sed jam odia mortalium incumbebant in Neronem. Neque sequitur amitam occidisse, quia ridens, alvi duritia cubantem largius purgari jusserit.

Id certe sparsum in vulgus, sed non compertum, non manifestum id scelus Neronis. Quare et id sprevit Tacitus, tanquam inane et falsum, pro summo suo judicio: nec certe id siluisset, si compertum fuisset scelus.

Neque potuit id præterire in libris quos habemus, si verum sit, quod habet Suetonius de tali nece Domitiæ. Dicit parricidio matris Neronem statim adjecisse necem Domitiæ amitæ, dicit Neronem fuisse juvenem, et lanuginem ejus tractasse amitam, cum jussit eam largius purgari a medicis, ac necari veneno; quod idem est Suetonio.

At certe non potuit id omittere Tacitus in libris quos habemus. Nam historiam suam, ut nunc est, extendit longe ultra mortem Agrippinæ, et fere usque in finem principatus Neronis, nec potuit præterire rem atrocem hanc, quam Nero patrasset juvenis, et vixdum posita barba.

Cum ergo præterierit Tacitus talem necem Domitiæ, ut falso jactatam in vulgus, ut plebeculæ rumorem inanem, signum est manifestum, non esse occisam illam amitam a Nerone, nec supra lib. XII. nec libris sequentibus.

Et videtur sibi contradicere Sueto-

NOTÆ

nius; nam innuit, Neronem nondum posuisse lanuginem, seu barbam, cum occidit Agrippinam et amitam illam; quod falsissimum esse convinci facile possit.

At dices, Tacitus distinguit *Domitiam* et *Lepidam*. Certe hoc voluit Lipsius, et veteribus libris, quibus habetur, nempe l. XII. 64. 'Perdita prius Domitia, levibus et muliebribus causis,' sic addit: 'Domitia * Lepida.' Et sic vult distinguere inter *Domitiam*, quæ sit Domitia major, et simpliciter *Domitia* vocetur; et inter *Domitiam Lepidam*, quæ sit minor, et Lepida cognominetur; ad discrimen sororis natu majoris.

Sed quis illi dixit, duas fuisse sorores Domitii, duas fuisse *Domitias;* quarum altera *Domitia* simpliciter, altera *Domitia Lepida* appelletur? certe nemo id dicat, nemo id tradidit. Et Tacitus statim, hanc quam periisse supponunt l. XII. *Domitiam* simpliciter vocat: et lib. XIII. eam etiam rursus *Domitiam* simpliciter appellat.

Certe hæc amita Neronis, *Domitia Lepida* appellabatur, sed quæ una eademque esset persona, non vero ad discrimen sororis. Nec id novum in fœminis Romanis; sic *Vipsania Agrippina*, prior uxor Tiberii dicta; sic duplici nomine *Valeria Messallina* Claudii; sic *Livia Drusilla*, Augusti uxor.

An turbat Suetonius, qui eam tribus locis vocat *amitam Lepidam*, dein quarto loco eam vocat simpliciter *amitam?* quasi sic primo distingueret innueretque *amitam Lepidam* afflixisse suo testimonio Neronem, et sic eam periisse; dein alio tempore, cum imperaret jam, et occidisset matrem, alteram *amitam*, nempe *Domitiam*, largius a medicis purgari jussisse; eamque sic occidisse veneno, sic parricidia parricidiis cumulantem.

At perpetuo Suetonius his omnibus locis tradit de Lepida, tanquam de una, seu unica *amita* Neronis. Et siquis talia Suetonii audiet, Nero egens, relegata matre, apud *Lepidam amitam* educatur; et rursus, Nero gratificans matri, *testimonio coram* affligit *amitam Lepidam;* et rursus hæc; *amitam* duritia alvi cubantem largius a medicis purgari jussit: quis non statim inferat ex his verbis Suetonii, unam eandemque amitam esse Neronis Lepidam, de qua utrobique his locis tradit Suetonius? cum nullibi, nec ulla prorsus circumstantia distinguat ille auctor inter duas amitas, aut sorores, quas hic supponunt.

Hoc certe ultimo loco distinguere debuit, ut in tanto facinore Neronis, si duæ fuerunt, quænam ea amita esset, quæ occidebatur. Dio certe dicit periisse tunc amitam veneno. Sed de morte alterius *amitæ*, testimonio afflictæ et necatæ, ut supponunt, altum silet. Nec certe dicit ipse Suetonius, tum periisse *Lepidam*, sed tantum afflictam testimonio Neronis.

Itaque silet Dio hoc loco et tempore historiæ l. XII.; licet infra amitam Neronis veneno sublatam dicat. Et Tacitus ipse dicit tantum, ei *indictam mortem*, sed adversante Narcisso; unde inferri certo possit, mortem non ei esse illatam; neque Suetonius ipse dicit tum necatam; ergo ea ipsa est quæ vivit hoc loco lib. XIII.

Præcipua quæstio est, an duas *Domitias* distinxerit, aut distinguere voluerit Tacitus, cum amitam Neronis l. XII. *Domitiam Lepidam* appellat, et cum rursus *amitam* Neronis (sive eadem, sive duplex fuerit amita Neronis) *Domitiam* appellat simpliciter l. XIII.

Sed hæc distinctio, seu duplex appellatio in irritum cadit, quia sic duplici

tum et ipsum Domitiæ,[z] impulit, 'ire propere, crimenque atrociter deferre.'

20. Provecta nox erat, et Neroni per vinolentiam[1] trahebatur; cum ingreditur Paris, solitus alioquin id temporis luxus[2] Principis intendere.[a] Sed tunc compositus ad

et ipse libertus Domitiæ fuit, ut iret celeriter, scelusque hoc ferociter accusaret.

Concubia nox erat, et Neroni per temulentiam transigebatur, cum intrat Paris, suetus alioquin iis horis oblectamenta Cæsaris adaugere. Sed tum composito vultu

1 Ita editio princeps et recentiores. In Mss. Reg. Jes. et Puteolanus, *violentiam*.—2 *Lusus* Brotier.: et ita Rhenanus, Lipsius, et Ernestus, quod, inquit, histrionis est *lusus intendere*. Minime tamen Brotiero displicet *luxus*, ut

NOTÆ

nomine splendidæ fœminæ appellabantur; et utrobique initio l. XII. et infra l. XIII. Tacitus *Domitiam* vocat.

Præterea necesse fuit evincere, fuisse occisam Lepidam, tempore et loco Historiæ l. XII. 64.: quod non faciunt. Nam de *indicta morte* tantum Tacitus tradit, qui levius rem attigit, quam ut de nece executioni mandata prodere voluerit; et hic silet Dio; et Suetonius tantum, ut de pravitate insita Neroni adhuc infanti, non autem de cæde perpetrata aperte scribit, et tantum afflictam testimonio Neronis dicit.

Itaque certius est, Domitiam supervixisse exitio, quod supponunt apud Suetonium, Ner. c. 7. et apud Tacitum lib. XII. 64.: et sic liquet, unam tantum amitam fuisse Neronis.

Et omnes ad unum auctores interpretesque meminerunt, occisos a Nerone, patrem, matrem, fratrem, uxorem, præceptorem; de amita vero silent. Et certe auctores ejus ævi multa facinora tribuerunt Neroni, quæ tamen dubia et incerta, et quæ ex solo rumore otiosorum, aut odio pervulgata erant. Vide Tacitum.

Præterea multa suppetunt exempla in historiis talium reorum, quibus mors indicta sit, qui jam damnati, qui jam funus erant, quibus tamen remissa mors, gratia dominantium, et qui postea vixere.

[z] *Paridem histrionem, libertum et ipsum Domitiæ*] Splendidæ illæ fœminea agmina talium prodigiorum, etiam in privatis penatibus alebant, in voluptatem propriam, et eos etiam publice apud theatra exhibebant. Vide Plinii epistolas. Inter mimos illos, haud dubie multi formosi et concubini, quos nec videre fas juvenibus, nisi adultis, et cum lubricum ætatis egressi essent.

[a] *Luxus Principis intendere*] Nos *luxus* mutavimus in *lusus*. *Intendere* significat hic juvare augereque. *Rhenanus.*

Constans hæc librorum veterum lectio: tamen pro *luxus*, Rhenanus maluit, *lusus*, quam vocem sustuli, cum ad pueros potius pertineat, quam ad eam ætatem in qua tum Nero. *Pichena.*

Luxus, lususque, multa habent similia, et præsertim in principe talis ætatis: melius tamen, ut in tali dominante, *luxus*; nec enim oblectamenta illius sine magno sumtu, non sine prodigentia et summo *luxu* celebrata.

mœstitiam, expositoque indicii ordine, ita audientem exterret, ut non tantum matrem Plautumque interficere, sed Burrum etiam demovere Præfectura[b] destinaret, tanquam Agrippinæ gratia provectum et vicem reddentem. Fabius Rusticus[c] auctor est, ‘ scriptos esse ad Cæcinam Tuscum[3] codicillos,[d] mandata ei Prætoriarum cohortium cura : sed

ad tristitiam, explicataque serie criminis, quod deferebat, tantum audienti terrorem infert, ut non modo statueret interimere Agrippinam Plautumque, sed Burrhum ipsum depellere præfectura prætorii, *ut qui favore matris delectus* esset, *et vicem* ei *referret. Fabius Rusticus tradit*, missas ad Cæcinam Thuscum literas, quibus præesse prætoriano militi juberetur, sed favore Senecæ præfecturam

legitur in Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. et editionibus veteribus.—3 Grono-

NOTÆ

Luxus Principis] Alii *lusus:* sed idem est, ut tali loco et tempore; non enim lusus Neronis nocturni illi sine lascivia et luxuria. *Lusus* et *luxus* in Nerone idem fuit. Sueton. Ner. 26. ‘ Petulantiam, libidinem, luxuriam, &c. velut juvenili errore exercuit.’

Intendere] Augere, non tantum quoad tempus præcise, sed quoad rem ipsam.

[b] *Demovere Præfectura*] Sic supra 14. ‘ Demovet Pallantem cura rerum,’ &c.

[c] *Fabius Rusticus*] Historias eorum temporum scripsit: de quo elogium nostri, in Agricola: ‘ Livius veterum, Fabius Rusticus recentium, eloquentissimi scriptores.’ *Lipsius.*

[d] *Ad Cæcinam Tuscum codicillos*] Bene et ad ritum ejus ævi, *codicillos.* Nam officia omnia administrationesque dari a principe moris fuit in codicillis. Tacitus in Agricola: ‘ Credidere plerique missum e secretioribus ministeriis libertum, codicillos, quibus ei Syria dabatur, tulisse.’

Sidonius Epist. l. I. ‘ Vacante aula, turbataque Repub. solus inventus est, qui ad Gallias administrandas fascibus prius, quam codicillis, ausus accingi,’ &c. Ingerit idem non conniventi lectori Suetonius Claud. c. 29. ‘ Suppositos, aut etiam palam immutatos datorum officiorum codicillos.’

Et Arrian. Dissert. l. III. ‘ Verum et judex sum Græcorum. Scis judicare, quis te scire id fecit? Cæsar mihi codicillum scripsit. Scribat tibi, ut et tu judices de musicis, et quid tibi utile sit?’

Zeno Imp. l. I. c. Ut omnes judices: ‘ Aut codicilli alterius administrationis oblati;’ et l. XII. c. de Dignitat. ‘ Judices, qui se furtis et sceleribus fuerunt maculasse convicti, ablatis codicillorum insignibus, et honore exuti,’ &c.

Lampridium vere interpretemur ex istis in Alexandro: ‘ Pontificatus, et Quindecimviratus, et Auguratus codicillares fecit; ita ut in senatum allegerentur.’ Codicillares, id est, tribuit eos ipse per codicillos, cum antea cooptari a collegis, partim a plebe solerent.

De his iisdem codicillis interpretor Suetonii locum, Tib. c. 42.: ‘ Alteri Syriam provinciam, alteri præfecturam Urbis confestim detulit; codi-

ope Senecæ dignationem[e] Burro retentam.' Plinius[f] et Cluvius,[g] nihil dubitatum de fide Præfecti, referunt. Sane Fabius inclinat ad laudes Senecæ, cujus amicitia floruit.[h] Nos consensum auctorum secuti,[4] quæ diversa prodiderint,[5]

Burrho conservatam. *Plinius et Rufus scribunt, non suspectam fuisse fidem Burrhi: et certe propendet Fabius in commendationem Senecæ, cujus familiaritate usus est. Nos concordiam scriptorum secuturi sumus;* at *quæ contraria* ipsi *scrip-*

vius habet *Thuscum.*—4 Ita Ms. Reg. editio princeps et recentiores. Mss.

NOTÆ

cillis quoque jucundissimos et omnium horarum amicos professus.' Cæcina Tuscus, quem hic nominat, est ille qui, postea præf. Ægypti, a Nerone relegatus est. Sueton. cap. 35. 'Tuscum nutricis filium relegavit, quod, in procuratione Ægypti, balneis in adventum suum exstructis lavisset.'

Superfuit tamen Neroni, et nominat iterum noster Histor. lib. III. 'Apud Cæcinam Tuscum epulari multos, præcipuum honore Junium Blæsum nuntiatur.' *Lipsius.*

Vocat eum Dio *Cæinnam:* corrigit Lipsius, et scribit *Cæcinam;* sed in nominibus propriis sic passim Dio aut errat aut negligit; sic *Plautum* Πλουτὸν scribit, Σένιον, pro *Cæsennium*, Pætum nempe.

[e] *Dignationem*] Dignitatem, seu munus præfecti prætorianarum cohortium. Vertit interpres Hispanus, *gratiam principis*, quod fere in idem recidit.

[f] *Plinius*] In libris Historiarum, quos, a fine Aufidii Bassi, composuit triginta et unum. Ipse in præfatione ad Titum: 'Nos quidem omnes patrem te fratremque diximus opere justo, temporum nostrorum historiam orsi a fine Aufidii Bassi.'

Eosdem libros intelligit, Histor. Nat. II. 83. 'Nec minus mirum ostentum et nostra cognovit ætas, anno Neronis principis supremo, sicut in rebus ejus exposuimus.' Et cap. 53. 'Amnes retro fluere et nostra vidit ætas, Neronis principis supremis, sicut in rebus ejus retulimus.'

Credo autem scripsisse Aufidium a bellis civilibus ad res Claudii, aut paulum infra. Certe vixit ea ætate, et viri optimi (ita appellat,) constantiam in lenta morte Seneca describit, Epist. 30. Citantur bina ejus fragmenta in Suasoria pro Cicerone. *Lips.*

[g] *Cluvius*] Non *Clivius.* Est *Cluvius* ille Rufus, vir consularis, qui hujus inferiorisque ætatis historiam scripsit. Plin. Epist. lib. VIII. 'Ita secum aliquando Cluvium locutum: Scis, Virgini, quæ historiæ fides debeatur: proinde si quid in historiis meis legis aliter ac velles, rogo ignoscas.'

Cluvius] Hic est Cluvius Rufus, de quo Dio lib. LX., ubi de Nerone: 'Certavit in omnibus urbibus, in quibus fiebant certamina, ibique quotiescumque præconio opus fuit, Cluvio Rufo usus est.'

Sic et Sueton. 21. 'Utque constitit peracto principio, Nioben se cantaturum, per Cluvium Rufum consularem pronuntiavit.' Hic postea præpositus Hispaniæ, et reversus bello civili post Neronem, eam rexit absens sub Vitellio.

[h] *Floruit*] Potuit Fabius protegi, aut etiam provehi auctoritate et favore Senecæ.

sub nominibus ipsorum trademus.[i] Nero trepidus, et interficiendæ matris avidus, non prius differri[6] potuit, quam Burrus necem ejus promitteret, si facinoris coargueretur: 'sed cuicumque,[7] nedum parenti, defensionem tribuendam: nec accusatores adesse, sed vocem unius[j] ex inimica[8] domo afferri. Refutare[9] tenebras[k] et vigilatam convivio[l] noctem,[m] omniaque temeritati et inscitiæ[10] propiora.'

serint, sub vocabulis illorum memorabimus. Nero territus, et interimendæ matris cupidus, non ante inhiberi potuit, quin Burrhus ipsi *polliceretur ejus cædem, si criminis convinceretur:* non modo matrem, sed quemcumque *mortalium* audiendum, nec delatores adesse, sed vocem unius *hominis* ex infesta domo immitti, Refellere id tenebras ipsas, et transactam epulis noctem, et cetera alia, quæ ad vesaniam et inconsiderantiam propius accedant.

Bodl. Jes. et Puteolanus, *secuturi*.—5 Cod. meus: *qui diversa prodiderunt:* et sic fuisse in Budensi testatur Rhenanus. Flor. *qui diversa prodiderint*. Reg. *qui diversa prodiderant:* a manu secunda, *prodiderint*. Ryckius.—6 Bene Puteolanus. In Ms. Reg. et editione principe, *differre*. Brotier.—7 Ms. meus: *sed cuique*. Ryckius.—8 Mallet Lipsius, *vocem mimi ex mimica domo*. At audacior conjectura: nec puto Tacitum unquam scripsisse, *mimi ex mimica*. Brotier.—9 Felicior Lipsius, qui conjicit, *reputaret tenebras*. Haud tamen necessaria emendatio. *Idem*.—10 Ita Flor. Reg. et meus. Oxon. *inscientiæ*. Ryckius.

NOTÆ

[i] *Sub nominibus ipsorum trademus*] Seneca Nat. Quæst. IV. 3. 'Quod Historici faciunt, et ipse faciam. Illi cum multa mentiti sunt ad arbitrium suum, unam aliquam rem nolunt spondere, sed adjiciunt: penes auctores fides erit,' &c. Id forte multis Historicis contingit, at minus Tacito, qui res omnes ponderat miro judicio; et certe hac parte animi præpollet.

[j] *Vocem unius*] Id est, Vocem *unius* testis; quod non sufficiebat. Nec etiam indices aut accusatores aderant, ut objectat Burrhus, neque voces testium, sed tantum vox unius hominis; et quod falsi suspectum erat, *ex inimica domo* veniebat, nempe e penatibus Domitiæ, quæ infensa Agrippinæ erat, ut et ipsa Silana, a qua directe immissa illa vox unica, et id, nocte concubia et intempesta. Quod ibi commentus est Lipsius de *mimica domo*, nihil ad rem.

[k] *Refutare tenebras*] Cum dixisset Burrhus, non adesse accusatores, ac tantum afferri vocem *unius ex inimica domo*, sequitur, quam vocem tenebræ ipsæ refutant; hoc est, Refellenda, et arguenda est ea vox a tenebris, atque a nocte in convivio vigilata. *Pichena*.

Hæreas, tenebræne illæ, et vigilata convivio nox applicanda sit Agrippinæ et Plauto, an vero Silanæ, ac familiæ ejus, an denique Neroni. Sane hujus postremi commessationes executus solum Tacitus cap. priore; aliorum nulla mentio est; itaque locus mihi non inter firmos. *Gruterus*.

Recte habet, et firmus locus ille: *vigilataque nox* inter luxum et epulas, intelligi tantummodo potest de Nerone.

[l] *Vigilatam convivio*] Sueton. Ner. 27. 'Epulas a medio die ad mediam noctem protrahebat: refotus sæpius

21. Sic lenito Principis metu, et luce orta, itur ad Agrippinam, ut nosceret objecta dissolveretque, vel pœna[1] lueret. Burrus iis mandatis, Seneca coram, fungebatur. Aderant et ex libertis arbitri sermonis. Deinde[2] [n] a Burro, postquam crimina et auctores exposuit, minaciter actum. Agrippina ferociæ memor, 'Non miror,' inquit, 'Silanam, nunquam edito partu,[o] matrum affectus ignotos habere. Neque enim perinde a parentibus liberi,[p] quam ab impudica adulteri

Ita placato pavore Cæsaris, et orta die, festinatur ad Agrippinam, ut disceret exprobratum sibi facinus, *purgaretque, aut supplicio afficeretur. Burrhus exequebatur ea jussa, præsente Seneca. Astabant etiam ex libertis custodes testesque colloquii. Exin Burrhus, ubi crimina, et delatores* seu indices *promsit, minus addidit.* At *Agrippina violentiæ retinens,* Haud miror, *inquit,* quod Silana, quæ nunquam liberos suscepit, maternæ caritatis ignara sit; nec enim matres

1 Ita Ms. Reg. Editio princeps et Ernestus. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus aliique plurimi, *pœnas.* Exquisitius dictum, *pœna.* Brotier.— 2 Ms. Bodl. et Puteolanus, *Deinde et a Burro.*

NOTÆ

calidis piscinis, ac tempore æstivo nivatis.'

[m] *Noctem*] Perstringit Burrhus convivia tempestiva, *luxus*que, seu lusus Neronis, in multam noctem protractos, ceteraque, ut nocte intempesta, et tanquam tali tempore, temeritati et amentiæ propiora; ut nempe sic cognitionem disquisitionemque rei in crastinum tempus remittat, quo reddita lux et sanitas animis foret.

Quid hoc spectat ad alios? An dormierint, an vigilarint, quid refert? Certe nihil ad Agrippinam hæc aut Plautum pertinent. Sic Burrhus refutat, quæ renuntiata a Paride histrione erant inter convivii luxus, inter vinum et epulas, quo tempore præceps animus, et facile ad deteriora consilia prorumpit.

[n] *Deinde*] Jam observavi alibi Tacitum conjunctiones et transitiones negligere; et si quas adhibet, sæpe parum cohærere videntur. Attamen hic facilis sensus: deinde *Burrhus* minaciter egit, nempe *postquam crimina et auctores exposuit.*

[o] *Silanam, nunquam edito partu*] Sic supra 19.: 'Ne opibus et orbitate Silanæ maritus potiretur.' Et illa eadem orbitas forte præcipua causa cur gratia et amicitia apud Agrippinam floruerit.

[p] *Neque enim perinde a parentibus liberi*] Quintil. Declam. 338. 'Alia est horum ratio, quos brevis transitus voluptatis facit parentes, quos liberis suis extra positæ voluptates conciliant: aliter amant quæ peperierint: quæ memoriam decem mensium, quæ tot periculorum, tot solicitudinum recordationes ad vos, judices, affert.'

Euripid. Iphigenia: Δεινὸν τὸ τίκτειν, καὶ φέρει φίλτρον μέγα Πᾶσίν τε κοινὸν, ὡς ὑπερκάμνειν τέκνων: *Difficile et grave est parere; at magnum affert incitamentum amoris, quem matres omnes intelligunt, ita ut pro filiis valde anxiæ sint.*

mutantur. Nec, si Iturius et Calvisius,[q] adesis omnibus fortunis, novissimam suscipiendæ accusationis operam[r] anui rependunt, ideo aut mihi infamia[s] parricidii, aut Cæsari conscientia subeunda est.[t] Nam Domitiæ inimicitiis

perinde facile filios *mutant*, ac lasciva mulier mutat adulteros. Et si Iturius, et Calvisius, dilapidatis bonis omnibus, ultimam *hanc* vetulæ redhibent operam capessendæ accusationis, non propterea mihi ignominia parricidii, aut Cæsari suspicio perferenda est. Quippe Domitiæ odiis gratias referrem, si ca-

NOTÆ

[q] *Nec, si Iturius et Calvisius*] Videtur sensus: Iturius et Calvisius, dum contra me accusationem suscipiunt, novissimam quidem operam Silanæ rependunt. Sed ut eorum ministerium necessario adimpleatur, non ideo consequens esse debet, ut ego infamiam parricidii in Nerone filio subeam, aut ipse filius conscientiam maternæ necis. *Pichena.*

[r] *Novissimam suscipiendæ accusationis operam*] Posset videri sublatere aliqua obscœnitas in his verbis, *novissimam operam, &c. anui rependunt:* quasi olim consumtis opibus viribusque cum anu, jam non possint aliter explere ejus libidinem, quam suscipiendo accusationes.

Sensus est, Iturium et Calvisium, postquam omnes fortunas et juventam exhausere, jam non aliud habere quod impendant anui, nisi nova flagitia, nempe suscipiendo falsam accusationem.

[s] *Aut mihi infamia*] *Infamia* fuit, si vel agitasse animo scelus putaretur, si vel suspectaretur, quamvis innocens; et *conscientia* fuit in principe, si metuere tale quid a matre, vel etiam suspectare intra animum potuit.

Et quamvis clare pateat innocentia, manet tamen metus, manet hoc repostum in mente, manet conscientia, suspectari potuisse matrem: certe deleta dilutaque culpa, *manet* tamen *litura.*

Advertit animus dominantis, concipi id facinus, et saltem cogitari potuisse, aut etiam suspectasse piget; hoc saltem evincunt inimici et infesti obtrectatores.

[t] *Aut Cæsari conscientia subeunda est*] Quamvis innocentia subsit, gravis tamen conscientia illa, gravis suspicio, et intima illa cogitatio.

Sic Tiberius lib. VI. 26. ubi de Nerva, *qui dum integer*, dum intentatus, mori destinavit, aiebat 'grave conscientiæ, grave famæ suæ, si proximus amicorum, nullis moriendi rationibus, vitam fugeret.'

Aut Cæsari conscientia subeunda est] Nec mihi parricidii cogitati infamia inuri debet; neque Cæsar sibi conscius esse, quasi id mater moliri voluerit; nec Cæsar id sibi intus exprobrare secreto debet, quasi ipse dignus sit, in quem parricidium cogitetur. Interpres Hispanus vertit; *nec animo Cæsaris suspicio talis sceleris inesse debet.*

Conscientia Cæsari subeunda est] Quam gravis, et quantæ molis sit talis *conscientia*, sciunt qui oderunt, aut suspectant, vel suspectantur a dominantibus, licet innoxii; licet abolitum sit crimen, et frustra objectum, *manet tamen litura;* manet *conscientia*, id potuisse fieri, id potuisse objici; manet id objectum esse, aut posse adhuc suscipi, vel ex odio *prioris casus.*

gratias agerem, si benevolentia mecum in Neronem meum certaret:[u] nunc, per concubinum Atimetum et histrionem Paridem quasi scenæ fabulas componit. Baiarum suarum[v] piscinas[w] extollebat,[3] cum meis consiliis adoptio,[x] et Pro-

ritate mecum in filium meum contenderet; at nunc per amasium Atimetum, et mimum Paridem, veluti theatro fabulas adornat. Exornabat *ipsa* piscinas Baiarum suarum, cum mea prudentia *Nero* arrogatus, proconsul factus, et

3 Ita Mss. Vatic. 1863. 1864. 1958. Harl. Bodl. Jes. Flor. Guelf. et editi-

NOTÆ

Manet utrimque suspicio, offensum principem, offensum purpuratum et suspectatum; manet vulnus, quod perpetuo recrudescit. Læsi semel animi nunquam satis curantur, aut conciliantur. Restat cicatrix, et velut æterna imago offensionis; manet suspicionis et conscientiæ memoria, quæ non obliteratur, nisi nova gratia, nisi novis hinc obsequiis, et novis beneficiis dominantis, quod raro et paucis contingit.

Hinc et odium dominantis, quod ex ipsa suspicione offensionis enascitur: 'Humanum est odisse quem læseris.' Tacitus.

Hinc non illepida cujusdam aulici, qui retentus erat falso crimine, παρρησία, id est, *libertas loquendi*. 'Sciat,' inquit, 'princeps, me illi veniam et innocentiam donare ultro, neque meminisse aut scire me offensum.'

Conscientia] Scrupulum vocant, quæ dubitatio animi et interior suspicio est.

[u] *Si benevolentia mecum in Neronem meum certaret*] Multum abblandiebatur Domitia hæc Neroni, et certabat cum Agrippina, utra sibi magis Neronem obstringeret.

Sed blandimenta hæc, ut inania et muliebria, refellit acriter Agrippina: 'Baiarum,' inquit, 'suarum piscinas excolebat Domitia, cum meis consiliis adoptio' Neronis, 'et proconsulare jus, designatio consulatus,' et cetera alia parando imperio providerentur. Quod superat omnes illecebras falsæ mulieris, et vana illa delatorum mendacia.

[v] *Baiarum suarum*] Non modo apud Baias, sed et apud Ravennam, magna prædia habuit Domitia amita Neronis; de qua sic Dio lib. LXI. 'Porro Domitiam amitam suam veneno sustulit, ac bonis ejus, quæ Baiis et in mari Ravennati erant, ablatis, in iis magnifica prædia struxit, quæ etiam nunc florent manentque.'

Baiarum.] Vide notas lib. XI. cap. 1.

[w] *Piscinas*] Plin. lib. IX. c. 54. 'Ostrearum vivaria primus omnium Sergius Orata invenit in Baiano, ætate Crassi Oratoris ante Marsicum bellum; nec gulæ causa, sed avaritiæ, magna vectigalia tali ex ingenio suo percipiens, ut qui primus pensiles invenit balineas, ita mangonizatas villas subinde vendendo,' &c.

'Eadem ætate prior Licinius Muræna reliquorum piscium vivaria invenit, cujus deinde exemplum nobilitas secuta est, Philippi, Hortensii: Lucullus, exciso etiam monte juxta Neapolim, majore impendio quam villam ædificaverat, Euripum et maria admisit.'

Et cap. 55. 'Muræarum vivarium privatim excogitavit C. Hirius ante

consulare jus et designatio Consulatus et cetera[y] apiscendo[4] Imperio præpararentur. Aut[5] existat,[z] qui cohortes in urbe[a]

consul designatus *est*, et cum etiam alia omnia obtinendo principatui providerentur. Aut *nunc* exoriatur, qui objectet mihi militem Romæ solicitatum,

ones veteres. Male emendatum, *excolebat*. Brotier.—4 Sic edidi e Ms. meo: quoniam illo Auctor delectatur III. 27. IV. 59. VI. 3. VI. 45. *Ryckius*. Brotier. habet *adipiscendo*.—5 Rhenanus emendavit, *At*. *Aut*, fortius esse

NOTÆ

alios, qui cœnis triumphalibus Cæsaris dictatoris sex millia numero murænarum appendit. Nam permutare quidem pretio noluit, aliave merce, hujus villam, intra quam modicam quadragies piscinæ venierunt.'

Et cap. 56. 'Cochlearum vivaria instituit Fulvius Hirpinus in Tarquiniensi, paulo ante civile bellum, quod cum Pompeio Magno gestum est; distinctis quidem generibus earum separatim, ut essent albæ quæ in Reatino agro nascuntur; separatim Illyricæ, quibus magnitudo præcipua; Africanæ, quibus fœcunditas; Solitanæ, quibus nobilitas. Quin et saginam earum commentatus est sapa et farre, aliisque generibus,' &c. Vide Varronem lib. III. cap. 3. de re Rust.

Sueton. de Nerone, 31. 'Inchoabat piscinam a Miseno ad Avernum lacum, contectam, porticibus conclusam, quo quicquid totis Baiis calidarum esset converteretur.'

Longe audacior Optatus libertus Claudii, qui toto orbe sibi, principi, et generi humano, piscinam fecit, disseminando toto pelago pisces, et novam prolem naturæ indicendo procurandoque: ille sic non præfectum classis, sed maris; sic universæ naturæ administrum se ferebat.

Plin. lib. IX. 7. 'Nunc scaro datur principatus, qui solus piscium dicitur ruminare, herbisque vesci, non aliis piscibus, mari Carpathio maxime frequens. Promontorium Troadis Lecton sponte nunquam transit. Inde advectos, Tib. Claudio principe, Optatus, e libertis ejus, præfectus classis, inter Ostiensem et Campaniæ oram sparsos disseminavit.

'Quinquennio fere cura est adhibita, ut capti redderentur mari; postea frequentes inveniuntur Italiæ in littore, non ante ibi capti. Admovitque sibi gula sapores, piscibus satis, et novum incolam mari dedit,' &c.

[x] *Meis consiliis adoptio*] Supra lib. XII. 25. 'Adoptio in Domitium auctoritate Pallantis festinatur, qui obstrictus Agrippinæ, ut conciliator nuptiarum, et mox stupro ejus illigatus, stimulabat Claudium, consuleret Reipub.' &c.

[y] *Et cetera*] In quibus ipsa flagitia numeranda fuerunt, Silanorum mors, incestæ nuptiæ, mors Claudii, adulteria cum Fenio Rufo, cum Pallante, Seneca, Tigellino, et aliis: Nam 'nihil domi impudicum, nisi dominationi expediret.' Et multa alia flagitia minus famosa, quippe summum scelus non uno scelere fovetur.

[z] *Aut existat*] Quasi diceret, Aut accusatione desistant delatores, *aut existat* testis, *qui cohortes in urbe tentatas, &c. arguat*.

[a] *Cohortes in urbe*] Erant in urbe prætoriæ cohortes, quibus præerat prætorii præfectus: erant et urbanæ cohortes, quibus præfectus urbis imperabat, et cohortes vigilum, quas curabat præfectus vigilum.

tentatas, qui provinciarum fidem labefactatam, denique servos vel[6] libertos[b] ad scelus corruptos arguat. Vivere ego, Britannico[c] potiente[7] rerum, poteram? at, si Plautus,

corruptam provincialium fidem, denique servos, vel libertos ad facinus impulsos. Salutem et incolumitatem mihi spondere ego poteram, Britannico

recte observat Ernestus. *Brotier.*—6 Ms. Jes. *et.*—7 Mss. Harl. Reg. et editio princeps, *potito.* Puteolanus et recentiores, *potiente.* In Mss. Jes. *po-*

NOTÆ

Cohortes in urbe] Erant in urbe cohortes prætorianæ, cohortes præfecti urbis, et præfecti vigilum. Illæ civium et legionariorum erant; hæ vero ex libertinis ut plurimum delectæ.

[b] *Servos vel libertos*] Hoc idem objecerat Domitiæ lib. XII. 64. 'Quod parum coërcitis per Calabriam servorum agminibus, pacem Italiæ turbaret.' Hoc crimen majestatis et novarum rerum a se amolitur Agrippina.

Servos vel libertos] Cepit interpres Hispanus de servis et libertis Cæsaris; quod ex parte verum. Nam et potuerunt etiam tales liberti principis corrumpi.

Sed hic intelligit Tacitus de omnibus omnino servis libertisque, cujuscumque domini essent aut patroni. Qui res novas moliebantur, statim servos ad libertatem vocabant, et infringebant ergastula, ut patet ex multis historiæ locis.

[c] *Vivere ego, Britannico*] Lege cum nota interrogandi: *Vivere ego Britannico potiente rerum poteram?* Sequentia scripserim, *Rempub. judicatusve obtinuerit.* Id est, si Plautus rerum judiciorumve potiretur. *Lipsius.*

Vivere ego, Britannico] Sunt sine labe, et εἰρωνικῶς proferuntur: *Vivere ego, Britannico potiente rerum, poteram, ac si Plautus, aut quis alius Rempubl. judicaturus obtinuerit.*

In hac delatione objicitur Agrippinæ studium novarum rerum, una cum *Plauto*, callide quoque repetita eadem cum *Britannico* suspicione, *non vetera, et sæpius jam audita deferens, quod Britannici mortem lugeret:* quod nec ipsa dissimulaverat: *Id solum Diis et sibi provisum, quod viveret privignus: ituram cum illo in castra.*

Hæc omnia refutat Agrippina ad hunc modum: Quid mihi Britannicum Plautumque objicis? tot sceleribus imperium filio paravi, ut quovis alio imperante, nil (nisi pernicies) mihi sit expectandum.

Quis enim (præter filium) inultam prætereat me sontem, totque facinoribus infamem? *Judicaturus*, id est, *recturus;* quia *judicium* apud Latinos aliquando est indicium *regiæ potestatis.* Salinerius.

Recte *judicaturus*, quia statim aderant accusatores, invadebantque Agrippinam, si quivis alius, præter filium, Rempub. obtineret.

Vivere ego Britannico] Id est, Si Neronem filium meis artibus imperatorem non fecissem, ideoque Britannicus rerum potitus foret, ego quidem vivere secure poteram, absque ullius accusationis periculo, quippe tunc innocens forem.

At si Plautum, cujus conjugium me petere insimulatis, aut quem alium me judicaturum, ad imperium, exturbato filio, eveherem; acrius in

NOTÆ

me accusatores insurgerent, cum ne nunc quidem desint, ea crimina objicientes, quibus ab imperante alio, præter filium, non absolverer.

Talem ex hac Agrippinæ oratione sensum elicuit Franciscus Venturius, verissimum, ni fallor. *Pichena.*

Primum, non est hic ponenda interrogatio post vocem *poteram*, quod Lipsio visum. Non enim quærit, sed plane affirmat, potuisse se vivere, et quidem tuto, si Britannicus ad imperium venisset; quippe quæ nullorum offensas adhuc in se concitasset. Atque obiter ostendit, quod imperium ad Neronem transtulerit, non sibi se, sed Neroni filio præstitisse.

Sensus ergo est: Si Rubellius Plautus, aut quis alius, nulla me necessitudine contingens, imperium invadat, et cum imperio licentiam judicia pro nutu versandi, clarum est non deesse mihi inimicos, qui parati sint objicere mihi, non levia quædam, sed atrocissima, qualia apud extraneum, ut formidolosa est summa potestas, fidem possunt invenire, apud filium autem de matre non possunt, obstante naturali caritate.

Hoc modo artificiose admodum ostendit Agrippina, nihil esse, quod magis metuere deberet, quam id quod concupiisse arguebatur. *Grotius.*

Falsum est quod supponere videtur Grotius, Plautum nulla necessitudine contingere Agrippinam. Nam ille pari gradu Augustum contingebat ac Nero, et præterea ex supposito maritus esset Agrippinæ.

Sed quamvis affinis esset Agrippinæ princeps, nihil ad rem: nam, ut recte dicit ipsa, ea crimina objecta, quibus, a solo filio absolvi mater potuit, non autem a propinquo ullo, non a marito ipso, qui sceleris exemplum intelligere potuit.

Vivere ego, Britannico potiente rerum, poteram] Vivere ego, imperante Britannico, poteram absolute. Sic dicit, quia si imperaret Britannicus, tum eo casu nullius veneficii conscia esset adversus Britannici patrem; et hoc statu rerum, non adoptandum per scelus Neronem procurasset: sicque innocens esset omnis criminis in Britannicum, sicque vivere absolute potuit Agrippina, potiente rerum Britannico.

At si quis alius nunc Remp. obtineret, *judicaturus* de Agrippina, certe crimina commiserat ipsa in multos civium Rom. in proceres et principem, quibus non nisi a filio mater absolvi potuit.

Nec certe deerant accusatores, qui et illam multis aliis facinoribus, etiam olim patratis, pollutam statim invaderent, si quis alius imperium obtineret, etiam si vel maritus imperaret, quia exemplum in se criminis intelligere et metuere tandem potuit.

Et sic quemcumque alium rerum potientem metuere debuit, etiam propinquum, etiam maritum, etiam imperio et conjugio suo evectum; nam crimina ea patraverat, quibus a solo filio mater absolvi potuit. Sic lib. XI. 26. ubi de Silio, qui imperium ex matrimonio Messallinæ affectavit, ideoque nuptias festinari postulabat: 'Segniter hæ voces acceptæ, non amore in maritum, sed ne Silius summa adeptus sperneret adulteram; scelusque inter ancipitia probatum veris mox pretiis æstimaret.' Et satis innuit Agrippina quemcumque principem, virum et conjugem etiam, metuendi causam habuisse, cum addit, *quibus nisi a filio mater absolvi non possim.*

Vivere ego, Britannico potiente rerum, poteram] Certe hoc posito, quod regnaret verus ille hæres imperii, nihil peccasset in eum Agrippina, neque

NOTÆ

in patrem. Non procurasset adoptari et substitui ejus loco Neronem, non occidisset Claudium, quem ideo tantum interfecit, ne ipsa depelleretur aula et rebus, et ne principatu excluderetur Nero.

His suppositis, potuit Agrippina vivere, *Britannico potiente rerum:* et illo eodem principe, veniam consequi aliorum criminum, quæ perpetrasset ipsa, tuendæ dominationis causa, etsi quos occidisset ob propinquitatem Cæsarum; quia hæc ad privatos quosdam, non ad Britannicum spectabant; v. c. cædes Silanorum, aut aliorum similium, quæ nihil præcise ad salutem Britannici pertinebant, aut certe non illi auferebant principatum, immo eum stabiliebant, nobilibus æmulis, et qui rebellare possent, sublatis.

Ergo sic poteram vivere, inquit Agrippina, *Britannico potiente rerum. At si Plautus, aut quis alius, Rempub.* obtineret, de me *judicaturus, desunt scilicet mihi accusatores, qui non verba, &c. sed ea crimina objiciant, quibus nisi a filio* principe et judice *mater absolvi non possim;* nempe crimina et in privatos et in principem ipsum perpetrata.

Sane mirum videri non debet quod Agrippina vivere posset, *Britannico potiente rerum:* hoc certe non solum *poterat,* sed etiam vehementer id cupiebat, etiam post crimen in Claudium, nempe cum ingratitudinem Neronis sui experiri cœpit; nempe volebat vindicari *injurias* sibi illatas in Neronem, etsi perire ipsa deberet cum illo.

Repete quæ supra l. XIII. 14. de Agrippina: ‘ Neque principis auribus abstinere, quominus testaretur, adultum jam esse Britannicum, veram dignamque stirpem suscipiendo patris imperio, quod insitus’ et extraneus Nero invasisset. ‘ Id solum Diis et sibi provisum, quod viveret privignus: ituram cum illo in castra.’

Et cum veneno interceptus juvenis esset, *ea consternatio* Agrippinæ fuit, *&c.* Sic *quippe sibi supremum auxilium ereptum intelligebat;* sic quippe ulcisci ingratum, verum hæredem opponere, resque sic miscere, ut sic ipsa Germanici filia dominationis parum sibi retineret.

Vivere ego, poteram Britannico] Videtur innuere serio potuisse vivere, imperante Britannico; nempe et ardenter illum flevit, et hoc ipsi præcipue objiciebatur. Et certe ipso sublato, *sibi supremum auxilium ereptum* intellexit Agrippina.

Itaque sic conjiciebam: Non potuit vivere, imperante Britannico, nisi vel supposito, quod neque occidisset ipsa Claudium, neque adoptionem Neronis procurasset, vel supposito, quod reddidisset imperium Britannico, deturbato Nerone.

Quid enim moliebatur Agrippina? Quid agitabat animo, cum fleret Britannicum? an desiderio, an amore ipsius? an voluit illum vivere, et ex eo metum injicere Neroni? Sed hunc forte, neque Neronem ipsum regnare voluit; voluit fœmina, dominationis avida, juvenes inter se committere, et metum alterius alteri injicere; et sic tanquam filia Germanici, suam auctoritatem in Repub. retinere, et semper inter utrumque rebus et imperio potiri, quantum tali casu licet: et ea vana spe se lactabat ambitiosa mulier.

Sic forte vivere illum voluit, ut Cæsar esset, non princeps; sed tamen ut viveret eo fastigio, ut fere æquaretur principi, ut ea stirpe et nobilitate æmularetur, metumque faceret ascititio subditivoque Neroni.

Sic fere quasi Germanicus olim post excessum Augusti, metum injecit

aut quis alius, Remp. judicaturus[8 d] obtinuerit, desunt imperante : at si Plautus, aut quis alius rerum potitus fuerit, *de me* judicatu-

tentie. Brotier.—8 Optime et ad rem dictum, *judicaturus.* Miror Lipsium tentasse, *judicatusve,* hoc est, *judicia:* Rodolphum Agricolam, *rempublicam invasurus:* Grotium *judicia dictaturus:* Janum Rutgersium, Venusinæ lectiones, cap. 31. *rempublicam vindicaturus.* Si Nero, si Britannicus non imperarent, Agrippina a quovis, qui rempublicam obtinuisset, judicanda erat, nec absolvenda. *Brotier.* Codex meus *Rempubl. invasurus:* sed vulgatam tuetur

NOTÆ

Tiberio, ne *imperium habere, quam expectare mallet;* ut sic rebus turbidis, ipsa filia Germanici fautores inveniret suæ cupiditatis in alterutro filio, et factionem suasque partes haberet.

Vivere ego] Cuncta hæc vel dicta serio, vel etiam omnia ironice pronuntiata sunt; aut forte serio loquitur ipsa cum de dominatione Britannici, et etiam serio ridet deridetque delatores, cum de imperio Plauti aut alius qui rerum potiretur.

Itaque vel ironice vel serio hæc Agrippinæ dicta. Si ironice, hoc sensu ea capies: *Vivere ego Britannico potiente rerum poteram,* inquiunt delatores mei, quia, ut mihi objiciunt, mortem illius magnopere flevi. Quasi vero! *At si Plautus, aut quis alius Rempub.* de me *judicaturus obtinuerit,* tum *desunt scilicet accusatores, qui mihi non verba, &c. sed ea crimina objiciant, quibus nisi a filio mater absolvi non possim.*

Si serio, ne irrisorie dicta hæc, sic capies: Vivere ego Britannico principe poteram, quia eo casu innocens forem, quatenus ad ipsum spectaret: Vel, vivere ego Britannico dominante poteram; quia ex hypothesi recepisset imperium, quod ad ipsum pertinebat; aut saltem consors dominationis esset, cum spe proxima eam adipiscendi.

At contra, *si Plautus, aut quis alius Rempub. judicaturus obtinuerit,* desunt scilicet accusatores, *qui mihi non verba, &c. sed ea crimina objiciant;* nempe adulteria, veneficia, cædes Silanorum, et alia flagitia, quibus non nisi a filio mater absolvi possim.

Et puto distinguendum esse hoc loco, nempe ita ut illa, *vivere ego Britannico potiente rerum poteram,* serio et ex animo dicta sint ab Agrippina; at vero sequentia de Plauto ironice et irrisorie jacta sint adversus falsos delatores.

Nec certe potuit diffiteri Agrippina, se desiderasse Britannicum serio et ex animo, quocumque voto aut consilio desiderarit, idque illi objectum vere patet, ex Tacito supra: 'Id solum sibi et Diis provisum, quod viveret privignus.'

Itaque, ut puto, pariter serio hoc loco nostro locuta est Agrippina de Britannico; quamvis statim irrideat ipsa delatores, ubi de Plauto. Nec abs re, quia falsissima illa accusatio, et cerebello æmulæ mulieris fabricata, et quæ seipsa vanescebat ultro.

Neque etiam cogitarat unquam Agrippina de Plauto juvene, nec ipse invicem; quamvis postea vana fama et malo fato suo suspectatus sit ille; sed huic suspicioni nullatenus affinis Agrippina. At desideravit Agrippina vere et serio vivere Britannicum, forte et imperare, vindictæ cupidine, loco sævi ingratique Neronis, qui tandem parricidio matris prælusit exitio imperii et orbis.

scilicet mihi accusatores, qui non verba, impatientia caritatis aliquando incauta, sed ea crimina objiciant, quibus, nisi a filio, absolvi[9] non possim.' Commotis, qui aderant, ultroque spiritus ejus mitigantibus, 'colloquium filii' exposcit: ubi nihil pro[e] innocentia, quasi diffideret;[10 f] nec[11] beneficiis, quasi exprobraret,[g] disseruit; sed ultionem in delatores et præmia amicis obtinuit.

rus, nimirum certe desunt delatores, qui non voces per impatientiam amoris, interdum per imprudentiam elapsas mihi exprobrent, sed ea facinora, quibus non possim, nisi a filio mater absolvi. *Permotis* iis *qui coram astabant, ultroque ferociam ejus placantibus*, ut sermonem cum filio misceret, *postulat: ubi nihil pro innocentia dixit, quasi suspectaretur, nec merita sua commemoravit, quasi objectaret; sed vindictam in accusatores et munera familiaribus impetravit.*

Flor. et Reg. *Ryckius.*—9 Sic Ms. Flor. et editio princeps. Ms. Vatic. 1864. *non possum.* Male Puteolanus, *a filio mater absolvi non possim;* vel ut in Mss. Harl. et Jes. *non possit.* Brotier. Gronovius cum Ryckio Puteolani lectionem sequitur.—10 Bene. Nec emendandum, ut placuit Rodolpho Agricolæ, *defenderet.* Brotier.—11 Ernestus vellet addi, *de.* At intelligi potest, *pro.* Idem.

NOTÆ

[d] *Judicaturus*] Nihil vexandum puto. Nam ibi Agrippina innocentiam suam veluti defendit; statim scilicet *accusatores*, inquit, mihi desunt, qui, *&c. crimina objiciant.* At si *Plautus, aut quis alius Remp.* de me *judicaturus obtinuerit;* ibi accusationem veluti præcogitat Agrippina; ibi *accusatores* crimina objectantes sibi animo objicit. Quidni et *judicem?*

Igitur bene *judicaturus*, sive in genere intelligatur, sive etiam in particulari intelligatur *judicaturus*, nempe de Agrippina: et frustra legit Grotius, *judicia dictaturus;* magis sanus, magis comtus Tacitus.

[e] *Nihil pro*] Nihil de innocentia sua prolocuta est Agrippina, sed statim ultionem pœnamque in accusatores deposcit, et præmia amicis, et utrumque obtinuit a filio mater: certius propugnat innocentiam, cum non defendit.

[f] *Quasi diffideret*] Hoc est, paveret, solicita esset, laboraret, defensionis egere causam putaret. Id enim anceps, et apud malignos venit in suspicionem culpæ.

Justinus de Alexandro et Philippo medico: 'Oculos in vultum legentis intendit. Ut securum conspexit, lætior factus est.' Suetonius Oct. 55. 'Etiam sparsos de se in curia libellos nec expavit.' *Gronovius.*

[g] *Nec beneficiis, quasi exprobraret*] Quod altissimi ingenii et judicii fuit in fœmina; nam si principi beneficia datumque imperium exprobrasset, sic se forte ream profiteri palam potuit, quasi ab ingrato repetere ipsa dona vellet quæ dedisset.

Id genus beneficia non exprobrantur, aut in exitium dantis vertuntur. Post tale tantumque munus, adorare et abire satius sit.

Quasi exprobraret] Qui beneficium commemorat, exprobrat; qui exprobrat, perdit; et præsertim donum,

22. Præfectura annonæ Fenio[1] Rufo;[h] cura ludorum, qui a Cæsare parabantur, Arruntio Stellæ;[i] Ægyptus[j] C. Balbillo permittuntur. Syria P. Anteio[k] destinata; sed[2] variis mox artibus elusus, ad postremum in urbe retentus

Fenius Rufus rei frumentariæ impositus est, procuratio spectaculi, quod Cæsar destinabat, Arruntio Stellæ mandata. *C. Balbillus Ægypto præficitur. Syria promissa* est *P. Anteio, et* ille *diversis posthac artibus frustratus, tandem Romæ*

1 In Mss. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus male, *Senio.* Passim infra appellatur, *Fenius.* Brotier.—2 Vellet Gronovius *qui variis.* Melius Heinsius et Ernestus *sed* vel *at.* Cum mox sequatur *At Silana,* ferri potest *et.* Brotier. *Et* igitur habet Brotier. cum Gronovio et Ryckio.

NOTÆ

quale est imperium.' Et talis exprobratio non nisi capite luitur, ut Clyto evenit apud Curtium l. VIII. 'Nec quicquam aliud adjecit Alexander, quam forsitan eum, si diutius locutus foret, exprobraturum sibi fuisse vitam a semetipso datam,' &c.

'Clytus cum abstraheretur, ad pristinam vinolentiam ira quoque adjecta: suo pectore tergum illius protectum esse: nunc posteaquam tanti meriti præteriit tempus, etiam memoriam invisam esse proclamat.'

[h] *Fenio Rufo*] Hic vir frugi, qui mox præfectus prætorii una cum Tigellino; dein conscius conjurationis Pisonianæ occisus est, ejusque loco suffectus, ut puto, Nymphidius.

[i] *Cura ludorum Arruntio Stellæ*] Inter dignitates ergo ea res fuit. Sic l. XI. 'Sulpicius Rufus ludi procurator.' In lapide prisco Tibure: CVRAT. MVNERIS. PVBLICI. GLADIATORI. Apud Sueton. Cal. c. 27. 'Curator munerum ac venationum.' *Lipsius.*

Non forte hæc inter dignitates Reipublicæ, vel imperii, sed tantum inter honores quos offerebat ultro princeps viris idoneis et amicis; neque ludi perpetui.

Cura ludorum] Ea procuratio ludorum publicorum, ut puto, non inter munia aut magistratus Reipub. sed tantum inter honores et beneficia principis, eo ævo locum habuisse videtur.

[j] *Ægyptus*] Vide notas l. VI. c. 28.

Ægyptus C. Balbillo] De hoc Seneca l. IV. Nat. Quæst. c. 11. 'Balbillus virorum optimus, in omni literarum genere rarissimus auctor est, cum ipse præfectus obtineret Ægyptum,' &c. Etsi male vulgo, *Babillus.*

Corruptum et in Plinio idem nomen l. XIX. Procemio: 'Galerius a freto Siciliæ Alexandriam septima die pervenit, Babilius sexta, ambo præfecti.' Scribe, *Balbillus.* In lapidibus nominatur quidam, TI. IVLIVS. BALBILLVS. SACERDOS. SOLIS. *Lipsius.*

[k] *Syria P. Anteio*] Sic recte. Conjectura nostra certo firmatur e Taciti XVI. 'Simul annuam pecuniam a P. Anteio ministrari cognoscit; neque nescium habebat, Anteium caritate Agrippinæ invisum Neroni.' *Lipsius.*

Syria] Vide notas l. VI. c. 31. l. XII. c. 23.

est.[l] At Silana in exilium[m] acta. Calvisius quoque et Iturius relegantur. De Atimeto[n] supplicium sumtum, validiore apud libidines Principis Paride, quam ut pœna afficeretur. Plautus ad præsens[o] silentio transmissus est.

23. Deferuntur dehinc 'consensisse' Pallas ac Burrus, 'ut Cornelius Sylla,[p] claritudine generis et affinitate Claudii,' cui per nuptias Antoniæ[q] gener erat, 'ad Imperium vocaretur.' Ejus accusationis auctor extitit Pætus quidam, exercendis apud ærarium sectionibus famosus,[r] et tum

remansit. Verum Silana exilio pulsa est. *Calvisius etiam et Iturius ejecti. Atimetus pœnas luit, potentiore apud voluptates principis Paride, quam ut supplicio addiceretur. Plautus tum temporis silentio præteritus est.*

Posthæc accusantur Pallas et Burrhus simul conspirasse, ut Cornelius Sulla nobilitate stirpis clarus et propinquitate Claudii, *cujus filiam Antoniam duxerat uxorem*, ad principatum eveheretur. *Istius delationis auctor fuit Pætus quidam, publicandis ærariorum bonis infamis, et tum temeritatis compertus. Nec tam læta*

NOTÆ

[l] *Ad postremum in urbe retentus est*] Sic multi clari viri sub Tiberio, variis prætextibus dilati, dein tandem in urbe retenti. Sic Tac. de Tib. VI. 27. 'Oblitus Arruntium, ne in Hispaniam pergeret, decimum jam annum attineri.' Sic et Cluvius Rufus, rector Hispaniæ, retentus in Urbe sub Vitellio.

[m] *In exilium*] De perpetuo exilio intelligit, et procul urbe extra Italiam: at per τὸ *relegantur*, ad tempus intelligit, nec forte extra Italiæ fines.

[n] *De Atimeto*] Quia libertus et servus morte et cruce punitur, cives et ingenui exilio tantum plectebantur.

De Atimeto supplicium sumtum] Quia servus seu libertus in crucem actus est, quod servile supplicium fuit. Sic l. I. hist. 46. post cædem Galbæ, 'In Martianum Icelum, ut in libertum, palam animadversum.'

Et hist. IV. 2. 'Asiaticus (is enim libertus *Vitellii*) malam potentiam servili supplicio expiavit.' Eodem lib. hist. 'Solatio fuit servus Virginii Capitonis, &c. patibulo affixus.'

[o] *Plautus ad præsens*] Qui mox in Orientem seponetur, dein interficietur dolo et scelere Tigellini.

[p] *Cornelius Sylla*] Qui ortus ex dictatore Sylla; nam ipsi infra exprobratur dictatorium nomen, et occiditur Massiliæ in Gallia, eodem tempore quo Plautus in Asia, eodem metu Neronis, eodem prætextu, eademque sævitia, et scelere Tigellini, qui tum perculso Seneca, gratia apud principem flagrantissima erat, sed malis artibus, et qui metus Neronis rimari cœpit, exitio Reipub. principatus, et principis.

[q] *Antoniæ*] Quæ filia Claudii ex Ælia Petina. Hæc Antonia spectatæ sanctitatis et pudicitiæ, et quæ virtutem Antoniæ Drusi aviæ suæ æmulata est, quæ Neronis mariti sui interfectoris nuptias respuit, ideoque et interfecta est: maluit interire, quam in manum convenire cum paricida; teste Sueton.

[r] *Exercendis apud ærarium sectionibus famosus*] *Sectio*, inquit Festus, persecutio juris est: eam qui exercet, *sec-*

vanitatis[1] manifestus. Nec tam grata Pallantis innocentia,[s] quam gravis superbia fuit:[t] quippe, nominatis

in vulgus *Pallantis innocentia, quam gravis* ejus *arrogantia fuit. Nam nominatis libertis ejus, quos sceleris affines haberet, respondit:* se nihil unquam domesticis

1 In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *vanitatibus.*—2 Sic mallet Fr. Gro-

NOTÆ

tor dicitur; quod spem lucri sui secutus, bona condemnati semel auctionabatur, proque his pecunias pensitabat singulis, quibus reus attineretur, ut ait Asconius, Verrina 3.

Indeque planum fit illud Pompeii: 'Sectores dicuntur, qui emta sua persequuntur.' Vertranius Vett. glossis *sector βιώνης* dicitur. Suidas et Hesychius *τὰ δημόσια ἀγοράζων, qui emit publica;* et *sectio* Aristophani *δημιοπρασία*, sicut Plutarcho in Crasso *δημιοπράτης*, *auctione emtor.* Cicero Phil. 2. Antonium *sectorem Pompeii* appellat, quoniam in subhastatione Pompeii bona redemerat Et addit ea, ex quibus patere puto, *sectores*, qui bona damnatorum emebant, male audisse, et pessime habitos a probis viris.

Ob id Tacitus Pætum *sectionibus famosum* dixit; quæ vox, etsi aliquando in bonam partem accipiatur, in deteriorem tamen frequentius intelligitur; inde *famosa mulier* appellatur, quæ famæ parum integræ, et impudica sit.

Cic. de Orat. 2. et Sallustius *largitionem famosam impudentemque* dixit. Quod vero improbus vir esset Pætus, ostendunt subsequentia de illo Taciti verba hæc: 'Exiliumque accusatori irrogatum, et tabulæ exustæ sunt, quibus obliterata ærarii monumenta retrahebat.'

Sciendum tamen non solum *sectionem* dici de damnatorum bonorum venditione et emtione facta, sed et de emtione et venditione ex auctione qualibet sub hasta facta. Eutropius l. VIII. Hist. Rom. de Antonino: 'Instrumenta regii cultus facta in foro Divi Trajani sectione distraxit.' *Marcellus Donatus.*

Sector sive *quadruplator*, criminum delator dicebatur; et *sectio* ipsa, *confiscatio.* Sic Cæsar l. II. Gall. *sectionem* oppidi vocat. *Lupanus.*

Sectionibus famosus] Quod debet sumi in malam partem. Nam præcones et sectores, fraude furtoque grassabantur, et malis his genus artibus infames, atque intestabiles erant.

Sectionibus] Confiscatæ reorum opes ærario populi Rom. inferebantur, sed cum bona venderentur, erant qui talia vilius emerent, aut emi vendique procurarent. Hi genus homines *sectores*, et *sectiones exercere* dicebantur.

Hinc *famosi* tali arte et sævitia; qua nempe inopiam et calamitatem civium quæstui habebant, substantiamque et sanguinem sociorum in sinum vertebant: sicque criminibus et flagitiis impinguati, non admodum dissimiles illi sicariorum et carnificum, quorum sævitiam æquabant, aut etiam superabant.

[s] *Nec tam grata Pallantis innocentia*] Sincerior regii codicis lectio, *nec grata Pallantis innocentia quam gravis superbia fuit:* ut sit ecliptici generis oratio. Subauditur enim adverbium *magis*, aut *tam.* Rhenanus.

[t] *Quam gravis superbia fuit*] De Pallante sic loquitur Dio l. LXII. 'Ita difficilis, asper, et morosus erat ille, ut neque cum servis, neque cum ingenuis sermones conferret, sed iis omnia quæ vellet mandaretve, in li-

libertis ejus, quos conscios haberet, respondit: ‘ nihil unquam se domi, nisi nutu[u] aut manu, significasse,[v] vel, si plura demonstranda essent, scripto usum, ne vocem consociaret.’[w] Burrus, quamvis reus, inter judices sententiam dixit. Exiliumque accusatori irrogatum, et tabulæ exustæ sunt, quibus obliterata[x] ærarii nomina[z] retrahebat.[y]

suis, nisi vultu, aut dextra imperasse, vel, si multa significanda essent, codicillis usum *fuisse*, ne sermonem cum iis misceret. *Burrhus, licet accusatus*, consedit *inter judices, sententiam*que *protulit. Et accusator in exilium actus est, et codices cremati, quibus vetustas et abolitas ærarii memorias revocabat.*

novius; Jac. Gronovius, *emolumenta*. Cl. Lallemand recepit, *nomina*. *Monumenta* retinui ob Mss. et editorum librorum auctoritatem. *Brotier*. Et sic Ryckius et Homerus. *Monumenta* cod. Flor. Bud. Reg. Agr. etc. Emendationem Gronovii recepere et Bip.

NOTÆ

bellis scribere consueverit.’ Forte legendum apud Dionem μήτε τοῖς ἀπελευθέροις, id est, *libertis*. Nam hic de solis libertis agebatur, quos conscios Pallanti conjurationis delator arguebat, arcessebat.

Hosce tristes, superbosque fortunatos, Plin. l. XVI. 25. comparat cum arboribus nunquam florentibus, quamvis frugiferis; ubi de Junipero: ‘Omnibusque iis dura facies semper. Sic et hominum multis fortuna sine flore est.’ Fortunæ serviunt non sibi, ut in alios, fere et in semet semper duri.

[u] *Nisi nutu*] Nutus enim pro verbo est: l. 17. D. de novationibus: ‘ Nutu, ubi fari non potest, delegare debitorem suum quis potest.’ Ovidius l. I. de arte. *Aurelius*.

[v] *Aut manu, significasse*] Hoc accommodandum ad illud Petronii: ‘Trimalcio lautissimus homo digitos concrepuit: ad quod signum matellam spado ludenti supposuit.’ Clemens Alexandr. Pædag. l. II. ‘ Popysmi et sibila aut strepitus per digitos, quibus evocantur servi, hæc muta et sine sermone signa vocari debent.’ Ab his qui verbis et oratione utuntur.

[w] *Ne vocem consociaret*] Vertunt, ne societate colloquii vocem fœdaret, pollueret. Tanta arrogantia fuit Pallas, ut non demitteret amplitudinem suam usque eo, ut sermonem cum servis aut libertis miscere dignaretur. Nutu tantum loquebatur, velut alter Tarquinius Superbus, qui suprema papaverum capita decutiebat, ne mentem consociaret, aut fidem arcani alienis hominibus committeret.

Ita loquebatur Pallas, ut capi, aut argui non posset, quicquid diceret; nec id sine astu aulico. Aliunde tamen multa scribere periculosum, nisi forte aliena manu.

Sic Livius de Tarquinio l. LIV. ‘ Huic nuntio, quia credo dubiæ fidei videbatur, nihil voce responsum est. Rex velut deliberabundus, in hortum ædium transit, sequente nuntio filii: ibi inambulans tacitus, summa papaverum capita dicitur baculo decussisse. Interrogando expectandoque responsum nuntius fessus, ut re imperfecta, redit Gabios; quæ dixerit ipse, quæque viderit, refert, seu ira, seu odio, seu superbia insita ingenio, nullam eum vocem emisisse.’

[x] *Tabulæ exustæ sunt, quibus obliterata*, &c.] Habes ad rem exemplum eximium clementiæ et humanitatis Augusti. Sueton. 32. ‘ Tabulas veterum ærarii debitorum, vel præci-

24. Fine anni, statio cohortis, assidere ludis[z] solita, demovetur, quo major species libertatis esset: utque miles, theatrali licentiæ non permixtus incorruptior ageret; et plebes daret experimentum, an, amotis custodibus, modestiam retineret. Urbem Princeps lustravit, e responso Haruspicum, quod Jovis ac Minervæ ædes de cœlo tactæ erant.

25. Q. Volusio, P. Scipione[1a] Coss. otium foris, fœda

Exeunte anno militum cohors, quæ excubare theatro consueverat, amovetur, quo major prætextus libertatis esset: utque miles ludicra lascivia haud immixtus, minus corrumperetur, et populus documentum præberet, an remota statione militum, modeste ageret. Civitatem lustravit Cæsar ex præcepto haruspicum, quod Jovis ac Minervæ delubra icta fulmine essent.

Q. Volusio, P. Scipione Coss. pax et quies ab extraneis, turpis in urbe petulan-

1 Perperam Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *P. Cepione.* Extat Neapoli horum consulum memoria, apud Gruterum, p. 9. n. 4.

Q. VOLVSIO. SATVRN
P. CORNELIO. SCIP. COS
AVGVSTALES
QVI Neroni CLAVDIO
CAESARI. AVGVST. ET
Agrippinæ AVGVSTAE
I. O. M. ET. GENIO. COLONIAE
LVDOS. FECER XIII. XII. K. MART. &c.

NOTÆ

pnam calumniandi materiam exussit;' et paulo infra: 'Diuturnorum reorum, et ex quorum sordibus nihil aliud quam voluptas injuriis quæreretur, nomina abolevit: conditione proposita, ut si quem quis repetere vellet, par periculum pœnæ subiret.' Eadem et exempla bonorum principum, Hadriani, Aureliani, Gratiani et aliorum.

[y] *Nomina retrahebat*] Vulgo *monumenta retrahebat;* et id est, præscripta debita fisci exigebat, vel jam soluta, iterum petebat. *Aurelius.*

Diximus *obliterata ærarii nomina* legendum videri, de pecunia IV. 3. *Gronovius.* Frustra legit *nomina,* nam *ærarii monumenta* et *nomina,* seu debita, pro eodem sunt hoc loco. Intellige *nomina,* lege *monumenta.*

[z] *Statio cohortis, assidere ludis*] Ita ut sit distinguenda illa cohors, quæ assidebat ludis, ab illa quæ excubabat ad fores principis. Sueton. Ner. 21. 'Flagitantibusque cunctis cœlestem vocem, respondit quidem in hortis se copiam volentibus facturum: sed adjuvante vulgi preces etiam statione militum, quæ tunc excubabat, repræsentaturum se pollicitus est libens,' &c.

Itaque duæ cohortes prætoriæ as-

domi lascivia; qua Nero itinera urbis et lupanaria et diverticula, veste servili in dissimulationem sui compositus,[b] pererrabat, comitantibus, qui raperent venditioni[2] exposita, et obviis vulnera inferrent, adversus ignaros adeo, ut ipse quoque exciperet[3] ictus, et ore[4] præferret.[c] Deinde, ubi

tia, qua Nero palabundus errabat per vicos civitatis, ac per lupanaria et aversa loca, habitu servili, sic se tegens, ne agnosceretur, *eum stipantibus, qui vi auferrent res in publicum expositas, et occurrentibus ictus infligerent, adversus inscios adeo, ut ipse etiam plagas exciperet, et facie exhiberet. At postquam cognitum est,*

His consulibus Romæ hominem peperisse observat Phlegon, de rebus mirabilib. c. 27.—2 *Ad venditionem* Brotier. Et sic Puteolanus, et recentiores omnes. *Ad* abest a Ms. Flor. unde Gronovius conjiciebat, *venum.* In editione principe, *venditioni.*—3 Ita Mss. editiones veteres, J. Gronovius et re-

NOTÆ

sidebant, cum princeps adesset ludis. Nempe cohors excubans principi pro more, et cohors assidens ludis, quæ vulgi immodestiam coërceret.

[a] *Volusio, P. Scipione*] Ita mei libri, idque Fasti comprobant. Lapis Neapoli: (vid. Varr. lect. in pag. præced.) nominat et Phlegon, in Admirandis, Q. Volusium P. Scipionem Coss. *Lipsius.*

Q. Volusio] Hic filius fuit L. Volusii de quo sic Plin. 'Notum est, Corneliæ Scipionum gentis Volusium Saturninum, qui consul fuit, genitum post 62. annum.' Ideo huic collega datur Pub. Scipio, ut esset tum duplex Scipionum nomen in consulatu. Sic duos Messallas vidit Roma consules sub Tiberio, et duos Geminos etiam Coss. ejusdem nominis.

[b] *Veste servili in dissimulationem sui compositus*] Ut hic Tacitus *vestem servilem,* sic Ulpianus in tractatu Pandectarum de injuriis, *ancillarem* vocat, atque *meretriciam,* qua *servi, ancillæ, meretrices* uterentur. Nam quandoque vestes nomen accipiunt ab his, qui eas gestant. Aliquando vero nomen habent a loco, in quo his utimur.

Sic Suetonius 'domesticam vestem' dixit in Aug. 73. et in Vitell. 8. Seneca, 'Placet domestica vestis, et vilis:' a Cicerone quoque dicitur 'vestis domestica.' Idem Suetonius *forensia* quoque plurali numero vocavit vestem, quam in foro, non foris gestabant antiqui, in Aug. 73. et in Calig. 17. Nostrates *vestem cameræ* appellant.

Qua loquendi forma usus Cicero 2. de finib. Vestis quoque *cœnatoria* a Capitolino est appellata, et a Dione in Hadriano, et Capitolino in Maximinis duobus, quam inter cœnandum portamus.

Pinguem vestem vocat Suetonius in Aug. 82. hybernam, et arcendo frigori idoneam. Tacitus l. XVIII. 'Nam Valens servili veste apud Decurionem equitum tegebatur.'

Togam præsidiariam vocat Spartianus in Severo, qua *præsides* utebantur. *Lupanus.*

[c] *Et ore præferret*] Voluit clare Tacitus, excepisse eum ab ignaris ictus, et læsa facie prætulisse. Plin. l. XIII. de Thapsia: 'Nero Cæsar claritatem ei dedit initio imperii, nocturnis grassationibus, converbe-

'Cæsarem esse, qui grassaretur,' pernotuit, augebanturque[5,d] injuriæ adversus viros fœminasque insignes,[6] et quidam,[7] permissa semel[8] licentia[e] sub nomine Neronis, inulti[9] propriis[f] cum globis eadem exercebant, in modum captivita-

principem esse, qui vagaretur, *tum et intendebantur contumeliæ in viros, mulieresque illustres, et quidam data semel copia sub vocabulo Cæsaris, plurimi cum propriis catervis eadem usurpabant, et velut in capta civitate nox transigebatur. Julius*

centiores. Lipsius, *acciperet*.—4 Vitiose in Mss. Harl. Jes. Bodl. *et fore se Cæsarem præferret;* quibus consentit Ms. Bud. Inde conjiciebat J. Gronovius, *et ore cicatricem præferret*. Brotier. Ms. meus: *et ore perferret*. Budensis Rhenano teste: *et fore se Cæsarem præferret:* quomodo se reperisse etiam in Oxon. testatur Jacobus Gronovius V. C. qui inde facit, *et ore cicatricem præferret:* amicus: *ore se cæsum præferret*. Sed Flor. et Reg. vulgatam repræsentant, (nisi quod hic *exciperet*, pro *acciperet*:) videturque τὸ *Cæsarem* ex sequenti membro perperam huc illatum. *Ryckius*.—5 *Augebantur injuriæ* Brotier. et Homer. In Mss. et libris editis, *augebanturque*. Redundat copula, ut patet legentibus. *Brotier*.—6 Mss. Farnes. et Agr. et Ryckii Cod. *illustres*. —7 *quidem* Gronov.—8 Sic Ms. Flor. editio princeps, Pichena, Ryckius et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Quidam simili licentia*. —9 Ita Pichena e Ms. Flor. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *multi*.—10 Mallet Lipsius, et merito, *in modum captæ civitatis;* ea enim,

NOTÆ

ratam faciem illinens sibi cum thure ceraque, et secuto die contra famam, cutem sinceram circumferens.'

Lipsius ait veram hanc lectionem: *Acciperet ictus, et ore præferret:* et stabilit Plinii loco l. XIII. de *Thapsia*. At ille locus plane quidem contra eam ipsam lectionem stat. Nonne enim pugnant, ictus læsa facie palam præferre, et cutem sinceram circumferre? Nemo tam talpa est, qui hoc non videat. *Acidalius*.

Recte Lipsius: nam Nero, quos acceperat ictus, præferebat *ore* saltem in aula, dum sanabat, et, priusquam Thapsia adhibita, *sinceram cutem circumferret*, etiam et priusquam remedium illud adinvenisset: et verisimile est, non statim repertum, cum ei famam dederit Nero ipse, teste Plinio: nam et præferebat ictus facie per vicos, priusquam domum redire posset; nec tam facile aut tam festinanter sanari potuere ictus, quin ore præferret ad tempus.

Non pugnant inter se Tacitus et Plinius. Tacitus narrat id quod fiebat, quodque fit vulgo naturaliter: Plinius quemadmodum id, quod factum erat, celaretur ac dissimularetur. Sed et plerumque inter existentia mala et inventa remedia, temporis aliquid intercedit. *Gronov*.

[d] *Augebanturque*] Ita capio; sicque *augebantur injuriæ:* hinc et *augebantur injuriæ adversus viros, &c.* nihil deesse.

[e] *Licentia*] Anno Romæ conditæ 809. Christi nati 56. Vide notas c. 16. *Tillemon*.

[f] *Inulti propriis*] Vulgo *multis*, sed melius *inulti*. Distinguere tamen videtur Tacitus, inter eos qui *sub nomine Neronis*, et eos, qui propriis cum globis grassabantur.

tis[10] nox agebatur.[g] Julius[11] Montanus,[h] Senatorii ordinis, sed qui nondum honorem[i] capessisset, congressus forte per tenebras cum Principe, quia vi attentantem[12] acriter repulerat, deinde agnitum[13] oraverat,[j] quasi exprobrasset,[k] mori

quidam Montanus senatorii fastigii, sed qui nondum dignitates cepisset, cum forte per noctem certasset adversus Cæsarem, quia vim inferentem strenue retuderat, dein cognitum rogaverat, ut parceret, *velut objectasset* flagitium, *mori coactus est. At*

inquit, facies potius, quam carceris custodiæve. *Brotier.*—11 *Julius quidem Montanus.* Ita Ms. Reg. et editiones veteres. Lipsius, *quidam;* quod non convenit cum hominis dignitate. A Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. et Guelf. abest, *quidem;* et abesse potest. Forte hujus Montani pater fuit Julius Montanus, *tolerabilis poëta, et amicitia Tiberii notus et frigore;* de quo Seneca, Ep. 122. *Idem.*—12 J. Gronovius et recentiores e Ms. Agr. In Mss. Flor. Reg. Bud. et editione principe, *via temptantem.* Mss. Bodl. Jes. Guelf. *avia tentantem.* Puteolanus, *vim tentantem.* Brotier.—13 Reg. *deinde adargiritum.*

NOTÆ

[g] *Nox agebatur*] Mirumque grassatores tanta audacia egisse, cum, teste Marcellino, 'pernoctantium luminum claritudo, dierum soleat imitari fulgorem Romæ.' *Aurel.*

Sed quid hoc ad principem tota licentia imperii grassantem? Immo illud lumen pernoctans sic grassantibus peropportunum fuit: et sic sufficit ad commode grassandum, nec tamen satis nitet affulgetque, ut statim agnoscantur in luce illa subobscura et per vicos enormes et obliquos, homines, qui alium habitum aut *galericulum capiti adaptabant.*

Sufficit tamen ad commode grassandum, nec tamen satis micat ea lux, ut clare inspiciantur homines, qui aliam personam induunt in sui dissimulationem, et qui latere aut fallere obvios velint. Annexæ illæ faces fenestris olim tempore Marcellini. At forte tamen nullæ erant ævo Neronis.

[h] *Julius quidam Montanus*] Si memoria mihi firma, poëta quidam eo nomine apud Senecam patrem laudatur. *Lips.*

[i] *Sed qui nondum honorem*] Suetonius Laticlavium vocat: tu scito. Ante et sub hoc ævum mos, ut liberi Senatorum lato clavo induerentur una cum virili toga, curiæque interessent.

Ab Augusto institutum, qui 'liberis senatorum, quo celerius Reip. assuescerent, protinus virili togæ latum clavum inducere et curiæ interesse permisit.' A quo more Ovidius: 'Liberior fratri sumta mihique toga est: Induiturque humeris cum lato purpura clavo.' Iidem ergo *Laticlavii:* iidem capessendis honoribus destinati. Noster l. XIV. 'Valerius Fabianus capessendis honoribus destinatus.' Statius III. Sylvarum: 'Notus adhuc tantum majoris munere clavi.' Alii sunt *Tribuni laticlavii,* de quibus hæc non capio. Julius ergo Montanus Senatorii quidem loci, sed qui magistratum adhuc nullum cepisset, et tantum laticlavius. *Lipsius.*

Qui nondum honorem] Forte scripserat, *honores:* nam sic alibi Tacitus; nec enim id de honore senatorio capi debet, sed de honoribus populi Rom. nec *senatorius honos* dicitur præcise, sed *ordo senatorius.* Sic infra: 'nondum honoribus functum.'

[j] *Deinde agnitum oraverat*] Videtur

adactus est.[l] Nero autem, metuentior in posterum, milites sibi et plerosque gladiatores[14] circumdedit, qui rixarum initia modica et quasi privata sinerent: si a læsis validius ageretur, arma inferrent.[15] Ludicram quoque licentiam et fautores histrionum[m] velut in prælia convertit[n]

Nero cautior in futurum, adjunxit sibi milites, et in his *plerosque gladiatores, qui principia jurgiorum levia* sererent, *et veluti privata permitterent:* at *si offensi acrius insurgerent,* hi *arma interponerent. Theatralem quoque lasciviam, et fac-*

Mss. Bud. et Agr. *adagnitum*. Unde vellet Gronovius, *deinde et agnitum*.— 14 Sic Ernestus e Ms. Flor. et editione principe. In Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *gladiatorum*, et sic Gronovius et Ryckius. Latine utrumque. *Brotier.*—15 *Arma inserebant* Brotier. cum Homero: et ita Ms. Reg. et editio princeps. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *inferebant*. Puteolanus, *inferrent*. Unde tentabat Muretus, *sererent*. Elegantius probatiusque, *inserebant*. Idem.

NOTÆ

scripsisse Tacitus: *Deinde et agnitum oraverat.* Huc pertinet illud M. Senecæ: 'Nihil est crudelius, quam sic offendere, ut magis sis offensurus, si satisfeceris.' *Gronov.*

[k] *Quasi exprobrasset, mori adactus est*] Quam sapientior fuit ille Pisistratus! 'Comessatores quidam in Pisistrati uxorem inciderant, multaque lascive in illam, tum fecerant, tum dixerant. Postero vero die jam decocta temulentia, Pisistratum adierunt cum lacrymis orantes veniam. Tum Pisistratus: Vos quidem in posterum date operam ut sitis sobrii. Uxor mea heri nequaquam usquam prodiit ex ædibus.' Apophtheg. l. v.

Humanitatis erat, quod ignovit adolescentibus: pietatis et prudentiæ, quod sic uxoris honori consuluit, negando tale quicquam in illam factum esse.

Seneca in Sap. non cadere injuriam, c. 14. 'Sapiens colaphis percussus, quid faciet? quod Cato, cum illi os percussum esset: non excanduit, non vindicavit injuriam, ne remisit quidem: sed factam negavit, majore animo non agnovit, quam ignovisset.'

[l] *Mori adactus est*] Sic Dio l. LXI. 'Julius Montanus senator commotus uxoria causa, facto in Neronem impetu, ei multas plagas inflixit. Ita ut per multos dies in conspectum hominum non venerit. Quæ res Montano nullum damnum intulit. Et cui Nero, ne iratus quidem omnino fuisset, qui alioqui fortuito casu se læsum putabat, nisi ipse per literas veniam petivisset. Quibus lectis literis, Nero ita effatus est; οὐκοῦν ἤδη Νέρωνα τύπτων ἑαυτὸν κατεχρήσατο; 'nondum ergo se jam interfecit, qui Neronem percussit?'

[m] *Fautores histrionum*] Lego, *favores*. Acidalius. Immo eleganter Tacitus idem hoc verbum duabus rebus diversa significatione attribuit. Quo in genere frequentissimus Ovidius, neque infrequens noster. *Licentia ludicra in prælia converti* recte dicitur: paulo audacius, nec minus recte *fautores histrionum:* ut *versus in furorem, versus in pœnitentiam, in misericordiam naufragi versi*, Justino; nostro, *diuturnitate in superbiam mutans.*

Quinetiam, (de eodem, alio modo, ut in formulis erat) verbis in istis, *licentiam ludicram, et fautores histrionum* potest intelligi figura, quam ἓν διὰ δυοῖν vocant.

impunitate et præmiis, atque ipse occultus° et plerumque coram prospectans: donec, discordi populo, et gravioris

tiones mimorum, velut in certamina commutavit, inultis flagitiis, et largitione proposita, *atque ipse abditus, et sæpe coram prospiciens; donec seditionem movente*

NOTÆ

Ut apud Justinum, *lanæ usus ac vestium*, quod est, vestium e lana usus; *laboribus et bellis*, pro laboribus belli. Sic *licentiam ludicram et fautores histrionum*, id est, licentiam ludicram fautorum histrionalium. *Gronovius.*

Fautores histrionum] Mirum est, quanto ardore et cupidine illos prosecuti sint etiam illustrissimi Romani: puto, et fœminæ insignes favere talibus portentis usque ad infamiam.

Senec. epist. 47. 'Ostendam nobilissimos juvenes mancipia Pantomimorum.'

Tac. I. 77. 'De modo lucaris et adversus lasciviam fautorum multa decernuntur; ex quibus maxime insignia: ne domos Pantomimorum Senator introiret: ne egredientes in publicum, equites Romani cingerent: aut alibi quam in theatro spectarentur.' Id est, ne in domo sua, vel aliena luderent, seu mimum agerent.

Ideoque sæpius ejecti scena, urbe, Italia, et sæpe redditi, sed tum tamen, *sacris certaminibus prohibiti*, teste Tacito, l. XIV.

Certe procerum multi, et viri et fœminæ suos habuere pantomimos domi, qui ipsos privatim oblectarent. Sic Domitia Paridem habuit; sic apud Plinium juniorem fœmina insignis habet mimum collusorem.

Nempe illi, vel servi, vel liberti, et ob illam artem histrionicam manumissi ac libertate donati, cum excellerent. Et certe mira et ingeniosa admodum ars illa histrionica.

Seneca epist. 120. 'Mirari solemus scenæ peritos, quod in omnem significationem rerum et affectuum parata illorum est manus, et verborum velocitatem gestus assequitur.'

Et Cass. l. IV. epist. ult. 'Hinc sunt additæ horcistarum, (id est, saltantium) 'loquacissimæ manus linguosi digiti, clamosum silentium, expositio tacita.' Et paulo post: 'Pantomimo igitur, cui a multifaria imitatione nomen est, cum primum in scenam plausibus invitatus advenerit, assistunt consoni chori diversis organis eruditi; tum illa sensuum manus, oculis canorum carmen exponit, et per signa composita, quasi quibusdam literis, edocet intuentis aspectum; in illa leguntur apices rerum, et non scribendo docet, quod scriptura declaravit: idem corpus Herculem designat, et Venerem fœminam præsentat, et Martem regem facit, et militem senem reddit, et juvenem; in uno credo esse multos varia imitatione discretos.'

[n] *Velut in prælia convertit*] Sueton. Ner. 26. 'Interdiuque clam gestatoria sella delatus in theatrum, seditionibus pantomimorum ex parte proscenii superiori, signifer simul ac spectator aderat. Et cum ad manus ventum esset, lapidibusque et subselliorum fragminibus decerneretur, multa et ipse jecit in populum, atque etiam prætoris caput consauciavit.'

° *Atque ipse occultus*] Non intelligendum, quasi ipse se occultaret in turba, aut inter histriones simul certantes; sed intelligendum eo modo se occultasse Neronem, quo explicat Suet. Ner. 26. 'Delatus in theatrum ex parte proscenii superiori signifer simul ac spectator aderat, et cum ad

motus terrore, non aliud remedium repertum est, quam ut histriones Italia pellerentur, milesque theatro rursum assideret.

26. Per idem tempus actum in Senatu 'de fraudibus libertorum,'[p] efflagitatumque, 'ut adversus male meritos[q] revocandæ libertatis jus[r] patronis[1] daretur.' Nec dee-

plebe, et gravioris tumultus formidine, non alia ratione subventum est, quam ut mimi Italia ejicerentur, et manipuli theatro rursus astarent.

Eodem tempore deliberatum apud Patres de flagitiis libertorum, *expostulatumque*, ut contra ingratos revocandæ libertatis facultas patronis tribuere-

1 *Patronis* abest a Ms. Reg. et editione principe.

NOTÆ

manus ventum esset, &c. multa et ipse jecit in populum.'

[p] *De fraudibus libertorum*] Sæpe reverentiam, fidem, et obsequium erga patronos exuebant ingrati liberti, et divitias quas ope illorum comparaverant, in reconditos et potentiores sinus abscondebant, seque etiam sæpe per fraudem familiæ Cæsarum inseruere, ut sic officiis, operis debitis, opibusque et successione patronos, privarent.

Hi sæpe patronos exules, extorres, et ad inopiam redactos jam neque agnoscebant, neque facultatibus suis juvabant; quod tamen debuere et natura et lege. Quibus fraudibus *opponi telum debuit, quod sperni non posset.*

Plautus in Persa: 'Sed ita pars libertorum est, nisi patrono qui adversatus est, Nec satis liber sibi videtur, nec satis frugi, nec satis honestus Ni id efficit, ni ei male dixit, ni grato ingratus repertus est.'

[q] *Adversus male meritos*] Sic Suet. Claud. 25. 'Ingratos et de quibus patroni quererentur, revocavit in servitutem: advocatisque eorum negavit se adversus libertos ipsorum jus dicturum.' Sic et Athenis olim obtinuit.

Sic apud Valer. Max. II. 6. 'Convictus a patrono libertus ingratus jure libertatis exuitur. Supersedeo te, inquit, habere civem, tanti muneris impium æstimatorem. Nec adduci possum, ut credam urbi utilem, quem domi scelestum cerno. Abi igitur et esto servus, quoniam liber esse nescisti. Inde Massilienses quoque ad hoc tempus usurpant disciplinæ gravitatem, prisci moris observantia, caritate populi Rom. præcipue conspicui, qui tres in eodem manumissiones rescindi permittunt, si ter ab eodem deceptum dominum cognoverint. Quarto errori subveniendum non putant, quia sua jam culpa injuriam accepit, qui ei se toties objecit.'

[r] *Revocandæ libertatis jus*] Non ergo ratum Claudii judicium, qui 'ingratos et de quibus patroni quererentur, revocavit in servitutem:' Sueton. c. 25. In quo Claudius exemplum Atheniensium secutus videri potest, apud quos, 'convictus a patrono libertus ingratus, jure libertatis exuitur,' ait Valerius II. 6. et Plutarch. in Solone. Judicavit ergo quidem ita Claudius; sed in legibus et more Romano aliud fuit, uti audiemus. *Lipsius.*

rant, qui censerent.[1] Sed Consules, relationem incipere[2] tur. *Nec defuere, qui sententiam promerent. At consules non ausi* sunt *relationem*

2 Ms. Reg. *recipere.*

NOTÆ

Jus] Quamvis servos manumitterent ac libertate donarent, attamen in tales libertos jus patronatus sibi reservabant, quo illos in obsequio retinerent.

Sic lege Papia, quæ temporibus Augusti lata est, cautum, ut ex bonis ejus liberti, qui H. S. centum millium patrimonium reliquerat, (sunt 2500. coronati, seu 7500. libræ,) et pauciores quam tres liberos habebat, sive is testamento facto, sive intestatus mortuus erat, virilis pars patrono deberetur.

Itaque cum unum quidem filium hæredem reliquerat libertus, perinde pars media debebatur patrono, ac si is sine ullo filio filiave intestatus decessisset.

Cum vero duos duasve hæredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: si tres reliquerat, repellebatur patronus. Item ut libertus, qui duos liberos in potestate haberet, operarum obligatione liberaretur.

[1] *Nec decrant, qui censerent*] Censebant pauci nempe, *revocandæ libertatis jus patronis* dandum esse. *Sed consules relationem incipere non ausi* sunt, inconsulto *principe:* id est, jam Patres promebant sententiam, et rem hanc proponebant in senatu, tanquam id e Repub. esset; et hoc jus habuit quivis senator. Attamen nondum referebant consules, nondum relationem incipiebant, quin prius adulatione aut metu consuluissent principem.

Hæc certe malitia temporum fuit inter alias, ut quæ essent e Repub. referre nollent, aut non auderent consules, etiam ut faveret princeps servis libertisque adversus dominos. Et alioqui non levis momenti fuit in publicum ea deliberatio, an libertas semel data revocari posset a patrono; nec id vel proponi potuit sine tumultu aliquo ob multitudinem servorum libertorumque, forte et conniventiam ipsorum patronorum; aut etiam ob favorem dominantium, seu libertorum aulicorum.

Itaque consules rem referre apud patres non ausi, perscribunt principi consensum senatus, et id decus ipsi tribuunt, *ut ille auctor constitutionis fieret, ut* nempe *inter paucos, qui ei sententiæ*, seu consensui senatus adversarentur.

Quibusdam, id est, paucis illis consensui patrum adversis, qui censebant revocari debere libertatem; qui et ipsi fremebant, *coalitam libertate irreverentiam eo* usque *prorupisse*, ut *vi ne, an æquo cum patronis jure agerent, sententiam eorum*, nempe senatorum, seu ipsorum patronorum, *consultarent, ac verberibus manus ultro intenderent*, adversus patronos nempe, *impellerentve* ipsos, *pœnam suam* sic *dissuadentes.* Forte leg. *impellerent, vel* sic *pœnam suam dissuadentes.*

Τὸ *impellerent*, id est, *manus* non solum *intenderent*, sed etiam *impellerent* ac pulsarent suos patronos. Τὸ *pœnam*, id est, hoc loco, revocationem libertatis, vel in genere quodcumque supplicium.

Sed quæres, unde *consensum* illum *senatus* habere potuerint consules, si nondum *relationem* inceperant, si nondem rogaverant patres quid senti-

non ausi[t] ignaro Principe, perscripsere tamen consen-

ingredi, aut inchoare, Cæsare inscio, *ei tamen nuntiavere consensum patrum*,

NOTÆ

rent? Habuerunt illum consensum ex sententiis patrum, qui rem istam proposuerant, et argumentis in utramque partem stabiliverant; et pauci quidem adversus libertos acrius invecti erant, et relationem consulum postularant, quibus alii patres responderant, et eorum sententias refellerant; breviter tamen.

Quod fiebat sæpe silentibus consulibus, et audiente senatu: ita tamen, ut relatio sæpe abnueretur, aut differretur.

Impellerent, id forte est, augerent *pœnam suam*, etiam cum eam dissuadebant. *Consensum* intellige de majori parte patrum; cui etiam accessit princeps.

Nec deerant qui censerent] Forte indefinite dictum τὸ *censerent*, nempe in utramque partem. Sed consules referre non ausi sunt, *perscripsere tamen consensum senatus*, quisquis ille fuerit. Nec enim eum nobis ibi aperit Tacitus. Sed in ambiguo mentem retinet, usque ad judicium principis.

[t] *Consules relationem incipere non ausi*] Atqui patres in senatu jam de hac re censuerant, ergo jam relatum erat, cum sententiæ promantur post relationem consulum.

Quid ergo? num legendum *incidere relationem?* nam ubi senatusconsultum factum erat, in æs incidebatur. At hic senatusconsultum absolutum: nam, ait, *perscripsere tamen consensum senatus*, sed a principe postulatum, ut auctor constitutionis *fieret*. Aurelius.

Certe *actum in senatu de fraudibus*, et de irreverentia libertorum in patronos; *nec deerant qui censerent*, id est, qui censere vellent, et qui sententiam contra libertos, vel in favorem proferre parati essent, si consules relationem inciperent.

Sed ea res tanti momenti visa est, ut, inconsulto principe, eam referre apud patres, et de ea decretum perficere, non ausi sint, et perscripsere consensum senatus principi; qui consensus patrum, pro *auctoritate* fuit, et veluti decretum senatus; quod tamen non potuit fieri aut perfici, quin prius referrent consules, quin prius censerent patres, &c.

Verum est, perscripserunt consensum senatus, qui statim innotuit in re facili ac favorabili, multis patribus ipso nutu approbantibus, et quia nemo fere adversabatur, *Ut inter paucos ei sententiæ adversos*, inquit Tacitus.

Et patres ipsi illustriores urgebant hortabanturque consules, ut rem referrent; unde patebat communis consensus; et quæ forte duorum vel trium patrum sententia fuerat, omnes approbavere, et quod alii pauci proposuerant, nemo firmabat præter ipsos paucos.

Sunt sane negotia quædam istiusmodi clara, et ita exagitata ante in conviviis, in cœtibus, in circulis, ut fere etiam antequam proponantur publice, sententia certa sit, et veluti palam comperta, in quam inclinat senatus.

Talis autem fuit ea lis libertorum, qui patronos suos simul et judices habuere: forte et corrupere, ut in sua causa.

Consules relationem incipere non ausi] Ad firmandum hunc locum affert Lipsius alterum locum Taciti, qui XIV. 49. Attamen latum discrimen est inter illa duo loca; nam hoc nostro loco l. XIII. nondum relationem inceperant consules; igitur nec dum

NOTÆ

prolatæ sententiæ patrum; itaque neque patrum consensus satis innotescebat.

At l. XIV. ubi de Antistio majestatis accusato, rem retulerant consules apud senatum, jam protulerat sententiam Marullus consul designatus, cui multi patres assenserant, sicque sententias suas promserant; at cum Thraseas dissensisset, tum maxima pars patrum *pedibus in sententiam ejus iere;* igitur tum prolatæ sunt sententiæ, facta relatio a consulibus; *attamen consules perficere senatus decretum non ausi.*

At nostro hoc loco l. XIII. neque relationem inceperant consules, neque patres censuerant; quomodo igitur scribere potuerunt consensum senatus?

Habetur et simile quid XV. 22. ubi etiam censet Thrasea, proconsules non debere demereri socios, ut ipsis gratiæ agantur in fine, cum provincia decedunt. Sic Taciti illo loco, postquam sententiam suam protulit Thrasea, 'magno assensu celebrata sententia,' Thraseæ nempe: 'non tamen senatusconsultum perfici potuit, abnuentibus consulibus ea de re relatum.'

Igitur hic ordo fuit, cum de senatusconsulto perficiendo ageretur: primo rem proponebat aut consul designatus, aut unus e patribus, et de re proposita censebat ipse, proferebatque sententiam, et argumentis firmabat; id e Repub. esse; dein consules rem apud senatum referebant, si ipsis videretur, et relatione facta, rogabant sententias, prolatisque sententiis patrum, fiebat senatusconsultum.

Sic et hoc loco nostro, 'actum in senatu a quibusdam patrum de fraudibus libertorum, efflagitatumque ut adversus male meritos revocandæ libertatis jus patronis daretur.' Id proposuerat in senatu haud dubie unus e patribus. Et sententiam suam de re protulerat, rationibusque et argumentis firmarat, in eum fere sensum; *coalitam libertate irreverentiam, &c.*

Et re proposita, dictaque sententia, non deerant, qui censerent, nempe alii patres, sed pauci adversus libertos. Forte et alii ea de re sententiam dicebant, aut dicere parabant, in alterutram partem, si retulissent consules; sed illi *relationem incipere non ausi* sunt. Quomodo igitur perscripsere *consensum senatus,* si neque relata res a consulibus, neque patrum dictæ sententiæ? Puto, postquam ea res proposita fuit, agitata est in senatu studiis diversis, ita ut jam satis appareret, quid sentiret maxima pars senatus. Sicque consules, licet rem non referrent, tamen colligerunt veluti suffragia patrum, et scripsere principi consensum illum, et ut in re tanti momenti, ille *auctor constitutionis fieret.*

Et ibi Tacitus refert magis, quid sentirent patres, quam, quid censerent: non enim revera, tum vere aut proprie censuerunt. In tali occasione quidam ordo et veluti certi gradus erant. Nam vel plane respuebatur res, ob auctorem sententiæ, vel ob rem ipsam, ut Cæcinæ contigit supra. Vel rem ad principem remittebant, ut apud Tac. III. 52. ubi agebatur de luxu; vel rem agitabant in senatu, et tamen relationem non incipiebant, et tamen inclinationem et consensum senatus scribebant principi, ut hoc loco XIII. 26.

Vel relationem faciebant consules, et relatione facta, dictisque sententiis, senatusconsultum nondum facere audebant; scribebant tamen consensum illum senatus Cæsari, ut contigit XIV. 49. ubi de Antistio, ubi re rela-

sum[u] Senatus: 'ille[3] auctor[v] constitutionis fieret,' ut inter pau-

ut ille auctor decreti fieret, *tanquam inter paucos, et sententiæ* communi *oppo-*

—3 *Ille jam auctor* Brotier. cum Homer.—Ita Ms. Reg. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Bud. et editionibus veteribus, *ille an auctor*. Lipsius omisit *an*. In Ms. Agr. *illi, an auctor;* quod recepere Ryckius et Ernestus. At, ut opinor, nunquam scripsit Tacitus, *perscripsere tamen consensum senatus illi: an auctor, &c.* Id enim omnino durum, auresque offendit. *Brotier.* Puto leg. interpungendumque, *perscripsere tamen consensum Senatus illi, an auctor constitutionis fieret, ut inter paucos et sententiæ diversos.* Firmant illa Taciti XIV. 19. 'At Consules perficere Senatus decretum non ausi, de consensu scripsere Cæsari.' *Lips.* Favent Mss. Flor. Bud. Guelf. edd. pr. Put. et reliquæ vett. omnes, quæ habent *ille an*. *An* casu omissum puto, quod non habent Pich. Lips. et seqq. At cod. Agr. plane *illi, an a. c. f.* unde recepit Ryckius, quem sequimur. Nam id saltem est in scripto: *ille auctor* clare est vitium operarum, posteris propagatum editoribus. Broterius e Ms. reg. dedit, *ille jam auctor*. Mox credo vere Freinshemium corrigere *ei sententiæ:* quod placebat etiam Ryckio. Nam, si capias *et* cum J. Fr. Gronovio Obs. I. 22. p. 177. pro *etiam*, ut I. 4. *ægro et corpore:* tamen friget, ut opinor. Nam haberet vim augendi, quæ huic loco non convenit. An enim mirum est, sententiæ per egressionem relationis dictæ adversari quosdam? Minimum in tali re est sententia, tali modo dicta. Ceterum, nullo modo potuerunt Coss. postulare, quod videtur Gronovio l. c. ut, quod pro sententia dictum erat a Senatoribus, relationem egressis, rarum habeat, et constitutionem esse sineret sine relatione. Nullæ tum constitutiones factæ sine relatione: ergo quærunt, an sententia illa placeat, velitque relationem fieri. Cf. XV. 22. *Ern.* Bud. male *in consensum Sen.* Bip. jure extrudunt *an*, rejectum jam ab aliis, ex sequenti *auctor* huc irrepsit. Sensus sic planus. Similis fere locus XIV. 49. Torum hunc locum quomodo refingere laboret Jac. Gothofredus, v. ad Cod. Theod. II. 22. de

NOTÆ

ta, dictisque patrum sententiis, 'consules perficere senatus decretum non ausi sunt.'

Vel cum omnino res propositas referre consules nollent, et rem tacite principi reservarent, majoris adulationis causa, et forte ob auctorem sententiæ, qui gloria aut virtute major, quam ut tolerari corrupta Repub. posset.

Quod contigit Thraseæ XV. 22. ubi censebat: 'ne quis ad concilium sociorum referret, agendas apud senatum proprætoribus proveconsulibus grates,' &c. Nam tum proponente Thrasea, noluerunt referre consules; sed postea, *auctore principe*, eadem res constituta sanctaque; nec certe res ipsa, sed auctor sententiæ displicebat.

[u] *Perscripsere tamen consensum*] Puto leg. interpungendumque, *perscripsere tamen consensum senatus illi, an auctor constitutionis fieret, ut inter paucos et sententiæ diversos.* Firmant illa Taciti l. XIV. 'At consules perficere Senatus decretum non ausi, de consensu scripsere Cæsari.' *Lipsius.*

Consensum] Non satis capio, qui consensum senatus perscribere Neroni potuerint, si rem non retulerunt consules, si non rogarunt sententias patrum; nisi forte, per *relationem*, intelligat ipsum senatusconsultum, quod incipere, neque perficere ausi sint; sed disertis verbis dicit incipere relationem non ausos esse; quod difficultatem facit.

Sed tamen aliter innotescere potuit consensus ille, ante relationem

NOTÆ

consulum, et ante rogatas sententias patrum ritu solenni.

Quocumque modo innotuerit ille consensus Patrum, certe tamen innotuit: et forte re proposita a quibusdam patribus frementibus adversus libertos, statim insurrexere contra nobilissimi patrum, v. c., &c. illi consularium, et sic consensum senatus palam indicavere, utpote ceteris non dissentientibus; et hunc consensum senatus perscripsere Neroni, ut auctor ipse constitutionis fieret, *ut inter paucos ei sententiæ adversos.*

Quod diximus de consensu illo, quasi tantum consensissent ad scribendum, ut auctor constitutionis fieret; hoc jam non esset consensus patrum præcise, sed tantum consulum, qui sic adulabantur principi, metu, vel alia causa privata, non publica.

Sed verus fuit ille consensus senatus; cum pauci nempe adversarentur, et senatus simul cum consulibus, maxima ex parte consentiebat adversus illos paucos, nempe, ut nihil derogaretur juri communi.

Et cum relationem istam incipere non auderent consules, neque decretum perficere, consenserunt patres cum consulibus, ut scriberetur de consensu illo senatus, et ut auctor constitutionis ipse fieret.

Habemus exemplum talis consensus senatus apud Plin. Epist. VI. 19. 'Proximis comitiis honestissima voce senatus expressit, candidati ne conviventur, ne mittant munera, ne pecunias deponant. Ex quibus duo priora tam aperte quam immodice fiebant. Hoc tertium, quanquam occultaretur, pro comperto habebatur. Homulus, deinde noster, usus vigilanter hoc consensu senatus, sententiæ loco postulavit, ut consules desiderium universorum notum principi facerent, peterentque, sicut aliis vitiis, huic quoque prudentia sua occurreret. Occurrit: nam sumtus candidatorum fœdos illos et infames ambitus lege restrinxit.' De Trajano intelligit.

At quomodo innotuit ille consensus senatus, de quo hic Plinius? an relatione consulum, an decreto perfecto? Non certe, quia hoc *desiderium* patrum notum principi faciunt, et expectant arbitrium illius: attamen in senatu expressa illa vox honestissima patrum.

Ergo aliter expressus ille consensus senatus in curia ipsa, quam relatione consulum, nempe sententiis illustriorum meliorumque Patrum, qui id in senatu promserant, postulaverant, expresserantque consensum illum patrum sua auctoritate, et quia id e Repub. esse visum pluribus: quod et contigit similiter hoc nostro loco Taciti.

Consensum] Quandoque propositis certis negotiis, simul obstrepebant, aut astrepebant patres, simul assensum, aut dissensum, velut una voce expromebant; et hinc facile agnoscebatur, quid sentiret senatus, etiam non dictis rite et ordine sententiis, nec *capta relatione.*

Hinc consensum senatus colligebant, et quemadmodum, si quandoque non sufficeret numerus senatorum, aut alia causa non perficiebatur decretum; et quicquid tum censuissent patres, licet non pro Senatusconsulto haberetur, tamen *auctoritas* vocabatur, et ea uti licuit ad firmandam causam: sic et exin etiam colligebant consensum senatus, et scribebant consules principi, si ita videretur.

Consensum senatus] Qui consensus tamen in eo forte consistebat, ut ille, nempe Nero, *auctor constitutionis fie-*